

L. ANNAEI SENECAE
PHILOSOPHI

OPERA OMNIA

Q V A E S V P E R S V N T

RECOGNOVIT ET ILLVSTRAVIT

FRIDERICVS ERNESTVS RVHKOPF.



VOLVMEN QVINTVM.



LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA

M D C C C X L



10261

~~4568~~



L E C T O R I

S. P. D.

F R I D . E R N . R U H K O P F .

Sencae Naturales Quaestiones, quas nostro qualicunque studio et labore recognitas et quoad eius fieri poterat, expositas explicatasque Tibi, Lector benevole, offerimus, unicum Physicae apud Romanos monumentum nobis relictum, nec a quoquam Romanorum ante simile quid in lucem editum esse, iure meritoque audacter affirmare licet. Nam si ab iis discesseris, quae in Lucretii, Ciceronis et Plinii maioris operibus praestantissimis reicta sunt, ne vestigium quidem disquisitionum talium, quales Seneca instituit, apud Romanos occurrit. Et quemadmodum, quae Cicero ac Plinius maior attulerint, ea breviter et carptim, nec umquam eo consilio allata sunt, ut systema aliquod componerent; sic Lucretius, qui in aliquam comparationem cum Seneca venire possit, quamquam summa cum laude et haud exiguo studio hanc disciplinam ex Epicuri mente ac praecepsis exposuit, tamen haec omnia tum poeticis coloribus exornata atque distincta extulit, tum unius Epicuri systema evolutum dedit, nec id egit, ut quae curam atque doctrinam multiplici-

cem nullis non auctoribus ac testibus subnixam expolitamque prodant, operose colligeret, et cum iudicio exacto subigeret examinaretque. Nec praeter hos scriptores invenire licet, qui de rerum natura docte et subtiliter omnia exposuissent, quibusque Seneca usus fuisset. Nam qui a Plinio maiore ad libr. II. Nat. Hist. auctores laudantur domestici (nostro, nescio quo fato, Seneca omisso), e quibus sua hauserit, vix in illorum numero ducendi sunt: quandoquidem neminem ex iis, nisi Caecinam, ad partes vocatum in his quaestioni- bus legimus. Reliqui itaque quaedam tantummodo aut exposuerint, aut attigerint, ex fontibus graecis haurientes, quorum limpitudine et ubertate Seneca uti maluisse putandus est. Nisi igitur Seneca primus Romanorum, quod parum absurum ut opiner, fuerit, qui suo quamque expositionem ordine et loco de rerum natura eiusque effectibus, quatenus quaestionum suarum series posceret, collocare instituerit, certe in primis censendus est, qui Graecorum inventa colligeret atque examini accurato subiiceret.

Hi enim primi omnium, quos quidem novimus, huius disciplinae auctores fuere: quippe qui, ut quisque fuit promptissimus ingenio naturaeque et veritatis perspicienda cupidissimus, quae semper divinitus fuit huius nationis praestantissimae indoles ac fortuna, ita omni fere tempore sagacissime atque doctissime ad naturae arcana detegenda atque in luce clarissima ponenda animum converterunt. Historia autem docet, a pri-

primis inde temporibus, quibus philosophari Graeci cooperint, naturae studium et cognitionem in iis primas tenuisse, quamquam in errorem se abduci passi sunt philosophiae inter eos statores, ut continuo hoc stadium intrantes de universo disputare, numeros motusque tractare, et unde omnia oriuntur, quo ve reciderent, quam in singula naturae effectusque inquirere, experimentis, observationibus et instrumentis idoneis adhibitis, maluerint. Tale initium et progressus cepit *ionica illa philosophia*, in cuius societatem et quasi communicationem huius instituti reliquos quoque philosophos venisse constat, donec *Socrates*, inani eorum studio sapienter perspecto, philosophiam, ut Ciceronis luculentis verbis utar, devocaret e coelo, et in urbibus collocaret, et in domos etiam introduceret et cogeret de vita et moribus, rebusque bonis et malis quaerere. Sed quominus credamus, *Thalem* eiusque discipulos ac successores studii singularum, quibus sistema continetur, partium physicae rationem nullam habuisse, tum quaestio[n]is et studii natura impedit, tum quae nobis transmissa sunt studiorum fragmenta, ipseque Seneca, quippe qui saepe ad illos laude dignissimos antiquioris, quin adeo cunctae philosophiae auctores oculos suos convertit, eorumque thesauris ad rem suam locupletandam adhibitis egregie usus est. Quum enim aqua, τὸ ὕδωρ, haud dubie subtilissimum humoris principium atque elementum, summum apud hos philosophos locum teneret, a quo secundum calori

tribuebant, nemini mirum videri debet, quod singularum quoque naturae partium cum ipsis duabus coniunctarum adverterint inquisitionem, et iam si iniuria temporum luculentiora huius rei testimonia nobis invidisset. Sed ex iis quae Anaxagoras philosophatus esse traditur, egregie nuper exponente *Caro*, maximae literarum bonarum et philosophiae iacturae fato nimis maturo ac duro nobis erepto, hoc satis superque colligi licet.

Iis adiunxere sese deinceps omnes tum philosophantes, et nulli certae sectae addicti, ex iisque, ut quisque fuit naturae sollertiaissimus, ita diligentissime pro modulo quisque suo hauserunt, tum omnes reliqui philosophiae vel auctores vel affectae, si qui naturae indagandae operam suam dicarent, alii aliter eorum vestigiis insistere non dubitaverunt. Quod adeo Socratici et fere omnes quae a Socrate manarunt philosophicae sectae, sequuti sunt. In quibus praesertim *Aristoteles*, vir callidissimus rerum naturae, cum longa per insequentia saecula discipulorum et successorum serie eminuit, quippe quem cum omnes Philosophiae partes, tum vero maxime Physicam summo studio excoluisse inter omnes constat. Eius autem commentarii hanc philosophiae partem illustrantes, e. c. de Coelo, Meteorologica etc. limpidissimus et uberrimus fons fuere, ex quibus omnes reliqui, praeter Epicureos, philosophi, posteaquam iis ad eos liber aditus patebat, hortulos suos irrigarunt, sive omnem physicae ab Aristotele-

Aristotele definitae campum, sive agellos tantummodo aliquot ad cultum suum traduxissent. Quos omnes recensere longum est, nec huius loci et instituti.

Stoicorum tamen mentio eo minus praeteriri potest, quo luculentius eorum studium est, cum omnium philosophorum rationes in partes suas ducendi et ex iis novum quasi aedificium exstruendi, tum vero Aristotelem maxime in eo sequendi, ut eius divisionem philosophiae triplicem adoptarent, physicae medium inter Logicam et Ethicam locum tribuentes, quamquam multo latiori sensu eam explicatam dabant, quam Peripatetici. Cf. Senecae Ep. LXXXIX, 15. Iam vero et si Stoae auctor et eius proximi successores in condenda et excolenda hac philosophiae parte *Heracliti* potissimum ratione uti maluerunt quam Aristotelis, cuius definitio de motu Chrysippo non displicuit, recentiores tamen Stoici postea illam Aristotelis doctrinam magis advertere et in usum suum transmittere haud cunctati sunt. Sed horum monumenta literarum, quae, si quidem fragmentis eorum merita virtutesque metiri licet, egregia fuerunt, temporis invidia fatoque infasto nobis erepta sunt, et ex hoc omni antiquitatis studio physicae praeter Aristotelis commentarios physicos nihil nobis fortuna aequa conservavit, nisi Lucretium et has Senecae Naturales Quaestiones, ex assiduo studio multiplice Graecorum ortas compositasque, e quorum doctrina tantopere pendet, ut nullus locus memorabilis

in his quaestionibus exstet, quin ex iis fluxerit ab ipso semper fideliter laudatis, maximam tamen partem nunc perditis.

Unde premium earum haud exigui momenti satis intelligi potest, quoniam, absque eo foret, nos multa vel nesciremus vel haud recte sciremus. Alterum earum meritum haud contemendum eo continetur, quod physica ipsa ex iisdem quaestionibus hausit haud pauca incrementa. Etenim unicus fere fons per multa saecula fuere mansereque, unde qui de rerum natura philosophari et exponere instituerent, sua hauerunt, ansam cogitandi de ea ceperunt, et cogitata sua cum aliis communicarunt tam privatum et coram, tam publice et literarum monumentis, donec Aristotelis libri in Europam occidentalem usui publico transmissi sint. Qui tamen non impedimento fuere, quominus quicunque physicen vel summis digitis attingerent, Senecae naturalibus quaestionibus ut luculentissimo fonte se usos esse palam confiterentur.

Nec auctoritas earum prius minui coepita est, quam saeculo decimo sexto et sqq., tum experimentis, observationibusque in auxilium vocatis atque praceptis opinionibusque antiquis examini subiectis, tum instrumentis egregiis, quibus etiamnunc emendationibus utimur, idemtidem repertis, in aliam et eam multo meliorem formam disciplina haec redigi a Galileis et Torcellinis coepta sit. Neminem autem paulo erectionis ingenii virum hoc, quod innui, temporis spatio, qui ad

ad naturam rerum explorandam animum suum adtendisset, exstissee, quin his libris excutiendis operam suam dicaret, longa virorum excellentium cuiusve aevi serie harum quaestionum studiorum probari potest. Nisi hoc doceret codd. mss. insignis copia, hoc ex tot tantisque exemplis laudationum commemorationumque, quibus volumina tum scriptorum rei rusticae, qui post eum scripserunt, tum reliquorum aevi antiquioris virorum doctorum, quae etiamnunc manibus nostris teruntur, referta sunt, optime colligi liceret. E multis paucos memorare liceat. Documento enim sunt Augustinus, Isidorus hispalensis, Beda, Vincentius bellovacensis, Ioannes salesberiensis, Robertus Boyleius, al., a quibus has quaestiones saepe laudatas aut usurpatas videimus. Nec tamen nostri aevi physicam callentibus eiusque amantibus viris harum quaestionum studium non commendandum est, quandoquidem in iis multae et eae exquisitae observationes insunt, tum verae illae quidem, tum aliae, quae cum non usquequaque veritati respondeant, tamen ita comparatae sunt, ut ad veritatem ducant, et alias et eas egregias cogitationes progignere possint. Neque vero defuerunt nostris temporibus eximii in studiis naturae viri, qui virtutes harum quaestionum agnoscerent et palam profiterentur: e quibus *Kaestnerum* et *Lichtenbergium*, Gottin-gae nuper decora et lumina, nominasse sufficiat.

Egregie itaque Sencae operam, quam in conficiendis his libris collocabant, et consilium

quod sequebatur, successisse praedicari licet. Ut enim, quo et civibus suis et posteris prodesset, omnes suos libros composuisse haud semel fassus est, ita naturales in primis quaestiones hoc eodem consilio elaborasse atque evulgasse in aprico est. Utilitas quippe ex hac naturae indagatione et contemplatione in vitam humanam redundans ipso tanta ac tam mirifica esse videbatur, ut iam inde a primis adolescentiae suaे annis Stoicae sectae, quam nisi mature consecutatus esse, certe non repudiasset videtur, etiam in hoc amantissimum sese praestaret, ut philosophiae partem a Stoicis in primis amatam atque excultam acri animi fervore amplecteretur, nec quidquam prætermitteret, quod huius doctrinae studium promovendum adiuvaret. Cuius quidem studii et assidue diligeniae fructus satis maturus fuit liber de Cometis, ut ipse tradidit, quem postea retractatum foras dedit libro VII. Quæstionum, quum senex ab ausae calumniis et sollicitudinibus secessisset. Nam a sene librum esse compositum plura insunt volumini indicia, e. c. lib. VI. init., quae coacervare atque cumulare nihil attinet. Nec de *Lucilio*, cui hæ Naturales Quæstiones adscriptæ sunt, quidquam afferam, quum alibi in præfat. Vol. II. præmissa de eo egerim.

Ceterum saepius ipse causas luculenter indicat, quibus permotus ad hoc studium amplectendum et ad has quaestiones fuscipiendas animum appulerit. Naturae quippe indagatione et cognitione nobis dari ait pleniorum facultatem
et

et opportunitatem Deum cognoscendi, admirandi, amandi, et venerandi tum animo tum vita, ideoque sincerissimo adorationis et religionis modo suis quemque officiis perfungendi et suam quemque sortem atque conditionem cognoscendi etc. Summo itaque studio dignissimam esse physicam. Quare in hanc potissimum physicae virtutem, haud dubie gravissimam, omnes animi vires intendisse videmus: quo spectant etiam eius excursus, qui morum simplicitate veterum commendanda et reducenda, atque corruptione vehementer accusanda atque castiganda continentur. Alteram tamen physicae partem, quae in vitae humanae et societatis commodis adiuvandis cernitur, et maximi haud dubie momenti est, animo Senecae itidem obversatam esse, ex locis quaestionum nonnullis colligi licet, sed eius nunc non potissimum rationem habere, opinor, voluit, quoniam illud, quod primo loco posuimus, praeципue sibi querendum proposuerat, posteriore quippe tum mechanices et geometriae studiosis atque artificibus medicisque ad tractandum concessa, tum in doctrina de sapiente et artium inventionibus exponi solito, quod, ut unum memorem, Posidonius luculente fecerat, nostro clare ostendente in Epist. XC.

Quod itaque non magis nostro est vitio vertendum, quam illud, quod generali physicae parte omissa, quam nos quidem cuique compendio huius doctrinae praemissam videmus, continuo ad ipsas singulas res explicandas progrediatur, et tan-

tantum absit, ut mathematices partibus auxiliis-que ad physicam tam salutaris quam necessariae suo quibusque loco utatur, ut adeo illius doctrinae usum expresse ab opera sua seiungat. Enim vero hoc non ideo fecisse putandus est, quod mathematices contemtorem se praebuerit. Nam hac in re magis a Platone quam a Socrate stetisse palam est. Saepius autem egregiam illam artem laudat commendatque, nec ea vitam humanam satis bene carere posse, innuit. Et quomodo homo, qui de inventionum artiumque momento ad vitam humanam tam disertus est, in hoc ignorantiae, quin adeo barbarie crimen incurrere potuisset? Sed enim, si omne auctoris consilium attente legendo exsequaris atque explores, facile est ad intelligendum, id Senecam spectasse, ut civibus suis, nullo argumentorum ab arte quadam, multis, imo vero plurimis, aliena, aut doctrina reconditioni petitorum praesidio adhibito, de meteori, aëre, aqua, vento, terrae motu, cometis etc. luculenter exponeret et in praefationibus primo tertioque libris praemissis physicae gravitatem atque sumnam dignitatem explicaret, immixtis passim quibusdam excursibus, de adulatio-ne, mortis contemtu etc. agentibus, prout occa-sio postularet et senem cives suos castigaturum et emendaturum decere videretur. Nec totam physicae doctrinam exauriendam, sed tantummodo quaestiones potissimas solvendas sibi sumfisse putandus est, quo quampluriinis prodeisset, et praeceptis suis facili negotio utendi copiam facheret.

Hoc

Hoc tamen non consequutus fuisset, nisi doctrina reconditiori segregata, quamquam nobis hoc eius consilium minus iucundum fuerit.

In quo strenue exsequendo haud paucos suaē certe sectae auctores imitatum esse patet, quos sapienter quidem in hac re, quam Aristotelem, qui in phylicis suis commentariis, et in ipsis meteorologicōn libris, mathematica argumenta non aspernatus est, sequi maluit. Quid enim civibus suis, quibus potissimum has quaestiones compo- suit, a severiorum disciplinarum ratione plerumque non satis instructis, profuisset, si probationibus inde assuntis, ideoque popularitate, qua lec- tores suo libro conciliaret, neglecta, doctiorem quidem, sed non utiliorem se praebuisset praeceptorem? Nam Romanos, si paucos exceperis, studiis mathematicis parum operae dedisse, eruditumque pulverem et radium raro tractasse, iam ex educatione atque institutione plerorumque manifestum fit, quippe quam ad agriculturam maxi- me et militiam spectasse accepimus. Ipse adeo Cicero, ut alia, ut in re nota, nunc omittam, testimonium de hac re satis luculentum reliquit.
 „In summo apud illos (Graecos) honore, ait Tusc. I, 2, geometria fuit: itaque nihil mathematicis illustrius. At nos metiendi ratiocinandique utilitate huius artis terminavimus modum.“ Aliter igitur Aristoteli agendum fuit, physica componendo Graecis, aliter Seneca, Romanis scriben- do, cui proinde mathematicarum probationum omissione minime vitio verti potest.

Sed

Sed ab hoc studio popularibus potissimum suis sua probandi haudquaquam alienum fuit, quod auctorum, quorum fide, experimentis et testimoniis uteretur, opiniones locaque ipsa afferret, et iis vel probandis vel refutandis immoratur. Ita enim factum est, ut dictis suis fidem conciliaret apud lectores suos, et doctrinam suam nemini molestiam uberior et luculentius testificaretur, quandoquidem nullus fere, quod sciamus, scriptor memoratu dignior antiquitatis hac in disciplina inclaruit, quin Senecae notus et ab eo in partes suas tractus sit. Thaletis enim inventa una cum libris discipulorum et successorum, qui illa memoriae prodiderunt, quippe quem ipsum nihil scripsisse constat, tum Pythagoreorum, Heracliti, Democriti, Aristotelis, Stoicorum, Epicureorum etc. dogmata libris conservata tam solleter perlegit atque exhibuit, ut, quamvis, ubiorem ex iis epitomen nobis reliquisset, optamus, tamen et consilio suo et aequalibus suis satisfecisse videri debeat. De Stoicis in primis nemo quidem dubitaverit, qui nostrum fuisse sciat et ipsum Stoicum eundemque acutissimum atque doctissimum, sed non tam serviliter huic sectae addictum, ut in omnia magistrorum verba iurandum sibi esse putaret. Cum ceterorum Stoae statorum in hac doctrina expolienda et explicanda studiis observationibusque memoriae proditis usus est, tum vero maxime posteriorum, Posidonii etc. praecepta saepe in auxilium vocavit, quippe quos non a sola Heracliti praeceptione, modo

modo Stoae auctorum, pependisse, sed tum dogmata atque experimenta aliorum undecunque collecta accurata trutina examinasse, tum proprio ipsis studio rerum naturam observasse compertum habebat.

Illos enim priores latebant adhuc Aristotelis commentarii cum cura de tota hac doctrina compositi, unde, quod obiter moneam, quum haud sciam an a nemine iam observatum aut satius expositum sit, factum esse videtur, ut cum omnes philosophi post eum systemata condentes, tum vero maxime Stoici et Epicurei nihil nisi antiquiora dogmata sibi vindicantes et emendantes reperiantur, illi quidem Heracliti, hi Democriti maxime vestigiis insistentes et adhaerescentes. Qua quidem in re non male eos elaborasse constat. Igitur tantum abest, ut ingenii Graecorum marcescentis detrimentum in eorum philosophiae excolenda studiis agnoscamus, aut cum Tiedemanno excusemus, ut potius ab Aristotele derelictorum diligentiam et ingenii sagacitatem laudare necesse habeainus. Quare factum esse videtur, ut antiquiores auctores et professores Stoae plerumque Heraclitum sequuti, parum ipsi in Physica invenisse videantur, quamquam in iis Chrysippi acumen magis eminuerit quam ceterorum, utpote cuius sententia de motu, de atomis etc. non sine honore commemoratur. At recentior Stoa multos habuit auctores egregios, qui physicam tractarent et de ea optime merebentur, in primis Posidonium, cuius commentarios

faepe

faepe adhibuit suosque fecit Seneca. Hi et alii, quibus usus est, Aristotelis libris usi sunt, haud pridem ab Sulla, Athenis expugnatis, Romam translati et haud ita longe post Tyrannionis amiseni diligentia et studio publici iuris factis.

Iam vero hos et alios de rebus physicis auctores, quos omnes fere graecos suisse constat, ita in rem suam convertit, ut opinionibus atque cogitatis eorum expositis iudicium suum admovereat, observationibus propriis admixtis, et vel refutet vel affirmet, aut omnino aut ex parte. Atque hoc ea experientia atque modestia facere solet, ut non solummodo eruditum viri personam induere videatur, sed revera doctum et humandum se praebeat commendetque. Quod quidem, si in ullo philosophiae loco, in hoc certe, qui est de rerum natura, quemcunque huic inquisitioni deditum eo magis observare et exercere decebat, quo spinosiores et incertiores quaestiones, praesertim isto nostris instrumentis ac praefidiis destituto tempore, huius doctrinae studiosis obiiciebantur, quae omnem in iis diluendis audaciam et temeritatem prohibeant. In primis autem admiranda est tum acumen atque doctrina Senecae, tum modestia eius, cum in permultis Quaestionum reliquis locis, tum vero maxime in libro VII, qui est de Cometis, ubi praestantia iudicii nemini non se probabit. Quare non mirum est, quod tanto studio per omnia fere saecula nostrae aerae naturales quaestiones Senecae lectae atque descriptae inveniuntur.

In

In quo tamen eas celebrandi ardore haud exiguum quoque fons vitorum quaerendus est, quibus tum Codd. mſſ. tum Edd. antiquiores scatent: quandoquidem emblemata diversi generis, *diſtroyoagica*, glossemata etc. margini primo adscripta, deinde a librariis textui immissa ultra quam dici potest N. Quæſtiones commacularunt. Nec nobis tam emendatas nunc tractandi eas copia effet, niſi viri priorum temporum eximii, tum ingenio et virtute critica, tum doctrina, diligentia atque affiduitate praeſtantissimi idemtide omnes vires intendiſſent, ut et codicibus contendendis et lectionibus diiudicandis libra- riorum aliorumque emblemata detegerent et vi- tiis textum quem vocamus liberarent. In his eminent post *Matthæum Fortunatum*, panno- nium, (a loehero prorsus omisſum) qui Aldum in hisce naturalium quæſtionum libris castigan- dis Venet. a. 1522. 4. optime adiuvit, *Ferdin. Pintianus*, *M. Ant. Muretus*, *Ianus Gruterus* et *Joh. Fred. Gronovius*: nam *Justus Lipsius*, aetate et morbo ingravescente, libri primi capite primo abſoluto, ab opera sua, quam usque ad hunc locum maximo cum honore literis bonis promovendis dicaverat, abſistere cogebatur. Edi- tionem tamen eius inchoatam quæſtionum con- tinuavit et ad exitum perduxit *Libertus Fro- mondus*, in Academia lovanensi Philosophiae professor († 1653), vir eximius, qui antiquitatis ſtudium et ſcientiam cum philosophia et matheſi probe coniungebat, atque a peripateticis ſui tem-

poris physicae doctoribus haud semel et quidem in primis discedere audebat. Iam vero horum virorum laude mea maiorum merita de Senecae Naturalibus quaestionebus egregia sunt, sive criticam partem, sive exegeticam spectaveris. Sed illam magis excoluisse, quam hanc, si a Lib. Fro-mondo discesseris, expleuisse dicendi sunt, quip-pe qui non tam id se spectasse p[re]se tulerunt, ut res ipsas ibi tractatas exponerent, quam ut potius Quaestiones quam emendatissime foras ederent. Unde haud dubie factum est, ut multis partibus emendatior evaderet textus, quam antea legebatur, quamquam non ita auctorem usquequaque perpurgatum obtulerunt, ut nulla amplius ope critica indigeret. Multa enim loca superflunt, quae aperte corrupta sunt, alia, quae suspicionem corruptionis haud iniustum iniiciunt. Quare nisi recensionem plenam et iustum offerre possimus, tamen recognitio diligenter et sobrie instituta nonnullum huic egregio operi auxilium allatura videbatur. Fortasse tam felicibus nobis esse continget, ut Volumini subsequuturo subsidia addamus, quibus textus multo emendatior fiat. De his in praefatione isti volumini praemittenda uberius loquendi locus erit. Vale, studiisque nostris fave. Datum Bilefeldae ipsis Cal. Aug. MDCCCXI.

L. ANNÆI SENECAE

A D L U C I L I U M

NATURALIUM QUAESTIONUM

L I B E R P R I M U S.

Argumentum.

Praefatur; altissimam et animosissimam philosophiae partem esse, quae coelestia et Deum contemplatur, ac scientia moralis potiorem. Eam a meteoris ignitis orditur, deinde ad Coronam, Iridem, et alia apparentia transgreditur. Coronam undique in orbem aperiri, quemadmodum circuli solent, cum lapis in lacum aut piscinam deiicitur. Iridem a sole colorari, et fieri nube formata in modum concavi speculi et rotundi, cui forma sit partis e pila sectae, quod etiam censuerat Posidonius olim. Hic multa de speculis cumulat, et iis quae radiorum reflexione aut refractione vindentur. Ab Arcu ad Virgas et Parelia transiti, deinde ad nocturnos fulgores, chasmata, stellas discurrentes, et leviter aliquid de Cometis delibatum. Specula ei memoriant Hostii obscenissimi nebulonis excitaverunt. Inde legitimum usum speculorum doceat et abusum.

P R A E F A T I O.

QUANTUM inter philosophiam interest, Lucili viorum optime, et ceteras artes: tantum interesse existimo in ipsa philosophia, inter illam partem quae ad homines, et hanc quae ad deos spectat. Altior est haec, et animosior: multum permisit sibi: non fuit oculis contenta. maius esse quiddam suspicata est, ac pulchrius, quod extra conspectum natura posuisset. Denique tantum inter duas interest, quantum inter Deum et hominem. Altera docet, quid in terris agendum sit: altera, quid agatur in coelo. Altera errores nostros discutit, et lumen
admo-

Dignitas et praestantia ar- to dialecticam adjunxit. Cf. gumenti. Altissimam pree- Cic. Acad. I, 4 sq. *quae ad fatur et animosissimam phi- deos spectat*, physicam, ad losophiae partem esse, quae quam etiam Deum refere- coelestia et Deum contem- bant Stoici. cf. Lipsii Physiol. pletur, ac Scientia morali II, 5.

potiorem.

2. *Alterā — agatur in*

1. *et ceteras artes, rhe- coelo.* Astronomiam dicit toricam, grammaticam etc. et physicam mathematicam. Artium autem est, res sensi *unde lucet*, ubi Dei sedes bus obiectas tractare, et si est; itaque in coeli summam ulterius progrediantur, non- partem, ubi ille ignis, sol, nisi leviter et perfunctorie qui condit omnia ratione et philosophiam attingere, ut arte vegetans atque servans: quae arcana naturae et ea- cui et nomen naturae da- rum causas scrutatur. Cf. bant. Cf. Diog. Laert. VII, Epist. Senecae 89 et 90. *ad* 156. Tiedemann System *homines — spectat*, illa der Stoisch. Philos. II. p. 44 philosophiam moralem et sq. *quae publica est* cuilibet rationalem, haec naturalem vel non accurato scrutatori complectitur, ex divisione, manifesta. *quae universi* quae nostro placuit in Epist. *materia sit*, prima, ἐξ οὗ 89. Antiquissima philo- ὅτιδηποτοῦ γίνεται. Diog. phia continebatur physica, Laert. VII, 154 not. Cf. cui Socrates moralem; Pla- nostri Ep. 65, 2 sq. not. Mul-

admovet, quo discernantur ambigua vitae: ^a altera multo supra hanc caliginem in qua volutamur excedit, et e tenebris erectos, illo perducit, unde lucet. Evidem tunc naturae rerum gratias ago, quum illam non ab hac parte video, quae publica est, sed quum secretiora eius intravi: quum disco,

A 2

quae

- a. *altera multo supra hanc caliginem etc.* Sic Erasm., Ald., et palat. tert., una cum fragm. Colon. ap. Gruterum; Cod. Erf. *multum s. h. c.* Pincianus propter codd. mss. ~~τὸν~~ *supra* omittit, sequentibus Curione, Mureto aliisque. Erricii Memmii codd. aliquot ab Obsopoeo comparati dabant: *hanc supra calig.*, contra Senecae morem. Bene dici *excedere extra* notum est; quidni proinde *exc. supra?* Mox *eruptos* bona quorundam codd. mss. lectio est, melius quam *erutos* codicis Erford. et Erasmic. edit., et *exceptos* fragmenti colon. cod. Nam philosophia eripit ipsa, non nos sola nostra opera tenebras fugientes excipit. Ceterum *eruptus* et *exceptus* in codd. mss. confundi constat. *quae publica.* Sic codd.: concinnius tamen paullo putabat Gruterus: *qua p.* Continuo *quum secretiora* omnium codd. lectionem mutaverat Muretus: *in secretiora.*

Multos autem fuisse Stoicos Cic. de Legg. II, 11 ed. in exponenda hac re, vide Goerenz. Locella ad Xemus tum ex fragmentis, non nopl. Ephes. p. 284. Reusqueaque tamen claris, *spice nos*, formula fuit sola Cicerone aliisque conservata in precibus. Plerasvatis, tum e designatione licet autem has quaestiones brorum Zenonis aliorumque Epicureis et Stoicis disputatores Stoicorum, qui contra atotandi ansas dedisse constat. morum defensores suam de Sic Epicurus statuebat, materiae inertia et parata *Deum totum in se intendit* omnia natura sententiam *dere.* cf. Senec. de Benef. tueri studuerunt. Ceterum IV, 4. Diog. Laert. X, 77. cf. de his quaestionibus, de not.: *semel fecisse atomos* quibus ne Stoicis quidem rum concursu: in qua senconveniebat, Tiedemann tentia fuit et noster, de Be System. laud. II. p. 184 sq. nef. VI, 23. *Pars mundi* 195 sq. *respiciat* cura sua — *mundus.* Posterius sensos dignetur, ἐφορῶ, ἐπι- quietus est Seneca infra II, βλέπει. Cf. de Tranq. An. 45 cum reliquis Stoicis: c. 8, 2. Hinc fortunae re- Epicurus contrarium tenuit. spicientis fannum Romæ.

quae universi materia sit, quis auctor sit, aut custos: quid sit Deus: totus in se intendat, an ad nos aliquando respiciat: faciat quotidie aliquid, an semel fecerit: pars mundi sit, an mundus: liceat illi hodieque decernere, et ex lege fatorum aliquid derogare; an maiestatis deminutio sit, et confessio erroris, mutanda fecisse: necesse est enim ei eadem placere, cui nisi optima placere non possunt: nec ob hoc minus liber et potens est. Ipse enim est necessitas sua. Nisi ad haec admitterer,^b non fuerat nasci. Quid enim erat, cur in numero viventium.

b. non fuerat nasci. h. e. non fuerat, cur nascerer, non opus fuisset, ut n. Sic omnes codd. mss. Pinciani, Gruteri et Britannicus a I. F. Gronovio comparatus praestant, ideoque a Pinc. et Gron. probatum est. At Erasmus et Muretus habent: *Non fuerat operaे pretium nasci.* Sed ab homine latinae elegantiae non satis perito has voces insitas esse manifestum est. Sic noster loqui amat, e. c. huius operis lib. VI, 30, 3. quibus ad cadendum malestantibus non erat impelli sed agitari. Cf. I. Fr. Gronovii Obff. IV, 8 p. 601. ed. Lips. *Mox caufarium e Memmii codice recte prae tulit Gron. vulgato: cafurum.* Quidam codd. et erford. *caufarium.* Sic Epist. 68, 6 occurrit: *Caufariae partes.*

3. *Ipse enim est necessi-* co fluxit. Cf. Epict. Dis. tas sua. Ipse Deus sibi I, 9. *Saccus* (ἢ θμὸς) es! hanc necessitatem imposuit, ait noster Epist. 77, 14. Iam ut nisi optima non eligeret apud Platon. Gorg. IV p. saceretque. Noster in libro 103. bip. Socrates talem conde Provid. c. 5, 6 ait: Ille tinuam cibi potusque infu ipse omnium conditor ac sionem charadrii avis vitam rector scripsit quidem fata, vocat. Cf. Epictet. fragm. sed sequitur: semper paret, 94 ed, Schwgh. T. III. p. semel iussit. Stoicis itaque 95. *caufarium*, morbosum. necessitas rationis erat liber- Nam *causa*, *causatio* de tas. *An — percolarem.* Non aegritudine quacunque di infrequens apud veteres phi- cuntur. Cf. Gronovii Obff. losophos sicut comparatio cor- III, 14 et Schneider. ad Pal- poris humani cum vasculo, Iad. I, 4. ἀγγεῖῳ, unde haec cum fac-

tium me positum esse gauderem? An ut cibos et potiones percolarem? ut hoc corpus caulfarium ac fluidum, peritumque nisi subinde impleatur, et sarcirem, et viverem aegri minister? ut mortem timerem, cui omnes nascimur? Detrahe hoc inaequabile bonum, non est vita tanti, ut sudem, ut aestuem. O quam contempta res est homo, nisi supra humana surrexerit! Quamdiu cum affectibus colluctamur, quid magnifici facimus? etiam si superiores sumus, portenta vincimus. Quid est, cur suspiciamus

A 3 mus

c. *farcirem*. Sic legi ora Erasmi prodit, qui tamen vulgatum *farcirem* tenet cum omnibus aliis edd. et notis codd. Nec dubitavi illud restituere. Nam *farcire* et *farcire* in codd. confundi constat: deinde non convenit huic loco notio iterata implendi, sed requiritur notio medendi, emendandi. Caeterum si nexus permetteret, τὸ *farcirem* tueri possis fragm. Epict. 94 γάττω τετραὶ τὸν δύλαχον. Mox *cui omnes nascimur* plurimi dant codd., Pinciano assentiente: Erasmus et aliquot codd. una cum cod. Erford. *cui uni omnes n.* Sed haec lectio fententiae, quam hic tuetur noster, non convenit: non solum mortii, sed etiam philosophiae nascimur. Omnes tandem praestolatur mors.

4. *nisi supra humana* Stoic. phil. III, 7. *valetudinurrexerit?* nisi ad sapientiarum nostro Lazareth intiam et virtutem, ad vicini-veterum villis et castris contatem Dei adscenderit. Cf. venit. Vide De Ira I, 16, 3. Epist. 98, 9. Gataker. ad Epist. 27, 1 not. *non est tibi Antonin. II, 17. affectus se - bi - involutum*: nec simundum stoam spectant ad las pudorem, nec adularis, animum irrationalem, e. c. nec occultus tectusque es. ira, cf. de Ira I, 8. Epist. 71, *Cor involutum gerit haud 25.* Sunt itaque affectus nil dubie is, qui occultus et nisi Φαινόμενα, visus, qui tectus ap. Cic. de fin. II, 17 bus nihil solidi subest, sive in. dicitur. Exemplo tamen *portenta*, errores. Oppo- locutionis aegre careo. luxunitur animus rationalis, qui *ria*. Ovid. Fast. I, 213: inconcussus opinionibus re- Quaerere ut absument, ab- cillum semper statum tenet, in sumta requirere certant. At quo igitur summum illud ho- que ipsae vitiis sunt alimen- minis bonum positum est: ta vices.

Cf. Lipsii Manuduct. ad

mus nosmetipos, quia disimiles deterrimis sumus? non video quare sibi placeat, qui robustior est^d in valetudinario. Multum interest inter vires et bonam valetudinem. Effugisti vitia animi: non est tibi frons ficta, nec in alienam voluntatem sermo compositus, nec cor involutum, nec avaritia, quae quidquid omnibus abstulit, e sibi ipsi negat: nec luxuria pecuniam turpiter amittens, quam turpius reperet: nec ambitio, quae te ad dignitatem nisi per indi-
5 gna non ducet. Nihil adhuc consecutus es. multa effugisti, te nondum! Virtus enim^f ista quam affectamus, magnifica est: non quia per se beatum est, malo caruisse, sed quia animum laxat, ac praeparat
ad

d. in valetudinario. Sic recte codd. mff., Pinciano etc. volentibus dissecuit vocem Gron., qui doctissime vim vocis exposuit. *Invaletudinarius* enim non est vox Latina: quare τὸ in codex Erford. et edit. Grut. recte omisisse videri possunt. I. M. Gesnerus in Thes. Steph. L. L. Gronovianae doctrinae immemor fuit in hac voce.

e. sibi ipsi. Sic omnes codd., praeter unum britt., et edd. Et recte, si Erasmus regulam in Clav. Cic. sub voce *Ipsè* datam sequamur, in oppositionibus requiri obliquum casum, in ceteris locis rectum: quam quidem regulam scio Senecae plerumque amari. Nam quae Gronov. afferat exempla ideoque *sibi ipsa* e codice brit. praeferat, ea huc non spectant. Sed si vel maxime, regula illa posthabita, nonnisi codices sequendos cum Drakenhorchio ad Livium II, 19 aliisque malueris, nec lectioni *sibi ipsi* assensum recusaveris. Sic Codex Erf. *sibi ipsi negat* habet, qui etiam mox pecuniam turpiter perdens praeferat.

f. ista ex Erasm. ed. et tribus palat. atque Erf. addidi, Gruetero suafore. Non enim de faciliori virtute sermo est, sed de ista altiore, qua in *Dei* consortium venimus. Nam *Dei*, non *Deorum*, sanam esse scripturam, nec, quae Gruteri fuit opinio, hoc in *Dei* mutatum ab iis, qui Senecam Christianum putassent, tum loca Senecae multa haud disimilia docent, tum codices fere omnes suadent praecepintque. Codex tamen Erf. *Deorum* praeferat.

5. Stoae dogma fuit, an- tūs *laxat*, liberat a vinculis. **mum in corpore quasi in Iam** quum is particula sit custodia teneri: quem vir- mentis divinae, sensim eo reddit,

ad cognitionem cœlestium, dignumque efficit, qui in confortium Dei veniat. Tunc consummatum habet plenumque bonum fortis humanae, quum, calcato omni malo, petit altum, et in interiore naturae sinum venit. Tunc iuvat inter sidera ipsa vagantem, divitum pavimenta ridere, et totam cum auro suo terram: non s illo tantum, dico, quod egessit, et signandum monetae dedit, sed et illo, quod in occulto servat posteriorum avaritiae. Nec 6 potest ante contemnere porticus, et lacunaria ebore

A 4 ful-

s. non illo tantum, dico — sed et illo. Gronov. e britt., gallicis et duobus palatinis codd. restituit, quum olim esset: *non illum tantum dico — sed et illum.* Sic loqui amare Senecam bene docuit Gronovius locis Nat. Qu. VI, 16, 1, VII, 23, 1. Epist. 90, 35, ubi codd. suadent *de illa, sed illa* legendum esse persuasit Gronovius. Eandem hanc loquendi rationem Graecis quoque perquam familiarem fuisse constat, et docuit nuper Vir præstantissimus Schaeferus in Meletem. crit. Mox *tonsilis silvas* omnes codd. Grut. exhibent, et Erasmus: præferam lectioni *nonnaullarum* edd. *pensiles* f.: recentiorem etiam luxum tazare videtur: etli Epist. 122, 9 opponi possit, quare Lipsius ad h. l. dixit: Quidam editi *pensiles*, quod paene est, ut probem. *Et angustum et maxima ex parte* Cod. Erf. præstat.

redit, unde venerit: *calca-ticus* marmoreas. *tonsilis* to *omni malo*, corpore, *silvas*. Spectant haec ad omnibus affectibus et erro- luxum istorum temporum ribus depulsis sublatisque. notum, viridaria non solum *Sinum* penetralia: *pavi-* in impluvio, quorum mentio *menta*, quae in primis ope- fit a Tibull. III, 3, 15, ubi cf. re musivo et eo pretiosissimo Heynium, sed etiam in te- ornabantur. Cf. Sueton. Iul. ctis f. culminibus aedium 46. not.

6. *Lacunaria*, tecta tri- fuit tunc temporis recens. clinii ebore, auro picturaque Proinde Plin. N. H. XII, 2 splendentia, les plafonds. nemora tonsilia memorat ut Similes sunt hisce ornamen- inventum recens. Hic mos tis gypsati labores, lavori di silvas tonsiles f. arboreta ha- stucco ab Italies vocati. Cf. bendi in his aedium partibus Ernesti Clav. Cic. b. v. *por-* etiam nunc in regionibus austra-

fulgentia, et tonsiles silvas, et derivata in domos flumina, quam totum circumeat mundum, et terrarum orbem superne despiciens, angustum, et magna ex parte opertum mari, etiam qua exstat, late squalidum, et aut ultum aut rigentem. Sibi ipse ait: hoc est illud punctum, quod inter tot gentes ferro et igni dividitur? O quam ridiculi sunt mortaliū termini: Ultra Istrum Dacus non exeat: ^h Strymo Thracas includat: Parthis obstat Euphrates: Danubius Sarmatica ac Romana disterminet: Rhenus Germaniae modum faciat: Pyrenaeus medium inter

^h. *Strymo Thracas includat.* Sic Erasmus in ora edit. legendum posuit: contextus enim habet vitoſe: *Isthmus Samothracas includat.* Petrus Pithoeus invenit in uno codice: *Aenus Thracas includat.* Lipsius in suo cod. ms.: *Aestimun Samothracas:* alius dabat, *Istimum Sametrates,* f. *samoctates incl.* Vnde Lipsius coniecit: *Aenus mons Thracis incl.* Pincianus emend. *Isthmus suus Thraces includat*, ut intelligat auctor de Isthmo Thraciae Chersonesi, aut certe, inquit, *Strymo suus Thraces includat*; terminus enim Strymo fluvius inter Macedoniam et Thraciam Ptolemaeo et reliquis. Codex Erf. *hemotraces includat*. Alius codex: *imperium instinum Samotracas includat*. Haec vacillatio et diversitas lectionum locum valde suspectum reddunt. Illa Samothracum, quos codd. pertinaciter teneunt, mentio quo pertineat, non dicam. Nam etiam si vel maxime de finibus non pace quadam sed animo et votis hominum constituendis sermo sit, tamen quo te converteris haud extrices. Locus itaque corruptus meliores codices exspectat: dumne pannus attextus sit! Mox *Aethiopas* praefstat codex erford.: fortasse, quia rarior *Aethiopiarum* fit mentio. Occurrit tamen ap. Plin. V, 8 Nat. Hist.

australibus viget. Cf. Epist. constituti videntur, sed geo- 122, 9. not. *derivata in* graphicī, ut ita dicam, sunt, *domos flumina* vocat Sene- quibus romanos et exterios ca pater Controv. V, 5 na- fines quasi a natura confi- vigibilium piscinarum freta. tutos disterminasse videri Cf. Ep. C, 5. not. debent Geographi et Histo-

7. Terminī, quos hic de- rici. *Dacus* autem Augusti signat, non pace quadam tempore in utraque Danubii f.

inter Gallias et Hispanias iugum extollat: inter Aegyptum et Aethiopias arenarum inculta vastitas iaceat! Si quis formicis det intellectum hominis, nonne et illae unam aream in multas provincias divident? Quum te in illa vere magna fustuleris; quo-⁸ ties videbis exercitus subrectis ire vexillis, et quasi magnum aliquid agatur, equitem modo ulteriora explorantem, modo a lateribus affusum, libebit dicere:

It nigrum campis agmen. —

Formicarum iste discursus est, in angusto laborantium. Quid illis et nobis interest, nisi exigui mensura corpusculi? Punctum est istud in quo navigatis, in quo bellatis, ⁱ in quo regna disponitis: minima, etiam quum illis utrimque Oceanus occurrit. Sur-⁹ sum ingentia spatia sunt, in quorum possessionem animus admittitur: at ita si minimum secum ex cor-

A 5

pore

i. *in quo regna disponitis.* Haec est emendatio Erasmi egregia, quum omnes codd. darent: *in quo regnatis, ponitis numina*, nullo aut malo sensu. Gruteri tamen codd. praestant, et si reliqua etiam vitoſe; tamen recte *minima*, quibus in hoc assentit cod. erf. Huic Criticae generi ista Erasmi emendatio honori est, quod Valckenar. in Diatribe, ut hoc exemplo utar, egregie ornavit. Mox Erasm. duo Gruter. codd. et erfard. *Oceanus occurrit*, plurimi *incurrit*:

f. *Ifiri* ripa habitans, ab hoc 8. Versus est Virgil. Aen. Caesare ultra fluvium regre- IV, 404. *Oceanus* qui omni cogebatur. Cf. Strabo nem terrarum orbem *utrimque VII.* p. 375 sq. lipf. *Sarma- que* i. e. a latere utroque *tes*, in pr. Jazyges, Roxola- ad occasum et ad ortum (cf. ni et Peucini inferiore Da- Lipsii Physiol. Stoic. II, 17 nubio a Romanis hoc tem- fin.) circumfluit, ideoque mi- pore separati sunt. Cf. Ta- *nima* regna, etiamsi totam cit. Germ. c. 40. *Rhenus*. terrae superficiem comple- Claudio jussit, ut Rhenus stantur.

terminus esset. Cf. Tacit. Annal. XI, 19. 9. *at ita si — redit.* Fa- cile videris, sapientem hic Stoi-

pore tulit, si fordidum omne detersit, et expeditus levisque ac contentus modico emicuit. Quum illa tetigit, alitur, crescit: ac velut vinculis liberatus, ~~10~~ in originem reddit. Et hoc habet argumentum divinitatis suae, quod illum divina delectant: nec ut alienis interest, sed ut suis. Secure spectat occasus siderum atque ortus, et tam diversas concordantium vias. ~~11~~ Observat, ubi quaeque stella primum terris lumen ostendat, ubi culmen eius summum, qua cursus sit, quo usque descendat. Curiosus spectator excutit singula, et quaerit. Quidni quae-
rat? Scit illa ad se pertinere. Tunc contemnit domicilii prioris angustias. Quantum enim est, quod ab ultimis litoribus Hispaniae usque ad Indos iacet? Paucissimorum dierum spatium, ¹ si navem suus ven-
tus

currit: quare Pincianus legendum suasit: *undecunque Oc.*, bene, ut omnia fere, quae eius ingenio debentur. Sed vul-
gata habet quo se tueatur. Deinde cod. erf. et ita, *si se-
cum minimum ex tempore tilit.*

k. *Observat, ubi quaeque stella primum terris lumen o.* Sic fere Muretus, qui tamen *terris* non agnoscit. Erasmus: *obseruat ubique quae stella primum coelis.* Sed codd. non *coelis* sed *terris* habent. Sic Virgil. Georg. IV, 232. Taygeti simul *os* *terris* ostendit honestum Plrias. Sed illud: *ubique*, quod Erasmus et codd. habent, tolerari nequit.

1. *si navem suus ventus implevit.* Sic optimi codd. Alii tamen: *si navem suus ventus ferat.* Codex erford.: *si navem suus ferat ventus.* Olim eusi, ait Grut. *si navem
ferat suus ventus implebit.* Enimvero in his glossatoris manu-

Stoicum describi, quippe superstitione stultorum tene-
quem ab erroribus et affe- tur, quos anxie Astrologis ctibus liberum unice id agere hinc leges suas depromenti posse declarat, quae *huc* *bus* *animum* *advertisse* *con-
spectant*: *stultum*, *qui affecti- stat*.

bus *pareat*, *non posse*. Se- 11. *Quantum enim — si
cure spectat — vias:* *quo- navem suus*, secundus, *niam* *divina*, *quorum est ventus implevit.* Haud du-
pars, *eum* *delectant*, *nec bie* *insulas Canarias intel-
lexit*,

tus implevit. At illa regio coelestis per triginta annos velocissimo sideri viam praestat, nusquam resistenti, sed aequaliter cito. Illic demum discit, quod diu quaesivit: illic incipit Deum nosse. Quid est Deus? Mens universi. Quid est Deus? Quod vides totum, et quod non vides totum. Si demum magnum

manum facile agnoscas, ex margine in contextum temere illatam. Saepe enim a Criticis librariorum mos iste observatus et derisus est, notam quam vocamus; qua in margine vocem rariorem aut doctiorem explicatam vidissent, in textum assumendi: unde διττογαφίαι interdum ortae sunt. Mox inter nusquam resistenti, et, numquam res. codd. fluctuant. Sensus manet idem. Contigit §. 12. in fine vulgata est lectio, ubi cod. erf. contingit habet. Utrumque defendi potest: sed cur vulgatum deferam, non video.

lexit, quippe quae sub nomine atque adeo mari haud ita mine insularum fortunata- magno ab ea disternitatem rum iam Sertorii aetate in- esse putavit, ut proinde ab notuerant (Plutarch. III. p. insula Canaria non multum 520 Reisk.). Ipsius Ptole- distaret India. Hanc ipsam maei notitia ultra eas non sententiam Columbi etiam pertinuit. Ceterum locus aetati probatam esse constat, hic notatu dignus est de no- Cf. Mannert I. p. 142 sq. titia veterum super his re- *velocissimo sideri*, Saturno. gionibus. Iam Eratosthenes Cf. VII, 29. Eadem refert (flor. ante Chr. nat. 226.) Cic. de Nat. Deor. II, 20. suspicabatur, nisi Atlantici maris magnitudo obstante, 12. *Quid est — totum.* ex Hispania facile in Indianum Pantheismum hic vides clannavigari posse (Strab. 1. p. re expositum ab Heraclito 173. lipf.). Huic opinioni mutuatum, qui saepe a fama quadam, unde Platonis ris. doctis male intellectus Atlantis (cf. Plat. Opp. IX p. est. Ratio, spiritus igneus, 296. coll. X p. 39. et Aristot. mens universum creavit, de Coelo II, 14 fin.) orta sensus est, et per omnia difuerit, ut videtur, subnixae, funditur. Hoc modo mun- posita Ptolemaeus quoque dum dixerit sapientem, et assensus est, quippe Indianum mundum itidem Dei corpus orientalem usque ad Africam atque animal. Cf. Lipsiam occidentalem pertinere, Physiol. Stoic. I, 6. sq., qui rem

gnitudo sua illi redditur, qua nihil maius excogitari potest, si solus est omnia, opus suum et extra et intra tenet. Quid ergo interest inter naturam Dei
 13 et nostram? Nostri melior pars animus est: in illo nulla pars extra animum. Totus ratio est, quum interim tantus error mortalia teneat, ut hoc, quo neque formosius est quidquam, nec dispositius, nec in proposito constantius, existiment homines fortuitum et casu volubile, ideoque tumultuosum inter fulmina, nubes, tempestates, et cetera quibus terrae ac terris vicina pulsantur. Nec haec intra vulgum dementia est, sapientiam quoque professos contigit. Sunt qui putent, sibi ipsis animum esse, et quidem providum ac dispensantem singula, et sua, et aliena: hoc autem universum, in quo nos quoque sumus, expers esse consilii, et aut ferri temeritate quadam, aut natura nesciente quid faciat. Quam utile existimas ista cognoscere, et rebus terminos ponere? quantum Deus possit: materiam ipse sibi formet, an data utatur? utrum idea materiae prius

rem acutius tractavit quam rae ὁμοιωμερεῖαις, atque de Tiedemann. Syst. der Stoisch. Leucippi, Democriti et Epic. Philos. II. p. 166. sq. et Geist curi atomis. Vocamus hos der specul. Phil. II. p. 541. cum Stratone lampacenio sq. Similia docuit Pythagoras (Cic. Acad. IV, 121. p. 217 ras, Cic. de Nat. Deor. I, ed. Goerenz.). Cf. Lipsii Phys. et Empedocles, cf. Sturz. Stoic. I, 5.
 13. Empedocles p. 256 sqq. His quaestionibus sat

ut hoc coelum, tone gravibus saepe cruciatos tumque mundum una cum esse philosophos inde a primis deo, a quo regitur. Philosophandi temporibus multuosum nullum tenens usque ad nostram aetatem, ordinem, confusum, omnes est notissima. Materiam que consilio privatum. Nec — utatur. Omnes fere an haec contigit. Cogitasse tiquitatis philosophi aeternividetur Seneca de Anaxagoratem materiae statuebant, ex qua

prius superveniat, an materia ideae? Deus quidquid 15
vult efficiat, an in multis rebus illum tractanda de-
stituant: et a magno artifice prave formentur mul-
ta, non quia cellat ars, sed quia id in quo exer-
cetur, saepe inobsequens arti est? — Haec inspi-
cere, haec discere, his incubare, nonne transfilire
est mortalitatem suam, et in meliorem transscribi
fortem? Quid tibi, inquis, ista proderunt? Si nihil
aliud, hoc certe sciam, ^m omnia angusta esse, men-
sus Deum. Sed haec deinde.

C A P U T

m. omnia angusta esse, mensus Deum. Sic egregie boni
codd., quum alii vel omnino τὸν *mensus Deum* omittant,
vel *angusta esse versus Deum* praestent. Gronovius doc-
uit, *mensus, metiri ex verbis esse*, quibus Annaei Seneca
et Lucanus delectati sint. Cf. de benef. II, 16, 1. Nat.
Qu. IV. praef. §. 13 etc.

qua Dens mundum fecerit. an ipsae intellectui s. menti
Senecae tamen tempore Dei ut notiones adfuerint,
suisse quoque videntur, qui formae per se subsistentes et
materiam a Deo formatam agentes in materiam, ut si-
el se statuerent. Cf. Brugillum in ceram solet (cf.
ckeri Histor. Phil. I p. 939. Tiedemann Geist der spe-
Fortasse cogitavit noster de cul. Philos. II. p. 89 sq. post
orientali philosophia, quam Brucker. I. p. 695. sq.).
in Aegypto et Asia cognosse 15. *Deus arti est?* Et
poterat. Emanavit illa qui haec quaestio ad dogma de
dem materia, secundum materia eiusque aeternitate
eam, ex Deo, Ormuzio, spectat. Si enim materia
fonte originario omnis lucis. aeterna est, Deo in multis
utrum idea — ideae. Haec rebus resistat necesse est; sin
ad Platonis dogma de ideis vero a Deo ipso creata cre-
spectare patet. Quaeritur ditur, ex ea, quidquid Deo
autem, utrum ideae hae ex placuerit, creari poterit.
tra Dei intellectum fuerint, *mensus Deum*, h. e. con-
ad quas tamquam ad exem- templatus naturam et opera
plaria aeterna materiae for- Dei: quum Deum, inquit
mam dederit, substantiaene auctor, consideravero et ae-
an actiones intellectus divini stimavero. Lucanus VIII,
fuerint (cf. Epist. 58. 65. 527 Metiri sua regna decet
Lipphi Physiol. Stoic. II, 3.), viresque fateri etc. Gron.

C A P U T I.

NUNC ad propositum veniam opus. Audi quid de *Ignibus* philosophia velit, quos aër transversos agit. Magna vi illos excuti argumentum est, quod obliqui feruntur, et praerapida celeritate. Apparet illos non ire, sed proiici. Ignium multae variaeque facies sunt. Aristoteles quoddam genus illorum *Capram* vocat. Si me interrogaveris, quare? prior mihi rationem reddas oportet, quare *Hoedi* vocentur. Si autem, quod commodissimum est, convenit

nerit

vocantur, constat: cf. Ae- 7. *Chamaeleontes*, χα- lian, N. Anim. IV, 2. — μακέοντες, lacertae species. Noli tamen putare, unicum E veteribus eam descripsit hunc versum ex illius poe- primus, quod scimus, Ari- matibus esse servatum, quam stoteles Histor. Animal. II, quidem opinionem quidam 11, qui mutationem coloris viri docti fovere videntur. commemorare non omisit: Vetus interpres Lucani hosce τῆς δὲ χροιᾶς η̄ μεταβολὴ citat versus Neronis de Ti- ἐμφυσωμένῳ αὐτῷ γίγνεται gride ex libro 1, citante I. etc. Aelian. N. Anim. II, 14, Grutero ad Nat. Qu. Sene- qui etiam XII, 28 exempla- cae III, 26, quos apponere affert, quibus sequentia, et lubet: Quique pererratam *reliqua animalia* — accen- subductus Persida Tigris De- sa, illustrantur, cuilibet ta- ferit, et longo terrarum tra- men attendenti vel iam nota- ctus hiatu Reddit quaesitas vel facile observanda ac mul- non quaerentibus undas. tiplicanda.

mittant lucem? Illa densa et coacta, hae rarae sint? illa eiusdem materiae tota, hae e diversis temere compositae, et ob hoc discordes, nec diu cohæsurae? Praeterea videmus, ortu solis partem quandam coeli rubere: videmus nubes aliquando ignei coloris. Quid ergo prohibet, quomodo hunc colorem unum accipiunt solis occursu, sic multos ab illis trahi, quamvis non habeant speculi potentiam? 9 Modo, inquit, inter argumenta ponebas, semper arcum contra solem excitari, quia nec a speculo quidem imago redderetur, nisi adverso. Hoc, inquit, commune nobis est. Nam quemadmodum opponendum est speculo id, cuius imaginem in se transferat: ^c sic, ut nubes infici possint, ita sol ad hoc

^{c.} *Praeterea videmus — rubere.* Haec verba neque Fortunatus in libris suis invenit, nec Obsopoeus in libro Nicotiano, subdubitantque, an e marginie in textum irrepserint. Sed quamquam non necessaria sunt, tamen nulla causa est, hic locum eis denegandi. Cf. Gruter. IV, 6 Opinionum, si tanti videatur

^{d.} *sic, ut nubes infici possint, ita sol ad hoc apte ponendus: non enim idem facit, si undique effulgit, et ad hoc opus est radiorum idonea locatio.* Sic omnes impressi et scripti libri ante Muretum, qui multis resectis, nulla-

8. *et coacta, πεπιλημένα.* ctet. Diss. I, 4, 9 Schwgh. Sic enim illam densitatem et nos ad Senec. de Ira I, 3, 1. compressionem, Graecorum De Posidonio, praestantissimis πιλησιν, reddere solent Lammo Stoico philosopho et tini: e. c. Cicero, Scriptores historico, Ciceronis aequali, Rei rust. Cf. Gronovii Obs. cuius opera omnia, quae IV, 3 p. 540. ed. lipf. Hinc multa fuere et ea praeclara, coactiliarius, πιλοποιός, verti- exceptis fragmentis haud tur in Glossis, vestiarius. paucis, perierunt, cf. Fabric. Vide Salmas. ad Scriptt. Bibl. Gr. III, 572. Burigny Hist. August. Vol. II. p. Mémoir. de l'Academie des Inscript. T. XXIX. Heyne 143.

9. *inquit* adversarius: ut de fontibus Diodor. IV. p. Graeci Φησι. Upton ad Epi- 119.

hoc apte ponendus: non enim idem facit, si undique effulgit, et ad hoc opus est radiorum idonea locatio. Haec dicuntur ab iis qui videri volunt nubem colorari. Posidonius, et hi qui speculari ratione effici iudicant visum, hoc respondent: Si ul-¹⁰lus esset in arcu color, permaneret, et viseretur eo manifestius, quo propius. Nunc imago arcus ex longinquo clara est: interit, e quum e vicino est ventura. Huic contradictioni non consentio, quum ipsam sententiam probem. Quare? dicam. Quia coloratur quidem nubes: sed ita, ut color eius non undique appareat. Nam ne ipsa quidem undique appetat. Nubem enim nemo qui in ipsa est, videt. Quid ergo mirum, si color eius non videtur ab eo, a quo ipsa non visitur? Atqui, quamvis ipsa non videatur, est: ergo et color. Ita non est argumentum falsi coloris, quia idem apparere accidentibus definit. Idem enim in ipsis evenit nubibus: nec ideo fallae sunt, quia non videntur. Praeterea quum dicitur tibi, nubem sole esse suffectam, non dicitur tibi, colorem illum immixtum esse velut duro corpori ac stabili et manenti, sed

C 5

ut

nullaque mutilationis ratio adiuncta, haec tantum dedit: *sicut nubes infici possint, ita solis ad hoc opus est radiorum idoneus ictus.* Impudentiam merito hanc agendi rationem vocavit Gruterus. Glossemata tamen equidem cum eodem Grutero agnosco: fortasse ultima *et ad hoc opus — locatio* eius farinae sunt: nam et idem sonant ac illa: *ita sol — ponendus, et pro voce locatio codex pal.* habet ictus.

- e. *quum e vicino est ventura.* Hanc omnium codd. et edd. scripturam mutavit Muretus: *quum in vicino est.*
- f. *immixtum.* Sic multi codd. et omnes edd. Sed Memmii et Nicotii codd. *inustam esse.* Fortasse inde venit haec varietas, quod *immixtum esse* scriptum erat. Nam *inustum* hic non convenit.

11. *Praeterea quumfectam i. infectam, colo-
dicitur tibi, i. e. a te. sus- ratam.*

ut fluido et vago, et nihil amplius quam perbre-
x2vem speciem recipienti. Sunt etiam quidam colo-
res, qui ex intervallo vim suam ostendunt. Purpu-
ram Tyriam, quo melior saturiorque est, eo oportet
altius teneas, ut fulgorem suum ostendat. Non
tamen ideo non habet illa colorem: quia quem
optimum habet, non quomodo cunque explicetur,
ostendit. In eadem sententia sum, qua ^g Posido-
nius, ut arcum iudicem fieri nube formata in mo-
dum concavi speculi et rotundi, cui forma sit par-
tis ¹³ pila sectae. Hoc probari, nisi Geometrae ad-
iuverint, non potest: qui argumentis nihil dubii re-
linquentibus docent, solis illam esse effigiem, non
similem. ^h Neque enim omnia adversus specula re-
spondent. Sunt, quae videre extimescas; tanta de-
for-

^{g.} *Posidonius.* Etsi defendi potest hoc nomen satis celebre
h. l. et supra § 9, e. c. ex h. libri c. 8, 4, tamen nescio
an *Parianus Artemidorus*, cuius in simili re, ut auctoris,
meminit noster supra 1, 4, 3, hic locum melius tueatur.
Codd. tamen nullam praebent varietatem lectionis.

^{h.} *Neque enim omnia adversus specula respondent.* Haec
omnium codd. et edd. lectio non immutari debebat a
Pinc., qui *ad verum sp. resp.* ut conjecturam suam pro-
posuit, quae deinceps in omnes inseguatas editiones per-
peram propagata est. Nec Gruteri emendatio *adversis*
probanda est. Quid enim latinus quam dicere, *respondeat*
hoc

12. *Purpuram Tyriam.* obscuritatem conquerenti re-
Fuisse hoc purpurae genus spondit vendor, Erige al-
optimum inter omnes contius et suspice, teste Macro-
stat. Cf. supra c. 3, 14. — *bio Saturn. II, 4.* Hoc erat
Hinc inde emtores in explo- προς αὐγας ἀνασηπειν, egre-
randa purpurae bonitate ad gie animadvertente Hemster-
Solis radios sublatam in al- husio ap. Ruhnken. ad Ti-
tumi purpuram suspiciebant, maei Lexic. p. 265. ed. II.
et purpura suspectu reful- 13. *Hoc probari — simi-*
gens apud Plin. H. N. IX, lem. Iam Fromondus Me-
38. Augusto emtae purpurae teorol. VI, 1, 2 docuit, male
cessu-

formitate corruptam faciem visentium reddunt, servata similitudine in peius. Sunt, quae quum vide-¹⁴ris, placere tibi vires tuae possint: in tantum la- certi crescunt, et totius corporis supra humanam magnitudinem habitus augetur. Sunt, quae dextras facies ostendant, sunt quae sinistras, sunt quae torqueant vel evertant. Quid ergo mirum est, eiusce modi speculum, quo solis species vitiosa reddatur, in nube quoque fieri?

VI. Inter cetera argumenta et hoc erit, quod nunquam maior arcus dimidio circulo appetet; et quod eo minor est, quo altior est sol. ^a Ut ait Virgilius noster,

— — *Et babit ingens
Arcus — —
quum*

hoc adversus illa, i. e: convenit, et quid loci huius sententiae magis consentaneum, quam sensus: non omnia quae speculis opponantur, iis respondere similia iis esse? Mox nonnulli codd. corrupta ut — reddant. Sed in ut a librariis mutatum esse videtur.

a. *Vt ait Virgilius noster, Et babit ingens Arcus.* Sic omnes codd. et edd., excepta Erasmiana et Manutiana, quae Fortunati transpositionem: *Et babit ingens Arcus, ut ait Virgilius noster, quum* etc. sequutae sunt. Ceterum noli presuppo-

effurum esse geometris has C. 6. Numquam arcus probationes tentantibus. *Re-* maior dimidio circulo. *Spondet* i. imaginem veram *i. et quod eo* sol. Ob referunt. Sic Celsus II, 6 servatum enim est, infra so extr. II, 10 p. 88. V, 18, 13. lis $72^{\circ} 2'$ arcum conspicu non bip. *Neque — evertant.* posse: unde sequitur, arcus Notiora sunt, quam ut iis dimidium eo minus esse, quo immoretur interpretatio. Qui altior sit sol. Versus *Virgi* tamen plura scire velit, is *lii Ge. I*, 380 est. Arcum audeat Euclidis Catoptricam tem imbreem plerumque por ap. Schneider. Eclog. phys. tendere suis cornibus hau p. 391 sq. Smithii Opticam stiam omni tempore creditum est. Cf. Tibull. I, 4, 44 e:

quum adventat imber: sed non easdem, undecunque apparuit, minas affert. A meridie ortus magnam vim aquarum vehet. Vinci enim non potuerunt ^z valentissimo sole; tantum est illis virium. Si circa occasum resulxit, rorabit, et leviter impluet. Si ab ortu circave surrexit, serena promittit. Quare tamen, si imago solis est arcus, longe ipso sole maior appetit? Quia est alicuius speculi natura talis, ut maiora multo quam videat, ostendat, et in portentosam magnitudinem augeat formas: alicuius invitem talis est, ut minuat. Illud mihi dic, quare ³ in orbem eat facies, nisi orbi redditur? Dices fortasse, unde sit ^b illi color varius: unde talis figura sit,

suppositio hoc habere cum Fortunato. Quo maior arcus humiliorque sol erit, eo plus aquarum habet: hoc firmat illo Virgiliano. Codex palat. quart. ap. Grut. haec exhibuit: *quo altior est solis arcus aut ventos aut pluvias aut serenum significat, ut ait Virg. noster et bibit. ing. arc. q. adv. imber.* In quibus explicationem nexus a lectore quodam adiectam et deinde; ut fit, in textum temere immisquam facile deprehendas. Mox rorabit Fortunati editio et Erasmi: Pinciani tamen omnes codd. et Gruteri tres, tonabit.

^{b.} illi Fortunati et Gruteri codd.: at Erasmus, ille. Mox a quo quum fatearis plurimi codd. At ^{cō} quum non habet

La Cerdia ad Virgil. l.l. Bene Consuli merentur Kästneri Muretus: Hinc urbanissime Compendium Catoptrices dictum est a Palinuro Plau- germanice scriptum: Got-tino, qui anum senio incur- tingae 1780 ed. III. p. 236 sq. vam bibentem viderat: Ecce Beckmanni Compedit. Tech- autem bibit arcus: pluet, nologiae etc. *nisi orbi reditum* Credo, hercle hodie. *ditur, nisi ab orbe a sole proficiscatur.* Ceterum haec

^{2.} *Quia est — formas — ne hilum quidem adiuvarerminuat.* Illud praestant spe- Posidonii et Seneca de cula concava quae augent, Iride sententiam, in propa- ^hoc autem convexa, cylindro est: quamquam auctor Africa et conica: utrumque libri pseudoaristotelici de pertinet ad specula curva. Mundo firmet.

fit, non dices, nisi aliquod exemplar, ad quod formetur, ostenderis. Nullum autem aliud, quam solis est, a quo quum fatearis illi colorem dari, sequitur ut detur et forma. Denique inter me et te convenit, colores illos quibus regio coeli depingitur, a sole esse. Illud unum inter nos non convenit: tu dicis illum colorem esse, ego videri. Qui sive est, sive videtur, a sole est: tu non expedes, quare color ille subito definat, quum omnes fulgores paulatim discutiantur. Pro me est et repentina⁴ eius facies, et repentinus interitus. Proprium enim est speculi hoc, quod non per partes struitur, quod apparet, sed statim totum fit. Aequo cito omnis imago in illo aboletur, quam ponitur. Nihil enim aliud ad ista efficienda vel removenda opus est, quam ostendi et abduci. Non est propria in ista nube substantia, nec corpus; sed mendacium, et sine re similitudo. Vis scire hoc ita esse? Definet⁵ arcus, si obtexeris solem. Oppone, inquam, soli alteram nubem: huius varietas peribit. At maior est aliquanto arcus, quam sol. Dixi modo, fieri specula, quae multiplicent omne corpus quod imitantur. Illud adiiciam, omnia per aquam videntibus longe esse maiora. Literae quamvis minutae et obscurae, per vitream pilam aqua plenam maiores clarioresque cernuntur. c. Poma formosiora quam sint

habet Erasmus. Et deinceps, *Qui sive est, sive videtur, a sole est*, vulgata lectio, immutata a Mureto, resecto ultimo est; qui etiam τὸν color ille temere fustulit, et proponitur cudi jussit componitur. c. *Poma formosiora*. Fuit quum arbitrarer legendum esse *forma maiora*; sed nunc

5. *Literae* etc. Haec ex- annuli a Cleomedes II, 6. empla saepe in hac re ad- Euclide Catoptric. 7, notante mota videntur. Exemplum Schneidero in Anim. p. 258. ad

6 sint videntur, si innatant vitro. Sidera ampliora per nubem adspicienti videntur, quia acies nostra in humido labitur, nec apprehendere, quod vult, fideliter potest. Quod manifestum fiet, si poculum impleveris aqua, et in id conieceris annulum. Nam quum in ipso fundo iaceat annulus, facies eius in 7 summo aquae redditur. Quidquid videtur per humorem, longe amplius vero est. Quid mirum, maiorem reddi imaginem solis, quae in nube humida visitur, quam de causis duabus hoc accidat? quia in nube est aliquid vitro simile, quod potest perlucere, est aliquid et aquae: quam si nondum habet, tamen iam apparet eius natura, in quam ex sua vertatur.

VII. Quoniam, inquit, vitri fecisti mentionem, ex hoc ipso contra te argumentum sumam. Virgula solet fieri vitrea, ^a striata, vel pluribus angulis in modum clavae tortuosa: haec si ex transverso solem accipit, colorem talem, qualis in arcu videri solet, reddit: ut scias hic non imaginem solis esse,

sed

Hunc video emendatione locum non indigere, sed observatione, poma quae hoc in statu formosiora fiant, etiam maiora esse.

^{a.} *striata*. Gronovii est emendatio, qui se non capere ait, quid sibi velit vulgatum *stricta*. Videtur autem velle Seneca, quod sequitur: *totidem redderet soles, quot habuerit insecturas*. Nam insectuae nihil aliud quam striae.

Varro

ad Eclog. phys. p. 400, ubi 1. *Virgula — repercutta*.
e Plut. de Plac. Phil. III, 5 Primum hic habemus et, nisi idem affertur, loco nostro fallor, unicum prismatis vein Animadvv. adscripto. stigium in antiquitate, saepe ab auctoribus historiae opti-

C. 7. Prismata hypothesei cae adhibitum. Perspicacis huic Sencae firmandae ad- simus Schneider in Animadv. hibetur. ad Ecl. phys. p. 254 sq. monet,

sed coloris imitationem ex repercuſſu. In hoc ar-²
gumento multa ſunt pro me. Primum, quod appa-
ret quiddam laeve eſſe debere, ſimile ſpeculo, quod
ſolem repercutiat: deinde, quod appetat non fieri
ullum colorem, ſed ſpeciem falli coloris, qualement,
ut dixi, columbarum cervix et ſumit et ponit, ut-
cunque deflectitur. hoc autem et in ſpeculo eſt,
cuius nullus videtur color, ſed simulatio quaedam
coloris alieni. Unum tamen hoc ſolvendum eſt,³
quod non viſitetur in illa virgula ſolis imago, cuius
bene exprimendae capax non eſt. Ita conatur qui-
dem reddere imaginem, quia laevis eſt materia, et
ad hoc habilis: ſed non potest, quia enormiter fa-
cta eſt. Si apte fabricata foret, totidem redderet
ſoles,

Varro de re rufica I, 29, 3 ed. Schneid.: Qua aratrum
vomere lacunam ſtriam facit, fulcus vocatur. Certe, addit
Gron., et apud Appuleium lib. II legebatur *squameae cer-*
vicis ſtricto tumore, antequam viri docti reſtituerent,
ſtriato. Huic Gronovii ſententiae, quam et Schneiderus
V. Cl. affenſu ſuo firmavit (Annotat. ad Eclog. phyl. p.
254), calculum addere, adeoque *ſtriata* textui reddere
cogor. *Tortuosa* praeftant Gruteri membranae et Manutii
editio vulgata eft *toroſa*. Laevia fuſſe ait Seneca haec
prismata, quea nunc vocamus, enormiter facta et, ut ita
dicam,

net, longis et iis ſexangulis V, 6. Columbarum mentio
beryllis hanc observationem ibi tamen in verſu Neronis
debere originem ſuam, lau- tantum occurrit, quam ut
datque in hanc rem locum propriam in rem ſuam bene
perquam memorabilem Pli- convertit.

nii N.H. XXXVII, 2 et in pr.

c. 9, unde quoque appetat, 3. quia enormiter facta
hanc Senecae opinionem illo eſt, habebat enim ſtrias vel
tempore vulgarem fuſſe, et plures angulos, ideoque
virgulam hanc ab artificibus erat in modum clavae toroſa
huius rei cauſa confectionem et inaequalis, fine certa lege
eſſe. Mirum tamen eſt, quod et norma. Sic infra II, 1, 4
Seneca nullum refractionis de terra ait: utrum lata ſit
reſpectum habuit. et inaequalis et enormiter
2. qualement, ut dixi, c. proiecta.

foles, quot habuisset ^b inspectationes. Quae quia non discernuntur inter se, nec satis in vicem speculi nitent; inchoant tantum imagines, nec exprimunt, et ob ipsam viciniam turbant, et in speciem coloris unius adducunt.

VIII. At quare arcus non implet orbem, sed dimidia pars eius videtur, quum plurimum porrigitur, incurvaturque? Quidam ita opinantur. Sol quum sit multo altior nubibus, a superiore tantum illas percutit parte: sequitur ut inferior pars eorum non tangatur lumine. Ergo quum ab una parte solem accipient, unam partem eius tantum imitantur, quae nunquam dimidia maior est. Hoc argumentum parum potens est. Quare? quia quamvis sol a superiori parte sit, totam tamen percutit numerum. Ergo et tinct. Quidni? quum radios transmittere soleat, et omnem densitatem perrumpere.

Dein-

dicam, insecturas habentia: quae quidem omnia in *stricta* et *tortuosa* cadere possunt, non item in *stricta* i. brevia, vel densa, recta) et *tortuosa* (i. e. crassa). Quare et *tortuosa* recepi. Erasmi editio in contextu habet *fracta est*, sed ad marginem posita est altera lectio *enormiter facta*, quam exhibemus §. 3.

b. *inspectaciones*: i. e. loca separata, in quae sol inspicere, radios suos immittere possit. Voce hac unus Seneca utitur. Retuli cod. palat. quarti scripturam, *quot habuisset inspectacōs*. Erasmus, *inspectatores*, Gruteri reliqui *inspectores*, quam vocem dederant quoque codd. Fortunati, qui inde facere sibi permisit vocabulum barbarum *insecturas*, i. e. eo interprete, canaliculos, five strias. Hanc emendationem ab Erasmo: aliquique orae edd. adipictam Muretus audacter, uti eius fuit mos, in contextum admisit: sequacibus ad hunc diem cunctis Senecae editoribus. Insistamus, quoad eius fieri potest, tutius codd. vestigis! Mox nec *satis* e duobus Grut. codd. recepi, quum olim esset in edd. *non satis*.

C. 8. Causa circuli dimi- fuerant, ut ex §. 4. probabili fit. Magis convenit cum

i. *Quidam ita opinantur* Aristotelis sententia Meteotorum. Stoici quidem non rol. III, 6.

^a Deinde contrariam rem proposito suo dicunt. Nam si superior est sol, et ideo tantum superiori parte nubium affunditur, nunquam terra tenuis descendit arcus. Atqui usque in humum demittitur. ³ Praeterea nunquam non contra solem est arcus. Nihil ad rem pertinet, supra infrave sit: quia totum, quod contra est, latus verberatur. Deinde aliquando arcum et occidens facit, quum certe ex inferiore parte nubes ferit, terris ^b propinquas. Atqui et tunc dimidia pars est, quamvis solem nubes ex humili et sordido accipient. Nostri qui sic⁴ in nube, quomodo in speculo, lumen reddi volunt, nubem cavam faciunt, et sectae pilae partem: quae non potest totum orbem reddere, quia ipsa est pars orbis. Proposito accedo, argumento non consentio. Nam si in concavo speculo tota facies oppositi orbis exprimitur, et in semiorbe nihil prohibet adspici

a. Deinde contrariam rem proposito suo dicunt. Gronovius emendat *vident*. Nihil, ait, agnosco, quod hi *dicant* contrarium sibi. Forte: *Deinde — vident*. Appello, inquit, ipsorum experientiam. Non vident enim arcum terra tenuis descendere? solem verberare latus nubium, quum fit arcus? arcum et ab occidente fieri? Atqui haec proposito illorum contraria sunt. — *Enimvero τὸ δικούσαντα* bene habet. Dicunt enim rem sibi contrariam. In demonstratione quippe causae, cur fiat, ut arcus non impletat orbem, dicunt, hoc ideo fieri, quod solis radii nubium partem superiorem tantum tangant, non inferiorem. Iam vero arcus terra tenuis descendit. Ergo sibi ipsi contradicunt, scilicet proposito arcum esse et dimidiā eius tantum partem conspicī, contrarium quid dicunt, propositum itaque suum iugulant.

b. propinquas. Hanc vulgatam scriptiōnēm Fortunatus, Erasmus sequace, sine causa idonea mutavit in *propinquus*, ut solem, inquit, intelligas.

4. Nostri, Stoici, quibus Cf. l. V, 12, ubi Posidonium tota haec despeculis hypothese huius rationis auctorem euns debetur, iamdiu seposita. denique Stoicum laudat.

5 spici totam pilam. Etiamnunc diximus circulos appa-
rere soli lunaeque in similitudinem arcus circumdatos:
quare in illis circulus iungitur, in arcu nunquam? Deinde quare semper concavae nubes solem accipiunt,
nec aliquando planae et tumentes? Aristoteles ait,
post autumnale aequinoctium qualibet hora diei ar-
cum fieri, aestate non fieri, nisi aut incipiente aut
inclinato iam die. Cuius rei causa manifesta est.
6 Primum, quia medio die sol calidissimus nubes evin-
cit: nec potest ab his imaginem suam recipere,
quas scindit. At matutino tempore, et vergens ad
occasum, minus virium habet: et ideo a nubibus
et sustineri et repercuti potest. Deinde quum ar-
cum facere non soleat, nisi adversus his, in quibus
facit, nubibus: quum breviores dies sunt, semper
7 obliquus est. Itaque qualibet diei parte, etiam
quum altissimus est, habet alias nubes, quas ex
adverso ferire potest. At temporibus aestivis supra
nostrum verticem fertur. Itaque medio die excel-
lissimus terras rectiore adspicit linea, quam ut ullis
nubibus possit occurri. Omnes enim tunc sub se
habet.

IX. Nunc dicendum est de *virgis*, ^a quas non minus

a. *quas non minus pictas variasque.* Negativa in omnibus codd. obvia Caelius Curio, qui Pincianum temere semper sequutus est, imitatem saepe nactus Muretum, extrusit: Erasmo Gruteroque recte tuentibus.

5. *Etiamnunc diximus* C. 9. *Virgae*, quid sint?
circulos. De Coronis di- 1. *De virgis* repetit ea,
xerat c. 2. Aristoteles Me- quae Aristoteles iam Meteo-
teorol. III, 5 extr. cuius ta- rol. III, 6 docuerat. Sunt
men argumentum omittit enim *virgae* eius $\rho\alpha\beta\delta\sigma\iota$.
noster, quoniam de plano De iis arcibus, quos in pa-
legi non possunt quae mere riete guttarum decidentium
mathematica sunt. C. 9. *Virgae*, quid sint?
interrupto fieri constat, non
intel-

minus pictas variasque, et aequae pluviarum signa solemus accipere. In quibus non multum operae consumendum est, quia virgae nihil aliud quam imperfecti arcus sunt. Nam facies quidem illis est ^a picta, sed nihil curvati habent. In rectum iacent. Fiunt autem iuxta solem fere in nube humida, et iam se spargente. Itaque idem est in illis qui in arcu color, tantum figura mutatur: quia nubium quoque, in quibus extenduntur, alia est.

X. Similis varietas in *coronis* est: sed hoc differunt, quod coronae ubique fiunt, ubicunque sidus est: arcus non nisi contra solem: virgae non nisi in vicinia solis. Possum et hoc modo differentiam omnium reddere. Coronam si diviseris, arcus erit: si direxeris, virga. In omnibus color multiplex est, ex caeruleo fulvoque varius. Virgae soli tantum adiacent. Arcus solares lunaresque omnes sunt. Coronae omnium siderum.

XI. Aliud quoque virgarum genus apparet, quum radii per angusta foramina nubium tenues, intenti distantesque inter se diriguntur: ^a et ipsae signa

D 2 imbr-

a. et ipsae sc. virgae. Sic plurimi et ii optimi codd. At Erasmus et nonnulli codd. ipsi sc. radii.

intelligi possunt haec virgae, Coronas ubique sieri, ubi sed de stribus pareliorum, sc. sidus, iam observaverat non coronarum, circa solem inter cap. II, 2, duce Aristot. perfectarum: existunt enim Meteorol. III, 2. Nec ab circa, non contra solem, sed horrent ab hac observatione semper ex latere. cf. Aristot. physici nostri. Cf. Gehler Meteorol. III, 2, qui ex iis- Nebensonnen-Höfe. dem quidem causis eas oriri C. 11. Parelia. statuit, sed diversos tamen De Pareliis, sc. solibus ab arcu. Sol, dicimus, attractivis trinisve, saepe mentione hit aquam. iniicitur apud Historicos, e. c.

C. 10. Colorum in coro- Livium XXII, 1. XXVIII, nis varietas unde veniat. 11 etc. cf. Plin. N. H. 11, 31.

imbrium sunt. Quomodo nunc me hoc loco geram? Quid eas vocem? imagines solis? Historici soles vocant, et binos ternosque apparuisse memoriae tradunt. Graeci *parelia* appellant: quia in propinquuo fere a sole visuntur, aut quia accedunt ad aliquam similitudinem solis. Non enim totum imitantur, sed ^b imaginem eius, figuramque. Ceterum nihil habent ardoris, hebetes ac languidi. His quod nomen imponimus? An facio quod Virgilius, qui dubitavit de nomine, deinde id de quo dubitaverat, posuit?

— — *et quo te nomine dicam,*

Rhetica? nec cellis ideo contendere Falernis.

3 Nihil ergo prohibet illas parelia vocari. Sunt autem imagines solis in nube spissa et vicina, in modum speculi. Quidam parelion ita definiunt, Nubes

b. *sed imaginem eius.* Sic recte multi codd. Alii tamen et in his inf. cod. Voff., qui est in Bibl. Leidenensi (Ruhnkenio ad Vellej. Paterc. II, 26. p. 160 referente), perpetram praebeant, *sed magnitudinem eius.* Corruptela videatur inde orta esse, quod *imagine* pro compendio scripturae, quo *magnitudine* exprimi solebat, habuerint librarii. In versu Virgil. Ge. II, 95. varietas lectionis nulla in codd. nostris

2. *Graeci parelia, παρήλια:* vel esse nubes soli non λια. Sic Arat. Phaenom. tantum colore, sed etiam orbis 880 νεφέων τὰ παρήλια culari rotunditate similes, παλλήσπουται, ubi cf. Schol. quae quum proximae ei sint, Aristot. Meteorol. III, 2. et ab eo illuminantur, atque passim οἱ παρήλιοι audiunt. ita παρεόντας τῷ ἥλιῳ, quae quia solis. Theon ad Arat. ἀνθήλια quoque nominari tum I. l. ex Posidonio tradit, scribit etc. Cf. Aristot. Met. παρήλια esse nubes rotundas, teorol. III, 2. 6. — *Virgilius* quae circa solem effulgescentem irradientur, nec pro- 3. *Quidam.* In his erat prio lumine utantur, sed so- Aristoteles I. l. et Posidonius, lari, quemadmodum etiam Theone ad Aratum I. l. teste. luna: atque ideo vocari παρ- Nec ab iis abhorret Seneca.

bes rotunda, et splendida, similisque soli. Sequitur enim illum, nec unquam longius relinquitur, quam fuit, quum apparuerit. Numquis nostrum miratur, si solis effigiem in aliquo fonte aut placido lacu vidit? Non, ut puto. Atqui tam in sublimi facies eius potest, quam inter nos, reddi, si modo idonea est materia, quae reddat.

XII. Quoties defectionem solis volumus comprehendere, ponimus pelves, quas aut oleo aut pice implemus: quia pinguis humor minus facile turbatur, et ideo quas recipit imagines, servat. Apparere autem imagines non possunt, nisi in liquido et immoto. Tunc solemus notare, quemadmodum se luna soli opponat, ut illum tanto maiorem subiecto corpore abscondat, modo ex parte, si ita contigit, ut latus occurrerit, modo totum. Haec dicuntur perfecta defectio, quae stellas quoque ostendit, et intercipit lucem, tunc scilicet, quum uterque orbis sub eodem libramento stetit. Quemadmodum ergo utriusque imago in terris adspici potest: ita in aëre, ^a quum sic coactus aér et limpidus constitutus, ut faciem solis acciperet, quam et

D 3 aliae

nostris notatur, et si edd. Virgil. ad unam omnes exhibeant et quo te carmine d. Memoriter itaque noster, Virgilio non inspecto, hunc versum adduxerit: hinc falsa loci interpretatio orta est.

a. quum sic coactus. Sic Erasmus etc. Gronovius, lego, ait, quum sic coactus aer. Antea dixit Seneca liquidum et immotum, quem nunc coactum et limpidum. Tres tamen Gruteri codd. praebuere: quum sit, aequa ac vulgata erat.

C. 12. Exemplum defectionis solis illustrat hunc διάμετρον. πατά de pareliis locum.

τῷ ἡλίῳ. De Benef. V, 6,

3 sq. hanc eandem rem ex-

2. Haec dicitur — stetit. sequitur. De solis defectu Libramentum hoc sensu in totali, attamen sine mora, terdum occurrit et exprimit hic sermonem esse apparent.

aliae nubes accipiunt, sed transmittunt, si aut mobiles sunt, aut rarae, aut folidae. Mobiles enim spargunt illam, rarae emittunt, folidae turpesque non sentiunt, sicut apud nos imaginem maculosa non reddunt.

XII. Solent et bina fieri parelia, eadem ratione. Quid enim impedit, quo minus tot sint, quot nubes fuerunt aptae ad exhibendam ^a imaginem solis? Quidam in illa sententia sunt, quoties duo simulacra talia existunt, ut iudicent, unum esse solis, alterum imaginis. Nam apud nos quoque quum plura specula disposita sunt ita, ut alteri sit conspectus alterius, omnia implentur, et una imago ^a vero est, ceterae imaginum effigies sunt. Nihil enim refert, quid sit, quod speculo ostendatur. Quidquid enim videt, reddit. Ita illic quoque in sublimi, si nubes fors aliqua disposuit, ut inter se adspiciant, altera nubes solis imaginem, altera imaginis reddit. Debet autem hae nubes, quae hoc praestant, dense esse, laeves, splendidae, plane naturae solis. Ob hoc omnia quae huiusmodi sunt simulacra, candida sunt, et similia lunaribus circulis: quia ex percussu oblique accepto sole resplendent. Nam si infra solem nubes fuerit, et propior, ab eo disipatur: longe autem posita radios non remittit, nec imaginem efficit. Quia apud nos quoque specula, quum a nobis procul abducta sunt, faciem non redundat, quia acies nostra non habet usque ad nos recursum. Pluviarum autem et hi soles, utar enim histo-

^{a.} *imaginem*. Vulgatam hanc scriptiōnē mutavit novādi studiōs Muretus in *effigiem*, nihil quamquam inde lucratus.

C. 13. Quomodo fiant et terra: quum illa in coelo pluviarum indicia sint. eveniant.

i. *Nam apud nos*, in 3. *utar enim historica lingua*.

historica lingua, indicia sunt: utique si a parte Austris confiterunt, unde maximae nubes ingravescunt: quum utrinque solem cinxit talis effigies, si Arato credimus, tempestas surgit.

XIV. Tempus est, alios quoque ignes percurrere, quorum diversae figurae sunt. Aliquando emicat stella, aliquando ardores sunt, aliquando fixi et haerentes, nonnunquam volubiles. Horum plura genera conspiciuntur. ^a Sunt Bothynoe, quum velut corona cingente introrsus igneus coeli recessus

D 4 est

a. Sunt Bothynoe, quum velut corona cingente introrsus igneus coeli recessus etc. Ita ex vestigiis membranacei sui codicis locum restituit If. Casaubonus. Graeca enim in codd. latinis plerumque vel omessa, vel corruptissima esse constat. Antea ap. Erasm. corrupta haec: *sunt enim velut c. c. introrsus ignes. Coeli recessus etc.* Conspirant Fortunati codd. aliquie. Recte βόθυνοι hic nominantur, quippe qui eodem modo in libro de Mundo, Aristoteli falso adscribi solito, et ab Appuleio, qui librum illum in latinum sermonem vertit, inter φάσματα οὐρανία ponuntur. Mox Gronovius probe observavit, aut Pithae, aut Pithitae scribendum esse: illo Pseudoaristoteles et Appuleius, hoc Plinii utuntur. Eodem quoque ducunt codd., qui habent Phitiae, Phiciae. Romanum hanc vocem scribendi morem, quem Plinius observat, mili sequendum esse duxi. Deinceps *imago*, non *magnitudo*, a Seneca esse putem. Cf. ad c. XI. b.

lingua. cf. ad cap. XI, 1. C. 14. Varii ignes et ar-
Si Arato credimus. Arati dores in coelo visi. 1. Agit
hac de re versus hi sunt in de his meteoris Aristot. Me-
Diosem. 15 sq. Οὐ γάρ τ' teorol. I, 4. 5: cap. 5 ait:
ἀμφοτέρωθεν δύο περὶ μέσον Φαίνεται δέ ποτε συνισά-
στον ἔχωσιν Ἡλίου κεῖναι μενα νύκτωρ αἰθρίας οὐσης
νεφέλαι, σχεδὸν ὀπεανοῦ πολλὰ Φάσματα ἐν τῷ οὐρα-
Γίγνεται ἀμβολή, διόθεν νῶ. οἷον χάσματά τε καὶ
χειμῶνος λόγτος. Aratus si βόθυνοι καὶ αἰματώδη χρώ-
Aristotelem Meteorol. III, 6 ματα. Similia habet auctor
consuluisse, forsan senten- libri de Mundo c. IV. p.
tiam mutasset: is enim hoc 1210. T. II. Opp. Aristot.
heri negabat. ed. lugd. Significat autem
βόθυ-

est similis effossae in orbem speluncae. Sunt Pithitae, quum magnitudo vasti rotundique ignis dolio 2 similis, vel fertur, vel in uno loco flagrat. Sunt Chasmata, ^b quum aliquod coeli spatium desedit et flammam dehiscens velut in abdito ostentat. Colores quoque horum omnium plurimi sunt. Quidam ruboris acerrimi, quidam evanidae ac levis flammariae, quidam candidae lucis, quidam micantes, quidam aequaliter et sine eruptionibus aut radiis fulvi. Videmus ergo,

Stellarum longos a tergo albescere tractus.

3 Hae velut stellae exsiliunt et transvolant, videnturque longum ignem porrigere, propter immensam celeritatem: quum acies nostra non discernat transi-
tum

b. *quum aliquod coeli spatium desedit.* Sic Erasmus, Fortunatum sequens, et Gruterus e codd. mss. restituunt. Muretus: *quum aliquando — discedit.* Propriam tamen in tali re vocem esse *desidere* constat. Coelius Curio primus dederat: *quum aliquando c. sp. desedit*, ex qua lectione vulgatum originem duxit usque ad Erasmus etc. Sequentem verbum Virg. Ge. I, 377 memoriter Seneca laudat, vel potius in rem suam parumper deflectit. Infra VII, 20, ¹ haud rectius afferit. Nam Virgil. habet: Flammrum longos a tergo albescere tractus.

βοθυνος scrobem, aut, *Se-* aliter laudat. Edd. Virgil. neca explicante, effossam in habent: Flamarum longos orbem speluncam. Cf. Wet- etc.

sten. ad Matth. XII, 11.

XV, 14. *Pithitae a πλωσι*, 3. *quum acies nostra — dolium.* Plin. N. H. 11, 25 *credat.* Ita pueri titio-pitheten cometam afferunt propter similitudinem dolii ap- nem accensum circumagen- pellatum. *chasmata*, χα- um videre se credunt. Spe- σματα, hiatus quicunque. ctant haec ad fallacias opti- Spectant haec meteora for- cas. Cf. Gehleri phys. Wör- san ad auroram borealem. terbuch T. II. Gesichtsbe- cf. Plin. II, 26. 27. trüge p. 472, ubi haec ipsa

2. Versus est Virgil. Ge. res, de qua h. l. sermo est, I, 367, quem infra VII, 20 explicatur.

tum earum, sed quacunque cucurrerunt, id totum igneum credat. Tanta enim est velocitas motus, ut partes eius non dispiciantur, sed tantum summa prendatur. Intelligimus magis, qua appareat stella, quam qua eat. Itaque velut igne continuo totum 4 iter signat; quia visus nostri tarditas non subsequitur momenta currentis, sed videt simul et unde exsiliens, et quo pervenerit. Quod fit in fulmine, longus nobis videtur ignis eius, quia cito spatium suum transflit, et oculis nostris occurrit universum, per quod deiectus est. At ille non est extenti corporis per omne qua venit. Neque tam longa et 5 extenuata in impetum valent. Quomodo ergo profiliunt? Attribu aëris ignis incensus, vento praeceps impellitur: non semper tamen vento attritum fit. Nonnunquam ex aliqua opportunitate aëris nascitur. Multa enim sunt in fablimi sicca, calida, terrena, inter quae oritur, et pabulum suum subsequens defluit, ideoque velociter rapitur. At quare 6 color diversus est? Quia refert, quale sit id quod incenditur, et quam vehemens quo incenditur. Ventum autem significat eiusmodi lapsus, et quidem ab ea parte qua erumpit.

XV. Fulgores, inquit, quomodo fiunt, quos Graeci Sela appellant? Multis, ut aiunt, modis.

D 5

Potest

5. Nonnumquam ex ali- quens defluit. Cf. Gehler qua opportunitate etc. Co- T. IV. p. 473 sq. 939.

gitasse videri debet Seneca 6. At — incenditur. Ex- de causa illa, quam nos af- posuit Aristot. Meteōrol. I, 5. finitatem s. attractionem ele- C. 15. Fulgores et ardor- expressit, re quidem non gores — appellant. Sic au- dum satis perspecta, per illa: ctor libri, qui sub Aristote- et pabulum suum subje- lis nomine circumfertur, De

Mundo

Potest illos ventorum vis edere, potest superioris coeli fervor. Nam quum late fusus sit ignis, inferiora aliquando, si sunt idonea accendi, corripit. Potest stellarum motus cursu suo excitare ignem, et in subiecta transmittere. ^a Quid porro? non potest fieri, ut aér vim igneam usque in æthera elidat, ex qua fulgor ardore sit, vel stellae similis excursus? Ex his fulgoribus quaedam in praeceps eunt, similia profilientibus stellis: quaedam certo loco permanent, et tantum lucis emittunt, ut fugent tenebras, et diem repraesentent, donec consumto alimento, primum obscuriora sint, deinde flammae modo, quae in se cadit, per assiduam divisionem redigantur in nihilum. Ex his quaedam

^a. *Quid porro? non potest fieri, ut —.* Sic codex ms. unus palat. et Muretus. At codex colon. omittit τὰ non potest fieri. Fortunatus in suis codd. τὰ. *Quid porro non invenit, et proposuit scribendum: Hoc vero non potest fieri, quam scripturam et Erasmus assumvit, atque reliqui editores Senecæ. Sed vulgatum recte habere, sequentia docent §. 3. quum aer spissus ignem, quem propior terris diu paverat, usque in sidera expressit. Mox fulgor ardore sit, vel stellae similis excursus omnes feret codd. præstant, non, ut Erasmus habet, s. a. stellæ vel s. e. Ita fulgor ardore, recte observante Grutero, a stellæ excursu distinguitur.*

Mando c. 4. τὰ δὲ (τῶν ἐν esse igneas. *Quid porro — ἀέρι Φαντασμάτων*) παθ' excusus. Non inficias ivit ὑπόσασιν σέλα τε καὶ διάτ- Aristot. Meteorol. II, 9. τούτες καὶ ποιῆται καὶ τὰ 2. *Ex his fulgoribus etc. τούτοις παραπλήσια.* Sic Comprehendit Seneca om- Aelian. de Nat. Anim. XI, 10. nia meteora illa, quae par- Opponuntur haec meteora, tim ad apparitiones quas τὰ παθ' ὑπόσασιν, illis quae vocamus electricas, partim tantum specie tenus appa- ad stellas cadentes, glo- rent, arcibus, virgis, τοῖς bos ardentem, auroram bo- ηματιν γιγουένοις. Illa realem pertinent. Ad ele- autem naturae substantiam electricas apparitiones haud habent. *Potest — transmit-* dubie spectant fulgores, quo- tere: est e doctrina Stoico- rum brevis facies et caduca rum, qui stellas putabant est nec sine iniuria decidunt.

dam in nubibus apparent, quaedam supra nubes, quum aér spissus ignem, quem propior terris diu paverat, usque in sidera expressit. Horum aliqua non patiuntur moram, sed transcurrunt aut extinguuntur subinde qua relaxerant. Hi fulgores dicuntur, quia brevis facies illorum et caduca est, nec sine iniuria decidens: saepe enim fulminum noxas ediderunt. ^b Ab his tecta videmus icta, quae aspersa Graeci plecta vocant. At quibus longior⁴

mora

b. Ab his tecta videmus icta, quae etc. Ita cod. mss. Pinciani, quibus adfentient col. ac pal. quartus. Erasmus et Fortunat. elebant: *Ab h. t. v. i. fine fulmine*, quod merito damnabat Gruterus, Gronovio tacente et Erasmus sequente. Expunxi itaque *rā. fine fulmine*. Fit enim vel maxime cum fulmine, sed sine tonitru: quandoquidem breve est fulmen iste fulgor. *Quae aspersa Graeci plecta vocant.* In his verbis constituerunt codicum vestigia insisteret, quam Fortunati conjecturae parum graecae adfentire, malui. In qua quidem ratione saltem audaciae crimen subterfugerim. Fortunati codd. dabant *asparsio plectra*, nec discedebant Gruteri codd. Hi enim vel, *aspersio plectra*, uti erat in primis edd. ideoque et in Pinciani codd. vel, *aspero Graeci plettra*, vel, *aspersa Graeci plectra* exhibebant. *Aspergi* autem dicuntur res, quae leniter obiterve tanguntur: nota res. Vulgatam scriptiōnem et eam male graecam, *astrapoplecta*, debebamus Fortunato, qui sic legendum esse coniecerat. Proposuit vel *ἀσφαποπληγέας* (fulgorantes turbines) vel *ἀσφαπόσκηπτα* (fulgura in terram ruentia) vel *ἀσφαπόληητα*. Sardi venales, alias alio nequior! Attamen ultimum *astrapoplecta*, quod ne graecum quidem est, nec, si vel maxime sit, usui et analogiae in simili voce, *ἀσφοβλῆς*, *ἀσφοβόλητος*, regnanti respondet, Erasmus admisit in textum, sequente Gronovio. Ceterum *πληγτός* est ictus, percussus: cf. H. Stephani Thes. L. G. III, 390. F.

3. quae aspersa leviter dere, flammam e capite fūfacta. *plecta* i. *πληγτά*, per- sam esse, vel eluxisse (Val. cuffa. De fulminis specie Max. I, 6, 2) viderent. Sed quadam hic agi patet: quod hoc phaenomenon nec hōolim in prodigiis relatum est, die ita, ut omni dubio careat, quum sine iniuria crines ho- explicari potest, ipso Lichminis, e. c. Servii Tullii, lam- tenbergio apud Noehden, bere, s. ut Livius I, 39. coll. ad Virg. Aen. II, 680 sq. coll. XXV, 39. eius caput ar. 692—98. confitente.

mora et fortior ignis est, motumque coeli sequens, aut qui proprios cursus agunt, Cometas nostri putant: de quibus ^c dein. Horum genera sunt pogoniae, lampades, et cyparissiae, et alia omnia: quorum ignis in exitu sparsum est. Dubium, an inter hos ponantur trabes, et pithitae: raro sunt visi. Multa enim conglobatione ignium indigent, quum ingens illorum orbis aliquanto matutini amplitudinem solis exsuperet. Inter haec ponas licet et quod frequenter in historiis legimus, coelum ardere visum: cuius nonnunquam tam sublimis ardor est, ut inter ipsa sidera videatur: nonnunquam tam humilis, ut speciem longin-

qui

c. *dein* i. e. libro septimo, qui totus est de cometis. Omnes codd. habent *dcm*, virgula superinicta tegente literas. Unde fecit Fortunatus vel, *dicendum est*, vel, *dicemus*. Edd. habent *de quibus dictum est*, ardores et trabes intelligente Fortunato. Sed hoc iusto durius esse, quivis intellegit. Meo itaque iure inde feci *dein*. Mox *pithitae raro visi* reposui, Gronovio suadente ad c. XIV, c. et codice palat. tert. qui exhibuit *pithiae raro vise*. Antea: *pithiae quae raro sunt visae*. Namvero *quae* codd. non agnoscent, et *visi* corrigendum erat: genere enim masculino *pithiae* et *pithitae* gaudent. Dein dedi *aliquanto* e codd. Gruter., Fortunati emendatione, *quae* editiones polluerat, *aliquando*, reiecta et exterminata: i. e. haud parum, cf. Ernesti ad Suet. Iul. c. 86 cum auctario F. A. Wolfii.

4. *Horum sc. fulgorum: parissiae.* Festus (ed. Gotho-de his enim oratio continua-fred. p. 276): Cyparissiae tur, non de cometis. *pogo-* dicuntur ignes prodigiosi a *niae a πώγων* barba, pro-similitudine cypressorum.

pter scintillas: barbatii. Au- 5. *Multa enim — exsu-*
ctor libri de Mundo c. 4. p. peret. Quam vere haec
 1210 F. similia tradit: πολ- dicta sint, memorabilia quae-
 λαι δὲ καὶ ἄλλαι Φαντασμά- dam exempla docent, quae
 των (sc. τῶν σελάων) ίδεαι Gehler in physic. Wörter-
 θεωροῦνται, λαμπάδες τε buch voc. Feuerkugel colle-
 παλέμεναι, καὶ δοκίδες καὶ git: ubi tamen in nostro
 πίθοι καὶ βόθυοι etc. *Cy-* loco adducendo errorem ad-
 misse-

qui incendii praebeat. Sub Tiberio Caesare cohortes in auxilium Ostiensis coloniae cucurrerunt, tanquam conflagrantis, quum coeli ardor fuisset per magnam partem noctis, parum lucidus, crassi fumidique ignis. De his nemo dubitat, quin habeantflammam quam ostendunt: certa illis substantia est. De prioribus quaeritur, de arcu dico et coronis, an decipient aciem, et mendacio constent: an illis quoque verum sit quod apparet. Nobis non placet, in arcu aut coronis subesse aliquid corporis certi. nihil enim iudicamus in speculis, nisi fallaciam esse, nihil aliud quam alienum corpus mentientibus. Non enim est in speculo, quod ostenditur. Alioquin non exiret, nec alia protinus imagine obduceretur: nec innumerabiles modo interirent, modo exciperentur formae. Quid ergo? Simulacra ista sunt, et inanis verorum corporum imitatione suntque ista a quibusdam ita composita, ut

et

d. ut et haec possent detorquere in pravum. Hanc lectio-
nem prima editio praefat: quod expressit Erasmus. Fortu-
natus

miserunt operae. *coelum stantia est, φαίνεται ναῦς*
ardere visum ap. Livium ὑπόσασιν. Consentit aucto-
saepe occurrit, e. c. III, 5, 10. libri de mundo l. l. Nec
XXXI, 12 etc.: ad auroram video, cur non et nos cum
borealem haec spectasse pu- Seneca sentiamus, electri-
tant. quippe materiam inesse

6. *Sub Tiberio — cohortes putantes.*
tes. Hae cohortes inde ab 7. *De prioribus*, quae
Augusti tempore e libertinis φαίνονται ναῦς ζυφασιν, qui-
conscriptae adversus incen- bus nulla substantia subest,
dia. Septem autem cohortes de iride, virgis et similibus.
tibus hisce praefuit praefe mendacio i. fallacia optica.
ctus vigilum, cuius cura ad Mentiri, mendacium hoc
incendia quoque pertinebat. sensu leviori haud semel ap.
cf. Sueton. Aug. XXV. XXX. Senecam occurrit.

ibique interp. certa illis sub- 8. *suntque — corporum.*
Simi-

et haec possent detorquere in pravum. Nam, ut dixi, sunt specula, quae faciem prospicientium obliquent: sunt, quae in infinitum augeant, et humandum habitum excedant, modumque nostrorum corporum.

XVI. Hoc loco volo tibi narrare fabellam, ut intelligas, quam nullum instrumentum irritandae voluptatis libido contemnat, et ingeniosa sit ad incitandum furorem suum. ^a Hostius Quadra fuit obscenitatis usque in scenam productae. Hunc divi-

tem

natus tamen ut perfectiorem codd. lectionem maluit, *ut et hoc possent et detorquerent in pr.* Muretus dedit *ut possint detorquere in pravum.* Codd. Gruteri perperam, *ut et haec possent et detorquerentur i. p.*

a. *Hostius Quadra.* Sic Memmii codex et P. Pithoei membranae praestant: quod praetuli vulgato editionum: *Hostius*

Similia habes in Timaeo Pla- saltatione libenter obscena tonis p. 335. bip., quem lo- confectatos esse, quorum- cum Schneidero in Anim. que adeo argumenta potis- ad Ecl. phys. p. 276 debeo. sumum moechos, adulteros Speculorum autem naturam et similes fuisse, patet vel ex recte contra Democritum Ovid. Trist. II, 497 sq. *ses-* et Epicurum tuetur. *ut dixi tertii millies i. e. C millio- nes sefteriorum. Iam si de- cem seftertii 12 bon. gross. s.*

C. 16. Speculorum ab- duobus francis aequiparant, usus, quo Hostius Quadra nebulo ifte 200,000 aureos infamis fuit.

1. De hoc *Hostio Quadra*, homine profligatissimae libidinis, nemo praeter Sene- libidinis, nemo praeter Sene- debat. Oberlinus tamen ad Taciti Annal. VI, 46 respon- dere ait millies seft. vicies cam memoriae quidquam centenis millibus librarum prodidit, idque summo iure. francicarum, Lipsius aequat Mimis et forsan Pantomimis 2,500,000 philipp. Nos se- quoque haec libidinis infa- quamur Romé de l'Isle eius- mnia occasionem dedit, Ho- que epitomatorem Grossium. stii mores in *scena* imitando Secundum Arbuthnot millies traducendi, quorum illos seft. respondent 807,291 verbis, hos gesticulatione et libr. Sterling.

tem avarum, festertii millies servum, divus Augustus indignum vindicta iudicavit, quum a servis occisus esset, et tantum non pronuntiavit iure caelum videri. Non erat ille tantummodo ab uno sexu im-²purus, sed tam virorum quam feminarum avidus fuit: fecitque specula eius notae, cuius modo retuli, imagines longe maiores reddentia, et quibus digitus brachii mensuram ^b et longitudine in crassitudine excederet. Haec autem ita disponebat, ut quum virum ipse pateretur, aversus omnes admirarii sui motus in speculo videret, ac deinde falsa magnitudine ipsius membra tanquam vera gauderet.

In

Stius quidam, s. Hostius princeps quidam. Hoc posterius codd. non agnoscunt, prius nonnulli. Sed ^{ab} *quidam* bene stare non potest, quum de homine ditissimo et tam noto sermo sit, ut a mimis traduceretur. Grutero quoque lectio *Hostius Quadra fuit* placuit. Quum cognomen *Quadratus* notius fuerit, (cf. e.c. Intpp. ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 427. 440 ed. Lugd. et Indic. Hist. ad Tacit. ed. Oberlin.) prouior quidem sim ad illud exhibendum, tamen ideo illam a bonis codd. oblatam scripturam reiicere non ausim, et si simile huius nominis *Quadra* exemplum nondum mihi quamvis quaerenti occurrit. Mox *et tantum non ex emendatione vii docti ap. Gruter. rescripsi*, sensu adeo poscente. Nam vulgata edit. lectio *et tamen non sententiam iugulat.* Enimvero eo ipso iudicio, quo Hostium vindicta indignum censuit Augustus, satis clare indicavit, iure occisum videri. Accedit, quod *tamen et tantum* (*tm* et *tn*) saepe in codd. confusa elegantur. Cf. Schwarz. ad Plin. Panegyr. c. 31. Assentitur Gronovius.

b. *et longitudine et crassitudine excederet.* Sic Fortunatus in suis codd. invenit, et Pincian. conjectura assequutus est. Erasmus: *et longitudinem et crassitudinem e.* Sed Memmii, Nicotii, Gruteri et britann. Gronovii omittunt *et crassitudine*, tertius tamen pal. stat ab Erasmo. Gronovius legendum iussit: *mensuram et longitudine exc.* Sed nescio cur

2. *fecitque — vera gau-* nem conflavit homo obscurerent. De speculis concavis et indoctus, quo eanvis sermo est: vide c. VI, 2 dem morum spuriicitiem affrinx. Ex hisce verbis cento- caret Horatio, quam Hostio nequam

3 In omnibus quidem balneis agebat ille dilectum, et apta mensura legebat viros: sed nihilominus mendaciis quoque insatiabile malum delectabat. I nūc, et dic, speculum munditiarum causa repertum! Foe-
 da dictu sunt, c quae portentum illud, ore suo la-
 cerandum, dixerit, feceritque, quum illi specula ab
 omni parte opponerentur, ut ipse flagitorum suo-
 rum spectator esset, et, quae secreta quoque d con-
 scientiam premunt, et quae accusatus quisque fecisse
 se negat, non in os tantum, sed in oculos suos in-
 gereret. At hercules scelera conspectum suum re-
 formidant! In perditis quoque, et ad omne dede-
 cus expositis, tenerima est oculorum verecundia.
 Ille autem, quasi parum esset, inaudita et incognita
 pati, oculos suos ad illa advocavit, nec quantum
 peccabat videre contentus, specula sibi, per quae
 5 flagitia sua divideret disponeretque, circumdedit: et
 quia non tam diligenter intueri poterat, quum com-
 pressus erat, et caput merserat, inguinibusque alien-
 nis

cur vulgatam Fortunati deseramus. Mox quod pro *aper-
 ta mensura*, quae fuit vulgata, A. Schottus legebat *apta*,
 ait Gronov., confirmatur a britannico codice. Hoc pree-
 stat haud dubie; proinde restitui.

c. quae portentum illud, ore suo lacerandum. Omnia
 hanc mss. et edd. lectionem Pincianus mutavit transponen-
 do: illud lacerandum o. s. Indignus quippe fuit ille, qui
 ab alio laceraretur: a foedissimo ipso lancinandus erat.
 Mox Pinc. et Fortunatus e suis codd. apponenter man-
 luere.

d. conscientiam premunt. Optimi codd. Obsopoei et Grut.
 habent: et argutius est, quam vulgatum, *conscientia pre-
 muntur*.

nequam inesse Seneca tradi- docuit, insititia esse verba
 dit. Cf. Sueton. in Horatii ista in illa Suetonii vita.
 vita p. 584 ed. Ern. Egre-
 gie tamen Lessing in Rettun- 4. non in os tantum, non
 gen des Horaz (T. III. Opp. ore tantum proloqueretur
 Berolin. ap. Voss. 1754. 8.) et fateretur.

nis obhaeserat, opus sibi suum per imagines offerebat. Speculabatur illam libidinem oris sui, spectabat sibi admissos pariter in omnia viros. Nonnunquam inter marem et feminam distributus, et toto corpore patientiae expositus, spectabat nefanda. Quidnam homo impurus reliquit, quod in tenebris 6 faceret? Non pertimuit diem, sed ipsos concubitus portentosos sibi ipse ostendit, sibi ipse approbavit! Quid? non putas, in ipso habitu voluisse pingi? Est aliqua etiam prostitutis modestia: et illa corpora, publico obiecta ludibrio, aliquid, quo infelix patientia lateat, obtendunt: adeo quodammodo lupanar quoque verecundum est. At illud monstrum obscenitatem suam spectaculum fecerat, et ea sibi ostentabat, quibus abscondendis nulla satis alta nox est. Simul, inquit, et virum et feminam patior: ^e nihilominus illa quoque supervacua mihi parte alicuius contumeliam maiorem exerceo. Omnia membra stupris occupata sunt: oculi quoque in partem libidinis veniant, et testes eius exactoresque sint! Etiam ea quae ab aspectu corporis 8 nostri positio submovit, arte visantur, ne quis me putet nescire, quid faciam! Nihil egit natura, quod humanae libidini ministeria tam maligna dedit, quod alio-

^e. *nihilominus illa quoque supervacua mihi parte alicuius contumeliam maiorem exerceo.* Sic colon. cod. ap. Grut. melius quam vulgatum sensu adeo cassum: *alicuius contumelia marem e.* Contumelia est vox nequitiae, i. q. patientia. Gronovius ingeniose emendabat: *alioqui contumeliam maiorem e.* Sed non opus esse videtur.

5. *patientiae*, libidini. rit. Hinc pathici nomen Sic *paci* et $\pi\acute{\alpha}\sigma\chi\epsilon\iota\nu$ usurpari suum invenerunt. Erat ita de concubitu haud raro apud que Hostius $\alpha\mu\phi\beta\delta\lambda\omega\gamma$ unus, illos, qui nequitiae huius quorum Origenes adv. Clementionem iniiciunt, occursum IV p. 206 mentionem

aliorum animalium concubitus melius instruxit. Inveniam, quemadmodum morbo meo ^f et potiar et satisfaciam. Quo nequitiam meam, si ad naturae modum pecco? Id genus speculorum circumponam mihi, quod incredibilem imaginum magnitudinem reddat. Si liceret mihi, ad verum ista perducerem: quia non licet, mendacio pascar. Obscoenitas mea, plus quam capit, videat, et patientiam suam ipsa miretur. Facinus indignum! Hic fortasse cito, et antequam videret, occisus est. Ad speculum suum immolandus fuit.

XVII. Derideantur nunc philosophi, quod de speculi natura disferant, quod inquirant, quid ita facies

f. et potiar et satisfaciam. Sic Erasmus, Fortunatus et codd., non, *morbo meo imponam et satisfaciam*, quae Mureti fuit lectio, et deinde vulgata. Mox quo nequitiam meam, si etc. egregie tuitus est, docte praegresso Erasmo, Gronovius, quum alii haberent: *Quo nequitia mea si . . .* Sic nosfer de Tranq. Anim. 9, 4. infra 5, 18, 2. Eundem accusativum bene reduxit in Horat. Epp. I, 5, 12: *Quo mihi fortunam, si non conceditur uti? et ibi nostrum locum, Gronovio laudato, in usum suum bene convertit magnus Bentleius.* Sed iam Erasmus ad nostrum locum notaverat, in Horatii codd. emendatis non legi, *fortuna est, sed, fortunam.* Similiter *unde* cum accusat. in usu esse vidimus ad III. de Benef. 36, 2. Hoc loco sup- pleas *exerceo* cum Erasmo. Antea: *Quo nequitia mea, quam lectionem et ipsam bonam Fortunatus et Grut. prae- tulerunt.*

fecit, i. e. utramque *Vene- bo* i. e. affectui, libidini, rem excentium. Sic ex- qua teneor. cf. Epist. 79, 4. pllices Tacitum Annal. VI, not. *Quo nequitiam — 46 in patientia firmitudinem pecco?* Quo i. cui rei ad- simulans, i. e. libidinibus in- hibeam n. cf. ad epist. 7, 3. dulgens firmitudinem simu- *nequitia, peccare, pati* labat. Similia, speculis ta- propria verba de concubitu men omissis, occurrunt pa- illegitimo sunt. sim in Anthologia graeca. C.17. 1. *Philosophi.* Quum

S. *Inveniam quemadmo-* omnes antiquitatis in natura dum — *satisfaciam: mor-* rerum indaganda, ideoque phy-

facies nostra nobis, et quidem in nos obverfa, red-datur: ^a quid sibi rerum natura voluerit, quod quum vera corpora dedisset, etiam simulacra eorum adspici voluit: quorsus pertinuerit, hanc comparare materiam, excipiendarum imaginum capacem. Non ² in hoc scilicet, ut ad speculum barbam faciemque velleremus, aut ut faciem viri poliremus. In nulla re illa negotium luxuriae concessit: sed primum omnium, quia imbecilli oculi ad sustinendum co-minus solem, ignoraturi erant formam eius, hebetato illum lumine ostendit. Quamvis enim eum ³ orientem occidentemque contemplari liceat: tamen habitum eius, ipsum qui verus est, non rubentis, sed candida luce fulgentis, nesciremus, nisi in aliquo nobis humore laevior et adspici facilior occurreret. Praeterea duorum siderum occursum, ^b quo

E 2

inter-

- a. *quid sibi rerum natura voluerit.* Quum antecedat *red-datur* et sequatur *pertinuerit*, etiam hic *voluerit* stare debet, ut in eadem oratione obliqua, non, *voluit*, quae est lectio vulgata. Mox *capacem* et omnibus edit. et codd. plerisque nititur. *Muretus potentem* cum uno palat. cod. Fortunati codd. *appetentem*.
- b. *quo interpellari dies solet emend.* Gronov. et defendit in Obff. III, 22 p. 479 sq. ed. Lips. Antea *interpolari d. f.*
Mox

physica essent occupati, nulliae ea fecisse videretur: lum fere in iis reperies, nullibi voluit, ut luxuria sibi quin hac de re exposue- haec illave putaret creatarit. Democritum, Epicurum ideoque in illis sibi concieiusque asseclas, Empedo-liandis vindicantisve labo- clem, Aristotelem etc. huic raret. *hebetato — lumine* rei explicandae operam de- sc. in speculo.
differe constat. Cf. Schneideri

Eclog. phyl. XVII. p. 329 sq. 3. *nisi in aliquo nobis hu-* et Animadv. p. 185 sq. *more — occurreret.* Haud

2. *In nulla re illa,* na- dubie aërem intellexit, qui tura, opera sua instruxit, ut quidem causa est, ut aspe- in favorē causamque luxu- ctus tolerari solis possit.

interpellari dies solet, non videremus, nec scire possemus, quid esset, nisi liberius humi solis lunaeque imagines videremus. Inventa sunt specula, ut homo ipse se nosceret. ^c Multa ex hoc consequuta: primo sui notitia, deinde et ad quaedam consilium. Formosus, ut vitaret infamiam: deformis, ut sciret redimendum esse virtutibus, quidquid corpori deesset: iuvenis, ut flore aetatis admoneretur, illud tempus esse discendi, et fortia audendi: senex, ut indecora canis deponeret, et de inorte aliquid cogitaret. Ad hoc rerum natura facultatem nobis dedit, nosmetipso videndi. Fons cuique perlucidus aut laeve laxum imaginem reddit.

— — *Nuper me in litore vidi,*

Quum placidum ventis staret mare. — —

Qualem fuisse cultum putas ad hoc speculum secernentium? Aetas illa simplicior, et fortuitis con-

Mox *liberius humi*. Omnium codd. et edd. lectionem hanc ingeniose quidem emendavit Pincianus, quamquam, ut Gruterus ait, ex supervacuo hercle. Legendum enim arbitrabatur: *nisi laevore huiusmodi solis*. Sed vulgata bene defenditur.

c. *Multa ex hoc consequuta: primo sui notitia*. Hanc Pinciani codd. lectionem praeferam cum Mureto alteri scripturae, quam haud pauci codd. exhibent, *multa ex hoc consequuntur: primo sui notitiam*. Nostrae favent sequentia: *vitaret, sciret etc.*

d. *cernentium*. Omnium codd. lectio, quae praestat alteri a Mureto ex ora Erasm. edit. inventae: *comentium*. *Enim vero*

q. *Inventa — ex hoc* retur. *redimendi* i. e. *comconsequuto — notitia*. *Pri*-*pensandi, supplendi*. Cf. Erasmus huius sententiae, quan- *nesti Clav. Cic. hac voce.*
tum scimus, auctor Socrates 5. *Verbus Virgil. Eclog. fuit.* Cf. Diog. Laert. II, 33 II, 25 sq. est. Adduxit hunc ibique Menagiuss, qui nec quoque versiculum Seneca nostri loci immemor fuit. infra lib. V. princ., ubi ta- Notissimus est locus Phaedri men argutantem magis quam fab. III, 8, qui confuli me- vere explicantem inveneris.

contenta, nondum in vitium beneficium detorquebat, nec inventum naturae in libidinem luxumque rapiebat. Primo faciem suam cuique casus ostendit: deinde quum insitus sui mortalibus amor dulcem adspectum formae suae faceret, saepius ea despexere, in quibus prius effigies suas viderant. Postquam deterior populus e subiit in ipsas terras, effolosurus obruenta, ferrum primo in usu fuit, et id homines impune eruerant, si solum eruissent. Tunc demum alia terrae mala, quorum laevitas aliud agentibus speciem suam obtulit, quam hic in poculo, ille in aere ad aliquos usus comparato vidit: et mox proprius huic ministerio praeparatus est orbis,

E 3

non-

vero ad illud speculum homines se non comisso statim dicit auctor. Mox nonnulli codd. habent, *nondum in virtute blanditiae detorquebat*, parum tamen congrue huius loci sententiae: sunt simplicia atque fortuita, non blanditiae. Praestat *beneficium*. Tales autem διττογαρίας debemus doctis lectoribus antiquis vel explicantibus, vel similia apponentibus in ora codicum, unde librarios potius scribendi quam cogitandi peritos temere in textum invexisse satis constat. Sic statim haud pauci codd. *trahebat*, non, *rapiebat*: quorum alterum alterius interpretamento esse sollet in glossis. e. *subiit in ipsas terras*. Sic codd. Gruteri, quum Erasmus, hac lectione prioris suae editionis reiecta, ex cod. brit. assumisset, *populus ipsas subiit terras*, sine praepositione hic tamen necessaria. Mox *alios usus*, non, *alios u. praebent* codd. Fortun. et Grut. *compara-*

6. *Postquam deterior* — rea, quas primus descripsit *eruisse*. Poetis, e. c. Ti- Hesiodus Ἔργ. ναὶ Ἡμ. 108 bullo 1, 10, magis quam phi- sq., multis deinceps sequaci- losopho haec digna esse vi- bus poetis. Ceterum Stoicos dentur. Philosophus autem hunc sermonem decere patet: noster cogitasse videtur de quippe quibus placuit priores aetatibus illis decantatis qua- humanitatis aetates poste- tuor invicem se ex poeta- rioribus suis meliores, nec rum figmento insequitis, nisi donis iis fructas, quibus aurea, argentea, aerea, fer- natura, nulla arte adhibita, eas

nondum argenti nitor, sed fragilis vilisque materia. Tunc quoque quum antiqui illi viri incondite vive-
rent, satis nitidi, si squalorem opere collectum ad-
verso flumine eluerent, cura comere capillum fuit,
8 ac prominentem barbam depectere: et in hac re
quisque sibi, alterique operam dabat invicem. Con-
iugum quidem manu crinis ille, quem effundere
olim mos viris fuit, attractabatur: sed illum sibi
sine ullo artifice formosi quatiebant, non aliter
quam iubam generosa animalia. Postea rerum iam
potiente luxuria, specula totis paria corporibus au-
ro argentoque caelata sunt, denique gemmis ador-
nata: ^f et pluris unum ex his feminae constitit,
quam antiquarum dos fuit illa, quae publice daba-
9 tur imperatorum pauperum filiabus. An tu existi-
mas, ex auro nitidum habuisse Scipionis filias spe-
culum,

parato tamen ex Erasmica retinendum est. f. et pluris.
Ita Erasm. et Pinc. sed priores edd. et *poculum*, vel, et
poculis, quae varietas e scribendi compendio orta: nam
de

eas ditasset. Attigi haec ad nem reddi, auro apposito
Epist. 90, 44, quae tota cum aversis. Ex hoc Plin. loco
hoc capite contendere mere- cum nostro et seq. compa-
tetur. Cf. De benef. VII, 10. rato sequitur, Senecae tem-
not. ^{pore aurea specula fieri}
coepita esse.

7. *nondum argenti ni-*
tor — vilisque. Plin. N.H. 9; *An tu existimas — aes*
XXX; 9 ait: optima apud *grave?* Occurrit idem in
maiores fuerunt Brundifina, Consol. ad Helv. c. XII, 5,
stanno et aere misfis. Prae- ubi vid. not. Valer. Max. IV,
lata sunt argentea. Primus 10 explicat: Idem Senatus
fuit Praxiteles Magni Poin- Fabricii Luscinii Scipionis-
peii aetate. Nuper credi que filias ab indotatis nuptiis
coeptum, certiorem imagi- liberalitate sua vindicavit,
quo-

culum, quum illis dos fuisse aes grave? O paupertas felix, quae tanto titulo locum fecit! Non fuisse illis Senatus dotem, si habuissent. At quisquis ille fuit, cui soceri loco senatus fuit, intellexit, se accepisse dotem, quam fas non esset reddere. Iam libertinorum virgunculis in unum speculum non sufficit illa dos, quam dedit s. P. Ro. Scipioni. Pro-¹⁰cessit enim molestius, paulatim opibus ipsis invitata, luxuria: et incrementum ingens vitia acceperunt.

E 4

Adeo-

de poculis sermo non est. *non illa q. p. d. sed imp. p. f.*
 Fortunati codd. ideoque et Erasm. Pincianus tamen, Ob-
 sopoeus et Grut. in codd. suis *non* inveniebant, qui *τῷ*
sed caruere. At negativa stare nequit, recte iudicante
 Pinc., et videtur ex compendio scribendi orta, quum *n.*
 significaret, nempe. Mox *ex auro nitidum* Erasm. Mure-
 tus etc. Sed codd. variant, praepositionem *ex* omittentes,
 et *auro indicium*, vel *auro inclitum*, vel *auro inditum*
 praehentibus. Fortasse fuit, *auro inductum*. g. P. Ro.
Scipioni. Sic Ios. Scaliger in castigatt. ad Festum legere
 nos

quoniam paternae heredi- pro certo ponere licet, de-
 tati praeter opimam gloriam cem aspes graves aequales
 nihil erat, quod acceptum fuisse uni denario argenteo
 referrent. Antea Val. M. no- (5 bon. gross. f. 75 centim.
 taverat: Dotis modus XL gall.); XL millia aeris fa-
 millia aeris fuit. *Aesgrave*. ciunt summam circiter 800
 In tota doctrina numisma- thal., f. paulo plus quam
 tica nihil fere difficilius ae- 3000 franc. Fromondus ae-
 re gravi, propter multas quat hos XL mill. aeris cir-
 pretii mutationes, quas re- citer bis mille flor. belg.
 ductiones vocamus. Cf. Plin. Tenuitas igitur dotis aere
 N. H. XXX, 5. Si tamen gravi declaratur. *Liberti-
 cum* Frid. Gronovio de pe- *norum*, quos saepe divitiis
 cun. vett. III, 15 et Iacob. affluxisse constat, in primis
 Perizonio (Iac. Perizonii Dis. sub principibus. *etiam mi-*
VII. ed. I. G. Heinecc. Lugd. litares. Bene laudat Fro-
 Bat. 1740. 8. *de aere gra-* mondus Iuvenalis Sat. II,
vi contra Ludov. Küsterum, 99 sq.

Adeoque omnia indiscreta sunt perversissimis artibus, ut quidquid mundus muliebris vocabatur, sarcinae viriles sint: minus dico, etiam militares. Iam speculum ornatus tantum causa adhibitum, nulli non vitio necessarium factum est.

nos iubet, codd. non multum abludentibus: hi enim cum Erasmi et superioribus edd. praefstant: *quam dedit pro se Scipio*. Inde fecit Pinc. *quam dedit Po. Ro. filiae Scipionis*. Muretus temere dedit: *quam dedit Senatus pro Scipione*. Mox *molestius* plurimi codd. Muretus, *immundestius*. Denique *nulli non vitio*: addit Erasmus, *munerario*: codd. *numerario*, *nuario*, *num maior*. Gruterus, melius, ait; coniiciat, cui propior visus Apollo.

L. ANNAEI SENECAE
 AD LUCILIUM
 NATURALIUM QUAESTIONUM
 LIBER SECUNDUS.

Argumentum.

Doctrinam rei naturalis, in eam quae coelestia, meteora, et terrena pertractat, partitur. De aëre aliiquid praemittit, quia meteororum et omnium sublimium locus communis est. Eum ex distantibus corpusculis, ut pulverem, constructum non esse. Divisio eius in tres regiones. In aëre fulgura, fulmina, tonitrua concipi. Anaxagoras refutatus, qui fulmina credit siderum emunctiones et distillationes esse. Aristotele etiam, Anaximene, Anaximandro, Diogene Apolloniate rejectis, sustinet nubium collisione fieri et elidi: maximam tamen eorum vim penes sidera esse, quorum ingens, ait, et confessa potentia est. Vi subterranei ignis, insulam maiorum aevo in mari Aegeo, et alteram sua memoria enatam esse. Tonitruorum et fulminum divisiones, tam ex physica ratione, quam vana disciplina Thuscorum. Fulminus et auguriorum significationes non averti sacrificiis, sed haec aegrae mentis solatia esse. fata enim nulla prece aut misericordia commoveri: quaedam tamen a Diis immortalibus ita suspensa relicta esse, ut in bonum vertant, si admotae Diis preces facint, si vota suscepta. Quia vero melius fulmina non timere, quam nosse, ad contemnum fulminum et mortis digreditur. Hanc qui non timet, nec fulmina, nec naufragia, nec bella, nec feras metuet. Mortem autem cur tantopere metuamus? Omnes ad eam proditi sumus, et melius est ultroneum ire, quam invitum trahi.

C A P U T I.

OMNIS de universo quaestio in coelestia, sublimia, et terrena dividitur. Prima pars naturam siderum scrutatur, et magnitudinem, et formam ignium, quibus mundus includitur: solidumne sit coelum, ac firmae concretaeque materiae, an ex subtili tenuique nexum: agatur, an agat: et infra se sidera habeat, an in contextu sui fixa: ^a quemadmodum sol anni vices servet: an retro flectat: ²cetera deinceps his similia. Secunda pars tractat inter coelum terramque versantia. Haec sunt nubila, imbres, nives, et humanas motura tonitrua mentes: quaecunque aër facit patiturve. Haec sublimia dicimus, quia editiora imis sunt. Tertia illa pars

^{a.} *quemadmodum anni vice servet solem, an retro flectat.*
 Dedit sic Gronov., τῷ vices vulgatae mutato in: *vice.* Nempe coelum, addit Gronov., quod in superioribus etiam intelligitur. Flectit, ubi pervenit ad tropieos. Muretus: *Quemadmodum sol anni vices servet.* Mox post mentes excidisse videntur, quae ad §. 3 spectant. Ibi verba: *Quomodo — dicturus manifesto requirunt et terram,* aut simile quid, quo terrae motus significetur. Sed codd. nihil eiusmodi memorant. Nisi per πρόληψιν haec intelligenda sunt.

Lib. II. C. 1. Doctrinae nes constabat. Cf. Diog. rei naturalis divisio. 1. *Om-* Laert. VII, 39 sq. Lipphi*nis — dividitur* i. e. Phy. Physiol. I, 2. sica in Astronomiam, Meteo- 2. *Haec sublimia, μετέω-
rologiam et Geographiam di- ρα.* Cic. Acad. IV, 39 et 41
viditur. Etsi de loco, quem vertit: supera, et sapienter
tenere iuberent Stoici physi- distinguit coelestia secundum
cam, discentirent, Zenoni Stoae praecepta, quae in-
enim secundo, aliis ultimo primis Posidonius in libro
loco, Panaetio autem Posi- de sublimibus (πρὸς μετέω-
donioque primo tradendam ρων) exposuit. Diog. Laert.
placuit, tamen de eius digni- VII, 135. 144. *ut iuriscon-*
tate et praetantia inter om- *sultorum — utar,* qui di-
fin-

pars de agris, terris, arbustis, satis quaerit, et, ut Iurisconsultorum verbo utar, de omnibus quae solo continentur. Quomodo, inquis, de terrarum motu 3 quaestionem eo posuisti loco, quo de tonitruis fulgoribusque dicturus? Quia, quum motus terrae fiat spiritu, spiritus autem sit aër agitatus, etsi subeat terras, non ibi spectandus est: cogitetur in ea se-
de, in qua illum natura disposuit. Dicam, quod magis videbitur mirum: inter coelestia et de terra dicendum erit. Quare? inquis. quia quum propria 4 terrae excutimus suo loco, utrum lata sit, et inae-
qualis, et enormiter proiecta, an tota in formam pilae spectet, et in orbem partes suas cogat, alliget aquas, an aquis alligetur ipsa: animal sit an iners corpus, et sine sensu, plenum quidem spiritus, sed alieni; et cetera huiusmodi quoties in manus ve-5 nerint, terram sequentur, et in imis collocabuntur. At ubi queretur, quis terrae sit situs, qua parte mun-

stinguebant inter res mobiles tias: alteram Homeri, Tha-
et foli, e. c. Pandect. XIII, letis, Anaximenis, Anaxago-
3, 1. Solum inde pro prae- rae, Democriti, al., terram
dio ponitur. cf. Ernesti Clav. iudicantium esse latam; al-
Cic.

5. *Dicam — erit.* Exem-
plum dedit Aristot. de Coe-
lo II, 13 sq., ubi quum de Aristot. de Coelo II, 13.
astris dixisset, et de terra di-
cendum sibi putavit. 14. *alliget aquas — ipsa;*
aqua pars terra sit, an vi-

4. *quia quum — suo loco.* ce versa. cf. Lipsii Physiol.
Hunc locum in his Nat. Stoic. II, - 16. *animal sit,*
Quaest. tractare omisit. For-
tasse tamen exposuerat in tentia fuisse videtur. Ovid.
libris nunc deperditis, de Metam. XV, 342.

natura rerum, aut, de for-
ma mundi. *utrum lata — e.* secundum, non imum lo-
cogat. Duas vides de ter-
rae forma expressas fenten-
5. *At — superioribus i-*
cum obtinet. meliorem con-
sitionem, fortem, melius
jus.

mundi subsederit, quomodo adversus sidera coelumque posita sit, haec quaestio cedit superioribus, et, ut ita dicam, meliorem conditionem sequitur.

II. Quoniam dixi de partibus, in quas omnis rerum naturae materia dividitur, quaedam in commune sunt dicenda, et hoc primum praesumendum, inter ea corpora, a quibus unitas est, aëra esse. Quid sit hoc et quare praecipiendum fuerit, scies, si paulo altius repetiero, et dixerim aliquid esse continuum, aliquid commissum. Continuatio est partium inter se non intermissa coniunctio. Unitas est sine commissura continuatio, et duorum inter se
con-

jus. Cf. Ernesti Clav. Cic. etc. disputatur, Heidelberg. *qua parte mundi subsede-* 1810. qui comparari mererit, fundamentine loco in tur. Stare putat Aristot. l. l. centro, quod erat Stoae et omnes post eum usque praecepsum: cf. Lipsii Phy- ad recentiora tempora.
fiol. II, 11 et 18. *quomo-*

do — posita sit, stabilis an C. 2. Proprietas partium moveatur. Lips. Physiol. II, universi est unitas Haec de 19. Moveri statuisse videtur continuo et commisso, s. de Plato in Timaeo T. IX. p. unitate doctrina mere fuit 323 bip. (Γῆν δὲ, τροφὸν stoica. Cf. Sext. Empir. adv. μὲν ἡμετέραν, εἴλονυμένην δὲ Phys. I, 75. Antonin. VII, περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλου 13 ibique Gatacker. Orientalem — ἐμηχανήσατο): ginem haec opinio summis nam de vero loci sensu amb. videtur inde, quod quum igeabant iam veteres, Aristot. omne, quod est, apud Stoide Coelo II, 13. Plut. Quaest. cos σῶμα, corpus nomine platon. p. 1006. Chalcid. ad tur, a corpore initium erat Tim. §. 121, laudante Davi- faciendum; et quod, Anaxagoro ad Cic. Acad. IV, 32: gorae, Democriti aliorum- cf. Ruhnken. et Hemsterhus. que decreto de atomis re- ad Timaei Lexic. pl. p. 69 sq. iecto, clariorem de rerum ed. II. Egregie nuper de ortu et continente natura hoc Plat. loco egit Boeckh. explicandi modum reperi- in programmate, in quo de tum ibant: qua re iis opus platon. sylt. coel. globorum erat statuere, totam mate- riā

coniunctorum corporum ^a tactus. Numquid dubium est, quin ex his corporibus quae videmus tractamusque, quae aut sentiuntur aut sentiunt, quaedam sint composita? Illa constant aut nexus, aut acer-³ vatione: ut puta funis, frumentum, nāvis. Rursum non composita: ut arbor, lapis. Ergo concedas oportet, ex his quoque quae sensum quidem effugient, ceterum ratione prenduntur, esse in quibusdam unitatem corporum. Vide, quomodo auribus tuis parcam. Expedire me poteram, si philosopho-⁴ rum lingua uti voluisse, ut dicerem unita corpora: hoc quum tibi remittam, tu invicem mihi refer gratiam. Quare istud? si quando dixero unum, memineris me non ad numerum referre, sed ad naturam corporis, nulla ope externa, sed unitate sua cohaerentis. Ex hac nota corporum aēr est.

III.

a. tactus. Fortunatus cum mff. suis malit, *tractus*: non enim, inquit, satis est ad unitatem duorum corporum, ut se tangant, sed requiritur quidam tractus ductusque permistus et indiscretus. Pincianus transponi voluit haec ita: *continatio — coniunctio, et duorum — tactus. Unitas — continuatio.* Sed non indigemus hac transpositione. Quae continuantur, eorum partes coniunctae quidem sunt, sed ita ut non necessario tangantur, quod tamen in unitate fieri debet ex sententia auctoris. Nec aliter sentit Aristotel. Metaphys. IV, 6.

riam esse mutabilem et cor- ler f. v. Materie. Cohæs-
pora le invicem pervadere, sion.

ideoque esse unita, ἡνῶσθαι · 4. *unita corpora, τὰ τὸν πόσμον.* Diog. Laert. VII, ἡνωμένα. In Digesta adeo 140. Accuratius noster Epist. transiit haec corporum di-¹⁰² de hac re exposuit. visio in tria genera l. 41, tit. Tria corporum genera attu-³. leg. 30: quod nemini lerunt: τὰ ἡνωμένα, τὰ δὲ μιρū videbitur, qui repu-⁴ ἐν συναπτομένων, τὰ δὲ ἐν τaverit, Iureconsultis, quod διεσώτων vocat ea Sext. Emp. notum est, stoicam in primis l. l. aeque ac Seneca. Cf. philosophiam placuisse. *Ex* Tiedemann Syst. der stoīch. *hac nota — est, quatenus* Phil. II, p. 173 sq. et Geh- premit, attrahit etc.

III. Omnia quae in notitiam nostram a cadunt vel cadere possunt, mundus complectitur. Ex his quedam sunt partes, quedam materiae loco reicta. Desiderat omnis natura materiam, sicut ars omnis quae manu constat. Quid si hoc apertius faciam? Pars est nostri, manus, ossa, nervi, oculi: materia, succus retenti cibi iturus in partes. Rursus, quasi pars nostri est sanguis, qui tamen et materia est. Praeparat enim et alia, et nihilominus in numero est eorum, quibus totum corpus efficitur.

IV. Sic mundi pars est aër, et quidem necessaria: hic est enim qui coelum terramque connectit, qui imo ac summa sic separat, ut tamen iungat. Separat, quia medius intervenit: iungit, quia utriusque per hoc inter se consensus est. Supra se dat, quidquid accipit a terris. Rursus vim siderum in terrena transfundit. Quam sic partem mundi voco, ut animalia et arbusta. Nam genus animalium arbustorumque pars est universi, quia in consummationem totius assumptum, et quia non est sine hoc universum. Unum autem animal, et una arbor, quasi

a. *cadunt vel cadere possunt.* Sic editio Erasmi superioresque et codd. Grut. Pinciani tamen mss. codd. refecant τὰ vel cadere possunt.

C. 3. Mundus complecti- 1. *Supra se dat* ad astra-
tur partes et materiae loco alenda. cf. c. V, 1: qua in
relicta.

1. *Mundus et natura* rat, qui tamen, libris eius idem significant, a quibus tunc temporis nondum foras tum materia nondum for- editis, eius doctrina uti non mitata, tum eius partes iam poterant. Cf. Stob. Ecl. p. formatae tractantur. 450 (I, 22, 6) Heer.

C. 4. Aer pars mundi, 2. *Unum autem — totum*
sive universi, necessaria. est. Genus, s. species ma-
net,

quasi pars est: quia quamvis perierit, tamen id ex quo perit, totum est. Aér autem, ut dicebam, et coelo et terris cohaeret. Utrique innatus est. Habet autem unitatem, quidquid alicuius rei nativa pars est. Nihil enim nascitur sine unitate.

V. Terra et pars est mundi et materia. Pars quare sit, non puto te interrogaturum, ^a aut aeque interroges, quare coelum pars sit: quia scilicet non magis sine hoc, quam sine illa universum esse potest, quod cum his universum est, ex quibus, id est, tam ex illo, quam ex ista, àlimenta omnibus animalibus, omnibus satis, omnibus stellis dividuntur. Hinc quidquid est virium singulis, hinc ipsi mundo ^z tam multa poscenti subministratur: hinc profertur quo

a. *aut aeque.* Illud *aut* est ex Pinciani conjectura profectum. Nam codd. mss. omnes et antiq. edd. habent *vt:* quod tamen stare nequit. Mox τὰ· *id est tam ex illo, quam ex ista*, codicum variatione τῆς φύσις arguuntur, unde Olofopoeus a glossatoribus esse putavit rescribendumque, *ex quibus alimenta omnibus*. Parum abest, quin adfentiar. Vim enim et elegantiam orationi illa verba non addunt, notumque est, hac fere nota, *id est*, prodi glossemata. cf. Ruhnken. ad Vellej. Paterc. II, 23, 6. p. 144.

net, et si partes quaedam in- Fuisse hanc Stoae lente- terierint. Exempli gratia tiam, cuius fundamentum quercus una perierit, genus est dogma, astra esse ani- tamen et species, cuius illa malia, docuit Lipsius Phy- quercus fuit pars, manebit. svol. II, 14 e Diog. Laert. Sic et aer pars mundi, et si VII, 145, ubi Menagius vi- quaedam eius particulae a deatur.

coelo et terris absorbentur, 2. *hinc ipsi mundo* qui tamen totum est, quoniam ex his omnibus constat, id quod aer est unitatem (mundus enim et ipse ani- suam retinet. Eandem sen- mal est, sensu Stoico). cf. tentiam habes in Aristot. Diog. Laert. VII, 141 sq. et Metaph. X, 1. *omnium quidem rerum na-*

C. 5. Terra pars mundi et *tura*, deus Stoicorum. Diog. materia. 1. *ex quibus* — Laert. VII, 147 sq. *invadit dividuntur*. cf. ad c. IV, 1. i. *occupavit*, *complexus est*.

quo sustineantur tot sidera, tam exercitata, tam avida, per diem noctemque, ut in opere, ita et in pastu; et omnium quidem rerum natura, quantum in nutrimentum sui satis sit, apprehendit. Mundus autem, quantum in aeternum desiderabat, invalit. Pusillum tibi exemplum magnae rei ponam. Ova tantum complectuntur humoris, quantum ad effectum animalis exituri satis est.

VI. Aër continuus terrae est, et sic appositus, ut statim ibi futurus sit, unde illa discessit. Pars est totius mundi: sed idem tamen, ^a quidquid terra in alimentum misit, recipit, ut scilicet materia, non pars intelligi debeat. Ex hoc omnis inconstantia eius tumultusque est. Hunc quidam ex distantibus corpusculis, ut pulverem, ferunt, plurimumque a ^z vero recedunt. Nunquam enim contexti nisi per uni-

^a. *quidquid terra in alimentum misit* omnium edd. et codd. lectio est, et ea sanillima. Gron. tamen in cod. britannico invenit, *alimentum coelestium*, et probat. Sed nou assentiar. Nam materia est, quatenus alimenta sua e terra accipit, secundum explicationem supra c. 3, ^z allatam. Tò. *coelestium*, quo omnes codd. carent, in codicem brit. ab ora, ubi explicationis causa adscriptum erat, a librario parum docto inventum esse videtur. Optime abesse potest. Mox auctiores codd. praebent *inconstantia eius*. nam terrenus vapor siccus est et fumo similis, qui ventos, tonitrua et fulmina facit etc. cf. c. 13, 4. Deinde *ut pulverem ferunt*. Sic Fortunati codd. palat. brit. veneta editio et Erasmi: at unus palat. *esse ferunt*, i. e. dicunt. Sed τῷ *esse* carere possumus. Quidni haec scriptura bona est? Gronovius tamen legendum putabat, *terunt*, h. e. eo exponente, minutissime tritum et friabilem esse sentiunt. Quum de Epicureis sermo sit, τῷ *ferunt* praefstat. Muretus temere dedit *struunt*.

C. 6. Unitas, intensio, structa statuisse constat. In spiritus sunt aeri propria. 1. primis autem Epicurus hoc in *alimentum stellarum* dogma excoluit a Lucretio. *Ex hoc — ferunt*. Demo pro virili defensum et expocritus, Epicurus et alii, quos litum. *ex atomis omnia esse con-*

unitatem corporis ^b nifus est, quam partes consentire ad intensionem debeant, et conferre vires. Aér autem, si in atomos dividitur, sparsus est. Teneri vero disiecta non possunt. Intensionem aëris ostendent tibi inflata, nec ad ictum cedentia. Ostendent pondera, per magnum spatium ablata, gestante vento. Ostendent voces, quae remissae elataeque sunt, prout aér se concitavit. Quid enim est vox, nisi ³ intensio aëris, ut audiatur, linguae formata percussu? Quid cursus et motus omnis, nonne intenti spiritus opera sunt? Hic facit vim nervis, et velocitatem currentibus. Hic quum vehementer concitatus ipse se torsit, arbusta silvasque convellit, et aedificia tota corripiens in altum frangit. Hic mare ⁴ per se languidum et iacens incitat. Ad minora veniamus. Quis enim sine intensione spiritus cantus est? cornua et tubae, ^c et quae aquarum pressura

maio-

b. *nifus*, i. intensio, conatus. Hanc Fortunati conjecturam Erasmus atque reliqui merito sequuti sunt, sensu postulante. Omnes codd. dant *vifus*, i. aspectus, quae tamen vox nullum sensum idoneum exhibit. ^{c.} et *quae aquarum pressura maiorem sonum formant*. Sic Obsopoei codd.: consentit unus palat. in eo, quod quoque habet, et *quae*, non, ut vulgata, et *ea quae*, et quod dat, *formant*. Recte pro-

2. *Intensionem — ce-* plur refert Simplicius ap. *dentia*. Haec et sequentia Schneider. in Ecl. phys. p. ad aeris proprietates, elasti- 203.

citatem, quam vocamus, et ^{4.} *et quae aquarum pressura — spectare gravitatem in — formant — expli-* patulo est. *Inflata*, e. c. *cant?* Spectant haec ad ortumidos utres coriaceos, qui gana hydraulica, quorum bus pontes jungere solebant descriptiones ex Herone, hodieque jungere solent. cf. Vitruvio al. dedit Schneider. Aristot. de Coelo IV, 4, qui der in Ecl. phys. p. 227 et hac de re agens τοῦ περιστῆ- eruditè explicavit in Anim. μένου ἀσκοῦ meminit. Exem- p. 121 sq.

maiores sonitum formant, quam qui ore reddi potest, nonne aëris intensione partes suas explicant?

5 Consideremus quam ingentem vim per occultum agant parvula admodum semina, et quorum exilitas in commissura d^r lapidum locum invenit: in tantum convalescunt, ut ingentia saxa distrahant, et monumenta dissolvant: scopulos rupesque findunt ra-

6 dices minutissimae, ac tenuissimae. Hoc quid est aliud, quam intensio spiritus, sine qua nil validum, et contra quam nil validius est? Esse autem unitatem in aëre, vel ex hoc intelligi potest, quod corpora nostra inter se cohaerent. Quid enim aliud est quod tenet ea, quam spiritus? Quid est aliud

7 quo animus noster agitur? Quis est ille motus, nisi intensio? Quae intensio, nisi ex unitate? Quae unitas, nisi haec esset in aëre? quid autem aliud producit fruges et segetem imbecillam, ac virentes erigit

probat Obsopœus membranarum Memmii scripturam, qua organa hydraulica (Wasserwindorgeln) intelliguntur, de quibus cf. Schneider. ad Eclog. phys. p. 121 sq. Vulgata, quae nonnullis codd. firmatur, habet, *et ea, quae aliqua pressura maiorem sonitum reddunt*. Mox Fortunatus sequendus erat legens, *agat, non, agant.* d. *lapidum locum invenit: d^rinceps, et monumenta dissolvant*. Hanc codd. optimorum scripturam Fortunato, Pinciano et Gronovio suaforibus exhibui: praeterquam quod prior *agat* prætulit secundum *Parvula* initium lequentis col*i*, et quod Gronov. *semina: si quorum maluit*. Caeterum Muretus suo ipsius lubitu cudi iusserat, *lapidum vix inveniat*. Erasmus aliquique editores *inveniat et in momenta*. Vulgatum corruperat quoque in sequentibus Muretus, qui, ut Seneca argutius loqueretur, resecuit τὸ^r *findunt*, omnium quamquam codd. et edd. scripturam: *in terra minutissimae* Erasmus et codd. quidam: sed liber meminian. τὸ^r *in terra caret*.

6. *Esse — cohaerent.* dibus, contineri appetet ab Pressione haec fieri aeris aere id circumstante, atque constat. Exemplo est cor- cohaerere libris 33,250. pus humanum, quod, si eius Nam $15 \times 2216\frac{2}{3} = 33250$ superficies respondet 15 □pe- libr,

erigit arbores, ac distendit in ramos, aut in altum erigit, quam spiritus intensio et unitas?

VII. Quidam aëra discerpunt, et in particulas diducunt, ita ut illi inane permisceant. Argumentum autem existimant non pleni corporis, sed multum vacui habentis, quod avibus in illo tam facilis motus, quod maximis minimisque per illum transcurfus est. Sed falluntur. Nam aquarum quoque ² similis facilitas est: nec de unitate illarum dubium est, quae sic corpora accipiunt, ut semper in contrarium acceptis refluant. Hanc nostri circumstantiam, Graeci autem περίσσων appellant, quae in aëre quoque sicut in aqua fit. Circumstat enim omne corpus a quo impellitur. Nihil autem opus erit inani admixto. Sed hoc alias.

VIII. Nunc autem esse quandam in rerum natura vehementiam, magni impetus, est collendum. ^a Nihil enim non intensione vehementius est: et

F 2 tam

a. *Nihil enim non intensione optimis debetur codd.* ap. Grut. et merito receptum a Gronoviq. Antea, *nihil enim nisi*

C. 7. An vacuum permix- possit, tamen spatium ab tum aeri sit? 1. *Quidam* — aere vacuum non esse con- permisceant. Democritum stat, uti nunc vacuum Boy- et Epicurum dicit. Cf. Plut. leanum, Guerikianum et de Plac. Phil. I, 5. I, 18. Torricellianum docent.

Lucret. I, 335 sq. Peripate-
tici Stoicique horrorem s. 2. *nec de unitate — re-*
fugam vacui docebant. Ce- fluant., Hic de cohaesione,
terum quae hic afferuntur quam nos vocamus, cogitari
contra hanc sententiam, ne- debet. — *Hanc* — *appel-*
scio an nemini harum re- lant. Stephanus in Thes.
rum perito se probaverint. L. Gr. T. I. p. 1784 D. lau-
cf. Gehler s. v. Materie. dat Aristotelis Problem. II,
Luft. Meliora dat Hero ap. 29. (T. II. p. 840 ed. lugd.)
Schneider, Ecl. physl. p. 299, ubi Theod. Gaza vertit, ob-
Etsi vacuum spatium cogitari sistentiam.

nam mehercule quam nihil intendi ab alio poterit, nisi per semetipsum fuerit intentum. Dicimus enim, eodem modo non posse quidquam ab alio moveri, nisi aliquid fuerit mobile ex semetipso. Quid autem est, quod magis credatur ex semetipso habere **intensionem**, quam spiritus? Hunc intendi quis negabit, quum viderit iactari terram cum montibus, tecta, murosque, ^b et turres, et magnas cum populis urbes, cum totis maria litoribus? Ostendit intensionem spiritus, velocitas eius et diductio. Oculus statim per multa millia aciem suam intendit: vox una totas urbes simul percutit: lumen non paulatim proreperit, sed simul universis infunditur rebus.

IX.

nisi intensi. Mox et tam mehercule quam nihil intendi ab alio poterit. Restituit, Grutero commendante, Gronovius e palat. tert. atque brit. codice ms. Erasmi, quam antea legeretur, et tamen mehercules per aliud nihil intendi poterit. Haec loquendi formula, *tam mehercule, tam Hercules, tam Hercule* Senecae et istius ævi scriptoribus admirandum familiaris fuit: quod nunc post Gronovium notissimum est. *b. et turres, et magnas.* Recepit hanc Gronovii emendationem. Antea: *murosque plures et magnas* etc. Sed vox *plures* hic turbat, nec iuvat, eam cum voce *urbes* copulasse. Mox *simul* e pluribus codd. assunti pro vulg. *semel*.

C. 8. Intensio aeris et spiritus, eorumque vis. 1. *nisi* suum. Ceterum in his spiritum — intentum. De potestate, tum et lucem non satis sed *vix* haec sunt accipientes. *Lumen* — da: quod enim iam intensio aeris et spiritus, in primum est, ab alio intendi non potest. Recentiores, imprimitur explicationis causa fieri, ut Cartesii verbis utar, motus, ubi τὸ mobile lumen propagacionem non quitur in instanti, sed esse successivam: sic solius lumen 8' 7 $\frac{1}{2}$ tum. Intensionem itaque uti constat usque dum ad terexplices facultatem se intensio aeris perveniat. Cf. Gehler dend. f. v. Licht. T. II. p. 887 sq.

IX. Aqua autem sine spiritu quemadmodum posset intendi? Numquid dubitas, quin sparsio illa quae ex fundamentis mediae arenae crescens in summam altitudinem amphitheatri pervenit, cum intensione aquae fiat? ^a Atqui vero nec manus, nec ullum aliud tormentum aquam poterit mittere, aut agere, quam spiritus. Huic se commodat: hoc ² inferto et cogente attollitur, et contra naturam suam multa conatur, et ascendit, nata defluere.

F 3

Quid?

a. *Atqui vero nec manus, nec etc.* In hac lectione omnes codd. et edd. antiquiores conspirant, praeterquam quod nonnulli codd. lectionem e scribendi compendio natam exhibent: *atqui nec vero magis f. aut qui non magis.* Quam quidem scripturam nisi novandi studium aut sententiae incuria damnaverit, nescio cur non relinquamus Fortunati emendationem *Atqui nec tollo f. tolleno magis nec etc.* probantis. Neque manus nostra, ait, neque aliud instrumentum, quo ad mittendum utimur, tanta vir aquam mittere aut agere poterit, quam spiritus. Enimvero *tolleno*, quo aquam e puto haurimus, hic nullum habet locum. Male itaque Fortunatum sequuti sunt Erasmus, Muretus et Gronovius. *Magis* autem post *manus* assumi debet propter sequens *quam*. Hic mos utrique linguae est familiaris. Mox *nata defluere* non sollicitari debet: poetis e graeco fonte talia nactis has loquendi formulas dehebant scriptores prosarii huius aevi, quippe quos poeticas formulas saepe in prosam invexisse constat. Iam Ovid. de Nuce vers. 113. fentes laedere natae: hinc haufere Seneca, Tacitus etc.

C. 9. Nec aqua etc. sine 26. et de spectac. 3. Maffei eis est. 1. *Numquid dubi-* degli amphiteatri e singolaritas — *aquae fiat?* Vt aer mente del Veronese II, 15. et populus congregatus re- p. 288. *intensio*, actus, quo crearetur, hae sparsiones in aqua emituntur.

theatris et amphitheatris lin- 2. *nata defluere* est grae-
teo tectis inventae sunt, quae ca loquendi ratio, πέριν, natura eius ita con-
sum, balsama, aliasque fra- stituta, ut defluere debeat.
grantes liquores effunde- Quid? *navigia* — *sustine-
bant*: unde ὁ πρόκος φανό- *retur* — *referente*? Haec
μενος dictis. Cf. Martial. V, exempla eti per se nota ve-
raque

Quid? naviā sarcinā depressa, parum ostendunt, non aquam sibi resistere quo minus mergantur, sed spiritum? Aqua enim cederet: nec posset pondera sustinere, nisi ipsa sustineretur. Discus ex loco superiore in piscinam missus, non descendit, sed reflit: quemadmodum, nisi spiritu referente? Vox autem qua ratione per parietum munimenta transmittitur, nisi quod solido quoque aër inest, qui sonum extrinsecus missum et accipit et remittit? scilicet spiritu non aperta tantum intendens, sed etiam abdita et inclusa. Quod illi facere expeditum est, quia nusquam divisus, sed per ipsa quibus separari videtur, coit secum. Interponas licet muros et mediam altitudinem montium, per omnia ista prohibetur nobis esse pervius, non sibi. id enim intercluditur tantum, per quod illum nos sequi possumus.

X. ^a Ipse quidem transit per ipsum quo scinditur, et media non circumfundit tantum, et utrimque

a. Ipse quidem — quo scinditur — et utrimque cingit: non quod sc., nec, sed u. cingit. Gronov. recte hic decimi capit is

raque sunt, tamen haud parum abest, ut probandi protestatatem habeant, quam Seneca et tota venea iis tribuit. Nam quum tuas doctior spiritu i. e. aqua aequo corpus sit ac subtiliori aere et eo intenso aer, sequitur, ut eadem ei explicare studebant. Aristot. tribuendae sint proprietates de Anima II, 8: Ψοφητικόν generales, quae in aere, τὸ μὲν οὖν, τὸ κινητικὸν ἐνδέ corpore, insunt, intensio et ἀέρος συνεχείᾳ μέχρις ἀνοήσ. gravitas. Defendi forsitan potest auctor, quod subtilius quid rum inter se et aerem accébat aere diversum, et omnina dere oporteret, praemonet: corpora pervadens sibi cogit hoc autem fit, quum perimatisse videatur, ideoque prae- net percussus aer et non lusisse nostri aevi physicis. dissipatur.

que cingit, sed permeat, ab aethere lucidissimo aër in terram usque diffusus: agilior quidem, tenuiorque et altior terris, nec minus aquis: ceterum aethere spissior graviorque, frigidus per se et obscurus. lumen illi calorque aliunde sunt; sed per omne spatium sui similis non est: mutatur enim a proximis. Summa pars eius est siccissima calidissimaque, 2 et ob hoc etiam tenuissima, propter viciniam aeternorum ignium, et illos tot motus siderum, assiduumque coeli circumactum. Illa pars ima et vicina terris, densa et caliginosa est: quia terrenas exhalationes receptat. Media pars temperatior, si summis

F 4 imis-

pitis initium posuit, quod antea erat: *Permeat* etc. Lectionem autem nostram vir egregius ille, Pincianum aliquo sequutus, britannicis Gruterique codicibus praeequitibus recte redhibuit, tum Fortunato tum Fromondo in eo assensus, quod scripsit: *quo scinditur*, quum antea esset, *quod sc.* Quod vero τὸν aër damnavit, in eo assentiri nego. Mox lumen illi calorque aliunde sunt ex ora edit. Erasm. recte in textum admissa; nam codd. scriptura *ta-*
lorque.

C. 10. Qualitates aeris. Nam solis radii per se omni pleraque, quae hoc capite calore carent, quem corpora de aere disputantur, Aristotibus natura insitum excitant teles docuerat in Meteorol. nonnisi solidioribus: iam et multis aliis locis. Sic ae- quum aeri superiori haec rem permeare solida quae- soliditas desit, calor quoque que exponit inquirendo in ei deesse debet. Aristot. Met. Problem. XXV, 6. Aethera teorol. I, 3. p. 732 F. hoc recte veteres supremum lo- iam observavit docuitque. cum appellasse ait de Coelo Sed cf. Gehler f. v. Feuer. I, 3, ubi aerem discernit. Kälte. Wärme.
cf. Meteorol. I, 3 sq. 8 sq. 2. *propter viciniam* — II, 4. Discedit tamen Sene- *ignium*, solis et summi ignis ca in eo ab Aristotele, quod omnia ambientis, ubi deum frigidum per se facit cum habitare, quin adeo deum Stoicis aerem: quum Aristot. ipsum esse statuebant Stoici. 1. 1. calidum esse eum statuit. In diversa enim eos ivesse Superiora autem esse frigi- hac in re constat. cf. Lipsii diora nunc satis constat. Phys. I, 8. 21. II, 12.

imisque conferas, quantum ad siccitatem tenuitatemque pertinet: ceterum utraque parte frigidior. 3 Nam superiora eius calorem vicinorum siderum sentiunt: inferiora quoque tepent, primum terrarum halitu, qui multum secum calidi affert, deinde quia radii solis replicantur, et quousque redire potuerunt, b duplicato calore benignius fovent: deinde etiam illo spiritu, qui omnibus animalibus, arbustisque ac satis calidus est. Nihil enim viveret sine calore. Adiice nunc ignes, non tantum manu factos et certos, sed opertos terris, quorum aliqui erupebunt, innumerabiles in abscondito flagrant et obscuro semper. Etiamnunc tot partes eius fertiles rerum habent aliquid teporis, quoniam sterile est frigidum, calor autem gignit. Media ergo pars aëris ab his submota in frigore suo manet. Natura enim aëris gelida est.

XI. Qui quum sic divisus sit, ima sui parte maxime varius et inconstans et mutabilis est. Circa terram

lorque alimentum sunt nihili est. b. duplicato reduxit Gronov. e cod. brit. Erasmi, duobusque palat. et Obso poeo. Nam vulgat. replicato stare nequit. cf. IV, 8 med.

4. *quorum aliqui erupcione efficiuntur, quod barrunt, ut Aetna, Vesuvius etc. rometrum in primis demon innumerabiles — semper: strat, tum meteora spectari, de ignibus huiusmodi, quos quae in hac naturae magna Italia circa Neapolim, Asia officina quotidie nascuntur, et multæ aliae regiones con- ut puta, venti, ros, pruina, tinent, cogitasse videtur. pluvia, nubes, nix etc., de-*

C. 11. Cur aer varius, turbidus et mutabilis? 1. *Circa Causas — momenta sunt. terram — turbidus.* Facile Terrae et quotidianus et aest intelligere, tum hic innus motus, ideoque variae nui omnia illa phaenomena, eius positiones multum ad quae aeris gravitate ac pressione hasce mutationes conferunt, quo

terram ^a plurimum audet, plurimum patitur, ex-agitat et exagitatur: nec tamen eodem modo totus afficitur, sed aliter alibi, ac partibus inquietus est ac turbidus. Causas autem illius mutationis et inconstantiae alias terra praebet, cuius positiones huc aut illo versae, magna ad aëris temperiem momenta sunt: alias siderum cursus. Ex quibus soli plurimum imputes. Illum sequitur annus: ad illius flexum hiemes aestatesque vertuntur. Lunae proximum ius est. Sed et ceterae quoque stellae non minus terrena quam incumbentem spiritum terris afficiunt, et ortu suo occasuve contrario, modo frigora, modo imbræ, aliasque terrarum iniurias turbidae movent. Hoc necessarium fuit praeloqui, dicturo de tonitruo ac fulminibus et fulgurationibus. Nam quia in aëre fiunt, naturam eius explicare oportebat, quo facilius appareret, quid facere aut pati posset.

XII. Tria sunt ergo quae accidunt, fulgurations, fulmina, et tonitrua: quae una facta ferius

F 5 audiu-

a. *plurimum audet*. Vulgatam hanc omnium codd. et edd. lectionem mutavit conjectura Fortunatus in, *plurimum agit*, Grutero et Gronovio recte improbanib[us]. Mox *proprium ius* ferri potest: nec tamen Pinciani, qui *vis* in suis codd. invenerat, emendatio: *Lunae proxima vis est* sperni debet. *Ius* autem et *vis* confunduntur saepe in codd.

quo et zonae pertinent. *Ex ceterae — movent*. Haec *quibus — imputes* propter fuit opinio antiquitatis, quam eius radios, ideoque propter recentior aetas prorsus sepolis aphelia et perihelia. fuit. Geminus tamen Elem. *ad illius flexum*. Coperni Astron. c. 14 iam veritatem canum systema sequentes perspexerat docueratque. docti sumus, dicendum esse,

ad terrae flexum. C. 12. In aere fiunt ful-

z. *Lunae — est*: propter gurations, fulmina et tonifluxum et refluxum. *Sed et trua*. Egit de hac re Aristot.

Meteor.

audiuntur. Fulguratio ostendit ignem: fulminatio emittit. Illa, ut ita dicam, comminatio est, et conatio sine ictu: ista, iaculatio cum ictu. Quaedam sunt ex his, de quibus inter omnes convenit: quae-
dam, in quibus diversae sententiae sunt. Convenit illis, omnia ista in nubibus et e nubibus fieri: et iamnunc convenit, et fulgurationes et fulminationes, aut igneas esse, aut ignea specie. Ad illa nunc transeamus, in quibus lis est. Quidam putant ignem esse in nubibus, quidam ad tempus fieri: nec prius esse, quam mitti. Nec inter illos quidem quid pro-
ferat ignem, convenit. ^a Alius enim a lumine il-
lum colligit: quidam autem radios solis intercur-
rentis

^a. *Alius enim a lumine illum colligit.* Ita omnes codd. Sed quatenus differt hoc a solis radiis? Itaque Fortunatus, magis convenire putans verbis Aristotelis Meteorol. II, 9. unde haec omnia conversa sunt, suadebat ut legeremus: *aliunde*. Sed non attendit Fortunatus, *lumine* idem h. l. esse, quod *aethere*, unde ignem oriri opinatus est Anaxagoras. Verba Aristotelis sunt: Ἀναξηγός δὲ τῷ ἀνωθεν αἰώνος, ὁ δὴ ἐκεῖνος καλεῖται πῦρ, κατενεχθεύ ἀνωθεν κάτω etc. Alteram sententiam protulit Empedocles, de quo in

Meteor. II, 9. cf. Plut. de *dam fieri*. cf. Arist., qui Placit. phil. III, 3. ubi vid. illos confutatum ivit.

Intpp. 3. *Alius — colligit.* Huius

1. *Illa, ut ita dicam —* sententiae auctorem tradit *ictu*. Aristoteles l. l. vocat Aristoteles fuisse Clidemum, hoc ἀπειλήν, s. ἦΦαιστος γε- quem nemo praeter Aristot. λῆ, ἔστια γελᾶ. quantum scimus, nominavit.

2. *Convenit — fieri.* cf. *Quidam — dicit.* Est Em- Aristot. l. l. *Quidam — pu-* pedocles, quem ait Arist. l. l. *tant — nubibus.* Haec fuit putasse τὸ ἐυπεριλαμβανό- Anaxagorae sententia, quam μενον τῶν τοῦ ήλίου αὐτίνων infra exponit, et Empedo- esse fulgur. *Anaxagoras.* clis. (cf. Sturzii Empedocl. Eadem fere habet Arist. l. l. p. 339. ubi tamen Sturzii et Plut. l. l. Sed hanc sen- emendatio Aristotelis ab Ari- tentiam irrationabilem (ἀλο- stotele ipso refellitur.) qui- γον) esse putat Arist.

rentis recurrentisque, saepius in se relatōs, ignem excitare dicit. Anaxagoras vero ait illum ex aethere distillari, et ex tanto ardore coeli multa decidere, quae nubes diu inclusa custodiant. Aristoteles multo ante ignem colligi non putat, sed eodem momento exsilire, quo fiat. Cuius sententia talis est: Duae mundi partes in imo iacent, terra et aqua: utraque ex se reddit aliquid. Terrenus vapor siccus est, et fumo similis, qui ventos, tonitrua, et fulmina facit: aquarum halitus humidus est, et imbræ et nives creat. Sed siccus ille terrarum vapor, unde ventis origo est, quia coacervatus est, cum coitu nubium ^b vehementer a latere eliditur: deinde, ubi ⁵
latius

constat, et a quibus propterera Romani auspicia, au- guria etc. mutuati sunt, ita in eo Tusci a Stoicis, quod tamen ut haruspices Romae hi libertatem statuunt, illi semper etrusci essent, num- tollunt: illi fatum agnoscunt, quam romani, quare sem- hi non item. *Eadem tamper etrusci haruspices me-* men — consequens. Origo morantur. Sic quoque Cic. fulminum non mutatur, sive Divin. I, 41, 92. Val. Maxim. ideo orientur, ut significant, I, 1. principum filii de etru- sive quod significatio est consorum non de romanorum sequens. De modo existendi filiis capiendi sunt, quod inter Stoicos et Tuscos congregie docuit Goerenzius venit.

ad Cic. de Legg. 2, 9. p. 134. 3. *Et illas, inquit adver- Etruscorum libros fulgurales sarius — movit.* Tuscorum et tonitruales (Cic. Divin. I, haec sententia est: Deum 33) sive *βρουτοσποτλαν* Ta- ista facere, quippe ad quem geti tributam Nigidius Figu- omnia referunt. Respon- lus verterat. Ciceronis vero, det Seneca: *Nimis — vox* qui in libris de Divin. totum est etc. Divina quidem ope hoc Stoae dogma refutavit, geruntur ista omnia, sed fanullam rationem a Seneca torum serie ita iubente, in esse habitam, mirari licet. iis rebus quibus ordo inest Ceterum cf. Cic. de Divin. et ratio firma. Omnia cum II, 25. Ernesti Ind. hist. Cic. animalia tum astra signifi- s. v. Tages. Columella X, cant futurum, sed nondum 345 et Schneider. Index s. v. omnia in artem sunt red- Tages.

et pusillae rei ministrum facis, si aliis ^a somnia, aliis exta disponit. Ista nihilominus divina ope geruntur, sed non a Deo pennae avium reguntur, nec ⁴ pecudum viscera sub ipsa securi formantur. Alia ratione fatorum series explicatur, indicia venturi ubique praemittens, ex quibus nobis quaedam familiaria, quaedam ignota sunt. Quidquid sit, alienius rei futurae signum est: fortuita, et sine ratione vaga, divinationem non recipiunt. Cuius rei ⁵ ordo est, etiam praedictio est. Cur ergo aquilae hic honor datus est, ut magnarum rerum faceret auspicia: aut corvo, aut paucissimis avibus: ceterorum sine praesagio vox est? Quia quaedam in arte nondum redacta sunt, quaedam vero ne redigi quidem possunt, ob nimium remotam conversationem. Ceterum nullum animal est, quod non motu ⁶ et occursu suo praedicat aliquid. Non omnia scilicet, sed quaedam notantur. Auspicium est observantis. Ad eum itaque pertinet, qui in ea direxerit animum. Ceterum et illa quae pereunt. Quinque stellarum potestatem Chaldaeorum observatio exceptit. Quid tu? tot millia siderum iudicas otiosa lucere? Quid est porro aliud, quod errorem incurrat peritis natalium, quam quod paucis nos sideribus

H 3

bus

a. *omina*. Sic Gronovius putat legendum esse. Non *somnia*, ait, sed *omina* ex avibus captantur. Olim: *somnia*. At perperam. Nam τὸ σ adhaesit τῷ *omnia*, quod plerum-

6. *Quinque — exceptit*, nibus avertendi etc. Pro Chaldaeis apud Assyrios idem astrologo quoconque nomen sunt, quod magi apud Persas Chaldaeorum tandem invasas. Astrologiae studabant luisse constat. Cf. Brucker et arti horoscopi faciendi, Hist. crit. phil. I. p. 106 sq. divinatione praedicendi sunt. Attigit haec Heeren Ideen tura, auguriis, sacris et in- II. p. 677 seq. ed. 1. quacantationibus mala ab homini utor.

bus assignant: quum omnia quae supra nos sunt, partem sibi nostri vindicent? Submissiora forsitan in nos proprius vim suam dirigunt; et ea quae frequenter mota, aliter nos, aliter cetera animalia prosperanter ciunt. Ceterum et illa quae aut immota sunt, aut propter velocitatem universo mundo parem immotis similia, non extra ius dominiumque nostri sunt.
^b Aliud aspice, et distributis rem officiis, tractas. Non magis autem facile est, scire quid possint, quam dubitari debet, an possint.

XXXIII. Nunc ad fulmina revertamur, quorum pars in tria dividitur: quemadmodum exploremus, quemadmodum interpretemur, quemadmodum exoremus. Prima pars ad formulam spectat; secunda, ad divinationem; tertia, ad propitiandos deos,
quos

rumque cum *omnia* confundi solet a librariis. *b. Aliud aspice, et distributis rem officiis, tractas.* Veteres libri h. l. nos desituunt. In regio cod. erat, *alius*. Succurrit: *Aliter adfunt, et distributis rem officiis tractant.* Nempe illa aut immota, aut immotis similia sidera, quorum nondum potestatem observatio exceptit, haud dubie ditione in nos non parent, sed aliter atque illa per vim suam rebus humanis intersunt, et descriptis atque partitis vicibus funguntur. Gronovius. Palat. tert. habet, *non, officiis*, quae est vulgata lectio, sed *officiis*, quod Fabro debetur. Sed caetera, ait Gron., quomodo cohaerent? Fromondus: *Illud adspice et distributis rem officiis tracta.* Sed hoc quoque per se sensum habet: coniunctum illis, quae praecedunt et sequuntur, nihil habet appositi. Sensum egregie tetigisse, verba non praefitissse videtur. Eodem enim sensu scripsisse quoque potuit Seneca: *Aliud adspicunt, et distributis rem officiis tractant.* Meliores itaque codices sunt exspectandi: nisi aliunde haec verba in textum invecta statuere malis.

C. 33. Divisio artis fulguralis. *in tria.* Alii quartum hoc quoque ad Tuscorum addiderant, artem fulmi- artem pertinuisse. *Primum eliciendorum.* Sic — *formula m spectat i. ad Ovid. Fast. III, 317 sq. et genus et naturam.*

quos bona rogare oportet, mala deprecari. Rogare, ut promissa firment: deprecari, ut remittant minas.

XXXIV. Summam esse vim fulminum iudicant, quia quidquid alia portendunt, interventus fulminis tollit. Quidquid ab hoc portenditur, fixum est, nec alterius ostenti significatione ^a minuitur. Quidquid exta, quidquid aves minabuntur, secundo fulmine abolebitur. Quidquid fulmine denuntiatum est, nec extis, nec ave contraria refellitur. In quo mihi falli videntur. Quare? quia vero verius nihil ^b est. Si aves futura cecinerunt, non potest hoc auspicium fulmine irritum fieri: aut, si potest, non futura cecinere. Non enim nunc avem comparo et fulmen, sed duo veri signa: ^b quae si verum significant, paria sunt. Itaque si fulminis interventus

H 4

sub-

^a. *minuitur*. Omnium codd. et edd. antiq. lectio est. In recentiores edd. *mutatur* irrepsit ex ora Erasmicae. Sed *minuitur* eodem quo *mutatur* sensu elegantius est, cuius glossa habenda *mutatur*. Vim verbi bene docuit Gronov., quae nunc e bonis Lexicis peti potest.

^b. *quae si verum significant* loco vulgatae, *quae si unum* s. Gronovius e brit. praetulit. Mox editione Eraenii codice que Casauboni adiutus egregie reposuit Gron., *si utraque res veri attulit signum*. Muretus e mss. Fortunat., *sed utra vim attulit*: sed negat Seneca, ullam vim fieri, et frustra esse illos, qui fulmini in auguriis maiorem potentiam

C. 34. Tolluntne fulmina qua exempla huius significativaugriorum et extilpiciorum tioni nota sunt.

vim? — 1. *quia quidquid* 2. *Quia vero* — est. Stoalia ostenta, exta, aves etc. cum hoc est dogma: quum *In quo* — videntur Tusci, enim $\eta \alpha\lambda\gamma\delta\varepsilon\alpha$ virtus sit, et illi Stoici, qui cum illis quae semper sibi constet nesciunt. *minuitur* minor, cesse est, ita ut veritas altera inferior sit, ideoque valo- non verior altera sit, sequirem perdit. Gronovius lau- tur, ut unum tantummodo dat Cic. de Off. I, 22, 1, ubi verum, et id non verius al- minuenda est haec opinio, tero sit. Bona sunt paria. Cf. interprete I. M. Heusingero, Senecae Ep. LXVI, 8. Bru- signif. restringenda. Reli- cker. I. p. 916.

submovet extorum vel augurum iudicia, male inspecta exta, male observata auguria sunt. Non enim refert, utrius rei maior potentiorve natura sit: si utraque res veri attulit signum, quantum ad hoc, par est. Si dicas, flammae vim maiorem esse, quam fumi, non mentieris: sed ad indicandum ignem, idem valet flamma, quod fumus. Itaque si hoc dicunt, quoties exta aliud significabunt, aliud fulmina, fulminum erit auctoritas maior, fortasse consentiam: sed si hoc dicunt, quamvis altera signa verum praedixerint, fulminis ictus priora delevit, et ad se fidem traxit, falsum est. Quare? quia nihil interest, quam multa auspicia sint. fatum unum est: quod si bene primo auspicio intellectum est, secundo non interit: idem est. Ita dico, non refert, idem an aliud sit, per quod quaerimus: quoniam, de quo quaerimus, idem est.

XXXV. Fatum fulmine mutari non potest. Quidni? Nam fulmen ipsum fati pars est. Quid ergo? expiationes, procurationesque, quo pertinent, si immutabilia sunt fata? Permitte mihi illam rigidam sectam tueri eorum, ^a qui excipiunt ista, et nihil aliud

tiam adscribant, quam avibus etc. Recte pro futili lectio-
ne declarat Gron. Erasmi editio habet, *sed utra res veri
attulit signum, quantum ad hoc, par est.* Neque aliter
prior veneta, nisi quod lapsu typographi, uter.

^{a.} *qui excipiunt ista, et nihil aliud esse existimant vota —
solatia. Aliter ius etc. Partim ex emend. Gronovii af-
fumfi. Quum enim omnes codd. et edd. habeant, et ni-
hil existimant fata, quae tamen Stoae repugnant, fatis
quippe*

C. 35. Vota sunt irrita Vetustiores, s. primi Stoae propter fatum. 1. *Nam fa-* auctores hoc tuiti sunt. Re-
tum — est: quatenus a fato centiores ab hoc rigore dis-
mittunt et fati aeternam se- cessere. Cf. Tiedemann Syft.
riem atque ordinem nuntiat. der stoischen Phil. II. p. 129
Permitte — rigidam s. t. sq. qui excipiunt tollunt
illas

aliud esse existimant vota, quam aegrae mentis sollatia. Aliter ius suum peragunt, nec ulla commoventur prece, non misericordia flectuntur, non gratia. Servant cursum irrevocabilem: ingesta ex destinato fluunt. Quemadmodum rapidorum aqua torrentium in se non recurrit, nec moratur quidem, quia priorem superveniens praecipitat: sic ordinem rerum fati aeterna series rotat, cuius haec prima lex est, stare decreto.

XXXVI. Quid enim intelligis satum? Existimo necessitatem rerum omnium actionumque, quam nulla vis rumpat. Hanc si sacrificiis, et capite niveae agnae, exorari iudicas: divina non nosti. Sapientis quoque viri sententiam negatis posse mutari.

H 5

Quan-

quippe numquam obtrectanti, ex illo, *fata*, recte fecit *vota*, i. e. expiations et procurations, velut c. 37. init. In eo tamen, quod scribendum putat: *Illa vero* (intell. fata, ait, ex superioribus) *ius suum peragunt*, non affettior. Illud, *Aliter*, offendisse iam olim virum quendam doctum videtur: nam Erasmus narrat, in quodam codice mss. repertum: *Irrevocabiliter ius suum p.* Deinceps Gronov. addit, quia iidem omnes codd. *ingesta ex destinato fluunt*, legendum forte: *incerta ex destinato fluunt*, i. e. certo ordine, ut statutum est. Vereor tamen, ne haec Gron. emendatio, quamvis ingeniosa, otiosi quid inferre videatur: vix enim differunt, *incerta et ex destinato fl.* Retineamus *ingesta* i. e. simulatque cursum incepint. *Ingeri* autem esse, ostendi, apparere cum vehementia quadam, constat. Mox *series regit*. Sic editi omnes et duo libri mss. pal. Tertius, qui dittographias interdum habet, dat: *rotat vel regit*. Hoc *regit* praferendum est alteri lectioni, quam Muretus et Grut. maluerunt, *rotat*, quoniam de certo et destinato cursu fati sermo est.

illas expiations et procuras- sensum cohibeas. Fatum tiones. *Aliter — gratia*: autem Stoae haud multum ad quorum exemplar sapiens aberat ab illo, quod Leibnicioius formatus est. nitius necessitate hypothetica

C. 56. Quid sit fatum? De expressum ivit (cf. Ej. Essay fato Stoicorum egit quidem sur la bonté de Dieu et la Tiedemannus l. l. et Geist liberté de l'homme §. 37. 53. der spek. Phil. sed ita ut af- 67). *Sapientis — mutari.*

Manu-

2 Quanto magis Dei? quum sapiens quid sit optimum in praefentia sciat, illius divinitati omne praesens sit. Agere tamen nunc eorum volo causam, qui procuranda existimant fulmina, et expiationes non dubitant prodesse, aliquando ad submovenda pericula, aliquando ad levanda, aliquando ad differenda.

XXXVII. Quid sit quod sequitur, paulo post prosequar. Interim hoc habent commune nobiscum, quod nos quoque existimamus vota prolicere, salva vi ac potestate fatorum. quaedam enim a diis immortalibus ita suspensa relictam sunt, ut in bonum ver tant, si admotae diis preces fuerint, si vota suscep ta. Ita non est hoc contra fatum, sed ipsum quoque in 2fato est. Aut futurum, inquit, est, aut non. Si futurum est, etiamsi non susceperis vota, fiet. Si non est futurum, etiamsi susceperis vota, non fiet. Falsa a est ista interrogatio: quia illam medium inter ista exce-

a. est ista interrogatio. Palat. tert. habet, est illa interrogatio vel illatio. Amat ille codex, haud dubie recentiorum e numero, annotare tales observationes, a librario sedulo quidem sed parum docto in textum immisas. At prius manifesto a Seneca est, hoc vero magis Appulejo dignum interpretamentum.

Manabat haec praeceptio da, cum iis statuimus, qui Stoae ex apathia, quae rur ista non reiiciunt: hi enim fus in dogmate, praeter ho necessitatem hypotheticam nestum nihil in bonis, nite admittere non dubitant, quabatur. Cf. Cic. Acad. IV, lem e Chrysippi libro IV 44 sq. Tiedemann System περὶ προνοιῶν (de providend. st. Phil. III. p. 191 sq. tia) Aul. Gell. VI, 2 adsiru- C. 37. Vota et preces xit.

profunt. 1. Interim —fa- 2. Aut futurum etc. Aca torum. Nos quidem nunc demici, in primis Carneades, eorum causam acturi fulmi- ut e Cicer. libello egregio na existimantium procuran- illo quidem, sed lacere ad nos

exceptionem praeteris. Futurum, inquam, hoc est, sed si vota suscepta fuerint. Hoc quoque necesse, inquit, est, fato comprehensum sit, aut suscipias vota, aut non.

XXXVIII. Puta me tibi manus dare, et fateri, hoc quoque fato esse comprehensum, ut utique fiant vota. Ideo fient. Fatum est, ut hic disertus sit, sed si literas didicerit: ab eodem fato continetur, ut literas discat: ideo discet. Hic dives erit, sed si navigaverit. At in illo fati ordine, quo patrimonium illi grande promittitur, hoc quoque ^a protinus ad fatum est, ut naviget: ideo navigabit. Idem ² dico

a. *protinus ad fatum est.* Sic omnes codd. et edd. Rectissime. Quis enim nesciat, ad voluntatem meam hoc est dici? Fortunatus tamen maluit, *protinus fatum est*, quod recepit Erasmus, ubi tamen sphalmate typograph. est, *fatum*; nec Muretus dubitavit recipere. Gronovius *ad fatum*,

nos perlato, de fato, ap- Hippol. p. 190., et multa paret, qui fatum Stoicorum alia e Chrysippi libris sum- impugnabant. *Interroga-* sit); Academicci aliquie op- *tio*, *ἐρώτημα*, syllogismus. posuerunt, hinc sequi, ut Cf. ad Epist. LXXXII, 7 not. libertas hominum nulla sit. *quia — praeteris*, illam Quod quidem Chrysippus conditionem, *sed si vota* evitaturus iis respondet, fa- *suscepta fuerint.* tum quidem manere, sed ita

C. 38. Continuatio. 1. ingenia nostra esse natura Quum Stoici, inque iis prae- comparata, ut fato quidein cipue Chrysippus, docui- fint obnoxia, assensio tamen sent, fatum esse sempiternam libera et in nostra potestate, quandam et indeclinabilem Illustrat hoc notissimo exem- rerum seriem et catenam plo cylindri ei turbinis, quae volventem semetipsam et im- moveri incipere nisi pulsa plicantem per acterios con- non possunt, suapte natura sequentiae ordines, ex qui- volvi et versari. Cf. Cic. de bus apta connexaque sit (cf. fato 18 sq. et Lipsium de Aul. Gell. VI, a. Cic. Divin. Phyl. Stoic. I, 12 sq. qui mul- I, 55, qui haec, recte iudi- tus est in toto de fato dog- cante Valcken. ad Eurip. mate explicando.

dico tibi de expiationibus. Effugiet pericula, si expiaverit praedictas divinitus minas. At hoc quoque in fato est, ut expiet: ideo expiabit. Ita nobis opponi solent, ut probetur nihil voluntati nostrae relictum, et omne ius fato traditum. Quum de ista re agetur, dicam, quemadmodum, manente fato, 3 aliquid sit in hominis arbitrio. Nunc vero id de quo agitur, explicavi, quomodo si fati certus est ordo, expiations procurationsque prodigiorum, pericula avertant: quia cum fato non pugnant, ^b sed ipsa lege fati fiunt. Quid ergo, inquis, aruspex mihi prodest? Utique enim expiare, etiam non suadente illo, mihi necesse est. Hoc prodest, quod fati minister est. Sic quum sanitas videatur esse de fato, debetur et medico, quia ad nos beneficium fati per huius manus venit.

XXXIX. Genera fulminum tria esse ait Caecina: Consiliarium, Auctoritatis, et quod Status dicitur. Consiliarium ante rem fit, sed post cogitatione-

tum, tamquam adiectivum, cum Ciceron. de fato c. 13 res confatalis conferens, probatum ivit. *b. sed ipsa lege fati fiunt.* Sic optime cod. ms. Casauboni ap. Grut. Antea: *Sed ipsa in lege data sunt.*

2. *Quum de ista re —* ris, qui eius filium A. Caesarbitrio. Haud dubie libros cinnam defendit. Ejus epistola Moralium dicit, in quibus stola ad Ciceronem supereft. de omni materia ad philo- Scripsit praeter librum consophiam morum fusius disputa Iul. Caesarem, propter taverat, ideoque de liber- quem in exilium mittebatur, tate hominum. Cf. Ep. CVIII. librum de etrusca disciplina, CIX. Lactantius Instit. I, 16. a Plinio laudatum in aucto-II, 2. VI, 7. ribus ad libr. II Nat. Hist.

C. 39. De tribus fulminibus generibus. **1.** *Caecina.* Nigidius Figulus et L. Tar-
na. Aulus Caecina, vola- quitus, Attalus (cap. L.) et terranus, Ciceronis familia- Appulejus de hac re libros nunc

tionem: quum aliquid in animo versantibus, aut suadetur fulminis ictu, aut dissuadetur. Auctoritatis est, ubi post rem factam venit, ^a quam bonam fortunam malamve significat. Status est, ubi quietis, ² nec agentibus quidquam, nec cogitantibus quidem, fulmen intervenit. Hoc aut minatur, aut promittit, aut monet. Hoc monitorium vocat: sed nescio quare non idem sit, quod consiliarium. Nam et qui monet, consilium dat: sed habet aliquam distinctionem. Ideoque separatur a consiliario, quia illud suadet dissuadetque, hoc solam impendentis periculi evitationem continet: ut, quum timemus ignem ³ aut fraudem a proximis, aut insidias a servis. Etiamnunc tamen aliam distinctionem utriusque video: Consiliarium est, quod cogitanti factum est: monitorium, quod nihil cogitanti. Habet autem utraque res suam proprietatem. Suadetur deliberantibus, at ultro monetur.

XL. Primo omnium non sunt fulminum genera, sed significationum. Nam fulminum genera sunt illa,
quod

^a. *quam bonam fortunam malamve significat.* Sic omnes edd. et codd. Muretus tamen, *quam futuram bono male-* love *sign.*

nunc desperditos. Cf. Harigne veniunt, sed ideo dividui. ad Plin. l. l. et Schnei- stinguenda sunt, quod signi- der. in Indic. ad Scriptt. R. ficatione differunt. Ceterum R. sub v. Tages p. 358. — haec quidem a recentioribus Senecam exscripsit Servius ad quoque observata sunt, sed Virgil. Aen. VIII, 524. quoniam vis electrica fulmini originem praebet, ideo-

C. 40. Fulminum genera que refert, quanta sit haec naturalia. 1. *Primo — signi-* materia et qualia sint cor- ficationum. In primis, ait, pora, vel conducentia vel hoc observandum est, non non conducentia etc., has fulmina per se distingui de- distinctiones generum nostri bere, quae numquam sine recte neglexerunt.

quod terebrat, quod discutit, quod urit. Quod terebrat, subtile est et flammeum, cui per angustissimum fuga est, ob sinceram et puram flammae tenuitatem. Quod dissipat, conglobatum est, et habet admixtam vim spiritus coacti et procellosi. Itaque illud fulmen per id foramen, quod ingressum est, reddit et evadit. Huius late sparsa vis, rumpit icta, non perforat. Tertium illud genus, quod urit, multum terreni habet, et igneum magis est quam flammeum. Itaque relinquit magnas ignium notas, quae percussis inhaereant. Nullum quidem sine igni fulmen venit: sed hoc proprie igneum dicimus, quod manifesta ardoris vestigia imprimit. ^a Quod aut urit, aut fuscatur. Tribus modis urit: aut enim afflat, et leni iniuria laedit, aut comburit, aut accendit. Omnia ista urunt, sed genere et modo differunt. Quod 3 cunque combustum est, utique et ustum est. At non omne quod ustum, utique et combustum est. Item quod accensum est. potest enim illud ipso transitu ignis usuisse. ^b Quis nescit uri quid, nec ardere,

a. *Quod aut urit, aut fuscatur. Tribus etc.* Sic, maximo puncto post fuscatur positio, distinguendo locum sanavit palat. quart. Primum describit Seneca modos urendi, deinde cap. seq. ad fulmen, quo res fuscantur, procedit.
 b. *Quis nescit uri quid, nec ardere.* Sic omnes codd. et edd. praeter Muretum, qui dedit, *Quis nescit quaedam uri quidem, nec a?* Mox potest ante ardere quod etc. codd. Grut. suadentibus delevi.

z. *Quod — accendit.* Tullii ap. Liv. I, 39. coll. Recte haec sunt observata. XXV, 39. Virg. Aen. II, Sed omisit hic unum genus, 680 sq. Spectant huc for- quod afflat nullaque iniuria tasse $\alpha\iota\delta\alpha\mu\epsilon\rho\iota\zeta\mu\epsilon\nu\alpha\iota\gamma\lambda\ddot{\alpha}\sigma-$ evanescit, et quidem nullo $\sigma\alpha\iota\omega\sigma\iota\pi\upsilon\rho\sigma$ Actor. Apost. aut exiguo sono. Haud du- II, 3. Meminit nosfer I, 15, bie tale fulminis genus lene 3 not. de fulmine non cogi- fuit illud, quod capita inter- tans.
 dum lambit, e. c. Servii

ardere, nihil autem ardere, quod non uratur? Unum hoc adiiciam. Potest aliquid esse combustum, quod non sit accensum. potest accensum esse, nec combustum.

XLI. Nunc ad id transeo genus fulminis, quo icta fuscantur. Hoc aut decolorat, aut colorat. Utrique distinctionem suam reddam. Decoloratur id, cuius color vitiatur, non mutatur. Coloratur id, cuius alia fit quam fuit facies: tanquam caerulea, vel nigra, vel pallida. Haec adhuc Etruscis et philosophis communia sunt. In illo dissentient, quod fulmina dicunt a Iove mitti, et tres illi manubias dant. Prima, ut aiunt, monet, et placata est, et ipsius consilio Iovis mittitur. Secundam mittit quidem Iupiter, sed ex consilii sententia: duodecim enim ^a deos advocat: quae prodest quidem, sed

^a. *deos advocat: quae prodest quidem, sed non impune.* Haec est codd. scriptura, quam Fortunato et Grutero iudicibus servandam duxi: et sic edidit Erasmus aliquie: *Muretus tamen dedit, deos advocat. Hoc fulmen boni ali- quid*

C. 41. Tria fulminum generatione adiecta. Iactus nera a Iove missa iuxta auctoritatem fulminum designari constat. 1. *Haec adhuc* — Trisulcum hinc fulmen non-*communia* sunt. Philoso- nulli deducunt. Cf. Adr. Iu- phos, in primis Stoicos, hic nii Animadv. V, 16. (in Grū- comparat cum Etruscis: sic- teri Lamp. IV p. 446 sq.) ut cap. XXXII, 1. Cf. cap. Terminus artificialis in hac XLVIII, 2. Etrusci, enim *βροντοσοπλα* suis appareat, hanc sibi disciplinam omni et etruscae, puto, originis tempore servarunt. *manu-* vocabulum, de quo Lanzi *biis*. Festus has tres manu- in Saggi suis doctissimis quaebias etiam attulit, et cum dam, nisi fallor, monuit. Seneca sentit, Valerio Flac- 2. Quinam sint *dii invoca-* quippe et Seneca ex eo- *luti*, dicere non habeo. Fuedem forte Caecinnæ libro runt tamen haud dubie *dii haurientibus*: nulla tamen etrusci, de quibus nobis pau- cissima

fed non impune. Tertiam manubiam idem Iupiter mittit: sed adhibitis in consilium diis, quos superiores et involutos vocant. Quae vastat et includit, et inique mutat statum privatum et publicum, quem invenit. Ignis enim nihil esse, quod sit, patitur.

XLII. In his, prima specie si intueri velis, errat antiquitas. Quid enim tam imperitum est, quam credere fulmina e nubibus Iovem mittere, columnas, arbores, statuas suas nonnunquam petere, ut, impunitis sacrilegis, percussis ovibus, incensis aris, pecudes innoxias feriat, et ad suum consilium a Iove deos, quasi in ipso parum consilii sit, advocari: illa laeta et placata esse fulmina, quae solus excutiat: perniciofa, quibus mittendis maior numinum turba interfuit? Si quaeris a me, quid sentiam, non existimo tam hebetes fuisse, ut crederent Iovem, aut

non

quid aliquando facit, sed tunc quoque non aliter, quam ut noceat. Ne prodest quidem impure. Mox eieci Mureti inventum, et mutat statum privatum utique et publicum. Nam codd. et edd. habent, et inique mutat statum privatum et publicum.

cissima nota sunt. Quum cat Servius, pertinere videantem antiquissimi eorum dii tur. Vesta quoque velata sint, hi dii involuti, et ii et ab hominum adspectu insuperiores; omni caret ducta fingeatur: cf. Virgil. bio, antiquissima ideoque Aen. V, 744. Quis ignorat sanctissima eos et quidem Dianam ephesiam et ipsam rudi atque aspera arte for- involutam, et deos nonnullaque esse effictos, ideoque los aegyptios involutos? involutos, i. e. veste totos

amictos tectosque. Janus C. 42. Iupiter fulminans v. c. qui haud dubie in anti- cur? 1. *Quid enim — ad-* quissimis Italiae, forsan etiam *vocari*. Similia ab Epicurus diis numerandus reis, Academicis rel. opposita est, eadem ratione repre- sunt Stoae asseclis Boetho, sentatur: eo quoque cinctus Chrysippo, Posidonio al. regabinus, quem memorat Virg. sponsi loco: cf. Lucret. VI, Aen. VII, 612 ibique expli- 416 sq.

non aequae voluntatis, aut certe minus paratum esse.
 a Utrum enim, vel tunc quum emisit ignes, quibus
 innoxia capita percuteret, scelerata transiret, aut
 noluit iustius mittere, aut non successit? Quid ergo
 fecuti sunt, quum hoc dicerent? Ad coercendos
 animos imperitorum, sapientissimi viri iudicaverunt
 inevitabilem metum, ut supra nos aliquid timere-
 mus. Utile erat in tanta audacia scelerum aliquid
 esse, adversum quod nemo sibi satis potens videre-
 tur. Ad conterrendos itaque eos, quibus innocen-
 tia nisi metu non placet, posuere super caput vin-
 dicem, et quidem armatum.

XLIII. Quare ergo id fulmen quod solus Iupiter mittit, placabile est: perniciolum id, de quo
 deliberavit, et quod aliis quoque diis auctoribus
 misit? Quia Iovem, id est, regem, prodeesse etiam
 folum

a. *Utrum enim, vel tunc quum etc.* Sic Fortunat. in suis
 codd. invenit, sequutus est Erasmus, aliquique fere acce-
 dent. Rhetorica amplificatio est enuntiati praecedentis.
 Alio, *Utrum enim, quum etc.*

2. *Quid ergo secuti* — extulit, amplexi et perse-
 dicerent? sc. antiqui. In quuti sunt, e. c. Homius et
 iis qui hanc sententiam tuiti Humius, ille in Essays, ubi
 sunt, primum locum tenet naturalis religionis historiam
 Critias, Prodici aequalis: attigit, hic in History of
 cf. Sext. Emp. adv. Mathem. mankird Vol. II. p. 352. 409.
 IX, 54. Assensi sunt Demo- 412. Multis locis Heynius
 critus (Sext. Emp. IX, 24), praestantissimus haec expo-
 Cleanthes (Cic. Nat. Deor. sicut illustravitque.

II, 5), a quo Seneca haec C. 43. Continuatio. Spectat
 mutuatus videri potest. Ere- haec explicatio ad morem
 centioribus haud pauci hanc Stoae notum, ubique ratio-
 sententiam, quam Petronius nabilia reddendi quae reli-
 versiculo: Primus in orbe gio et mythologia antiquita-
 Deos fecit timor (Wernsdorf. tis per manus quasi tradidit-
 Poet. min. lat. IV p. 305 not.) set, verbo, allegorice five

solum oportet, nocere non, nisi quum pluribus vi-
sum est. ^a Discant ii, quicunque magnam poten-
tiam inter homines adepti sunt, sine consilio nec
fulmen quidem mitti: advocent, considerent mul-
torum sententias, placita temperent, et hoc sibi
proponant, ubi aliquid percuti debet, ne Iovi qui-
dem suum satis esse consilium.

XLIV. In hoc quoque tam imperiti non fuere,
ut Iovem existimarent tela mutare: poëticam ista
licentiam decent.

*Est aliud levius fulmen, cui dextra Cyclopum
Saevitiae flammaeque minus, minus addidit irae.
Tela secunda vocant superi. — —*

2 Illos vero altissimos viros error iste non tenuit, ut
existimarent, Iovem modo levioribus fulminibus et
^a Iuforiis telis uti: sed voluerunt admonere eos qui-
bus adversus peccata hominum fulminandum est,
non eodem modo omnia esse percutienda: ^b quae-
dam frangi debere, quaedam allidi et destringi,
quaedam admoveri.

XLV.

- a. *Discant ii* — . Sic omnes codd. et edd. Muretus, *Di- scant hoc ii.*
- a. *Iuforiis telis.* Sic Erasmus et primitus eiusa editio etc. Alii, ut Muretus, omittunt τὸ τελίς.
- b. *quaedam frangi debere, quaedam allidi et destringi, quaedam admoveri.* Sic Gronov. legendum suaſit, quum antea

symbolice explicandi. Phi- tias multiples degenerasse
losopho displicet in hoc stu- constat.

dio prava consuetudo peti- C. 44. Continuatio. 1.
tionis, quam vocamus, prin- Versus sunt Ovidii Metam.
cipii. *Discant — consilium.* III, 305 sq. 2. *Illos* —
Ad Neronem respexisse vi- moveri. Bene comparat Gru-
deri potest, quippe quem terus nostrum de Clement.
hoc ipso tempore, quo Se- I, 14, quem locum egregium
neca has naturales quaestio- apponem, nisi brevitati
nes componebat, in nequi- studendum esset.

XLV. Ne hoc quidem crediderunt, Iovem, quem in Capitolio et in ceteris aedibus colimus, mittere manu fulmina, sed eundem quem nos Iovem intelligunt, custodem rectoremque universi, animum ac spiritum, mundani huius operis dominum et artificem, cui nomen omne convenit. Vis illum fatum vocare? non errabis. Hic est, ex quo suspensa sunt omnia, ^a ex quo sunt omnes causae causarum. Vis illum providentiam dicere? recte dices. Est enim, cuius consilio huic mundo providetur, ut in-

I 2 con-

antea esset *elidi* ap. Muretum. Nam vulgata, ab Erasmo quoque repraesentata, erat, *quaedam eligi et distingui*. Summam autem et capitalem poenam (*frangi*) sequitur mittior (*allidi et destringi*) cum sensu aliquo supplicii, tertia fit terrore etc. Ceterum notum est, *allidi et elidi* saepe confundi. Cf. ad Columell. IV, 20, 2. Schneiderus, qui exempla nonnulla attulit, discriminem tamen verborum non exposito. *Allidere* autem minus valet quam *elidere*: illud laesionem minorem significat, quam hoc: alliditur dominus ap. Columell. I, 3, 9, cuius res atteruntur: elisos vero exanimatosque coniunxit Sueton. Iul. 39. cf. Senec. Ep. 8, 4. Nat. Quaest. VI, 28, 1. Elegans quidem est Fromondi emendatio *admoneri*, attamen haud necessaria.

^a ex quo sunt omnes causae causarum. Hanc vulgatam suopte ingenio fecit Muretus argutam, *omnia*, exhibens, *causa causarum*. Mox variant *inconfusus*, *inconcussus*, *inoffensus*. Prius praefiat.

C. 45. Continuatio. Egre. praeferim p. 180 sq. ubi magie de Deo hic disputatum teriae eos originem, auctum esse clarum est. Stoici autem atque ordinem tribuisse statem in primis studebant, doctuit, nullis tamen idoneis arctrinam de Deo in clara luce gumentis adductis. -- Ceterum ponere, quippe qui multis rum fuere, qui ex hoc loco et iis maximam partem bonis colligerent, Etruscos eundem argumentis docuerunt, Deum Iovem, quem Seneca nominasse, custodire et regere munera nat, ac Romanos veneratos dum, atque providere clementissime hominibus. Cf. haec collectio, facile est ad Tiedemann System d. stoisch. intelligendum. Quare Lanzi Phil. II. p. 166 sq., qui tam in opere supra laudato summa studio reprehendendi pienter ab hac opinione aliena nimis abripi passus est, num se ostendit.

confusus eat, et actus suos explicet. Vis illum naturam vocare? non peccabis. Est enim, ex quo nata sunt omnia, cuius spiritu vivimus. Vis illum vocare mundum? non falleris. Ipse enim est, totum quod vides, totus suis partibus inditus, et se sustinens vi sua. Idem Etruscis quoque visum est; et ideo fulmina a Iove mitti dixerunt, quia sine illo nihil geritur.

XLVI. At quare Iupiter aut ferienda transit, aut innoxia ferit? In maiorem me quaestionem vocas: cui suus locus, suus dies dandus est. Interim hoc dico, fulmina non mitti a Iove, sed sic omnia disposita, ut ea etiam quae ab illo non fiunt, tamen sine ratione non fiant, quae illius est. Vis eorum illius permisso est. Nam etsi Iupiter illa nunc non facit, fecit ut fierent. Singulis non adest: sed signum, et vim, et causam dedit omnibus.

XLVII. Huic illorum divisioni non accedo: aiunt aut perpetua, aut finita esse fulmina, aut prorogativa. Perpetua, quorum significatio in totam vitam pertinet; nec unam rem id enuntiat, sed contextum rerum per omnem deinceps aetatem futurarum complectitur. Haec sunt fulmina, quae prima accepto

C. 46. Continuatio. Ne de Fato c. 18 sq. Leges nascimus, in libris moralium turae itaque semel constituta hanc quaestionem pertractatas fixasque in causa esse verit, an in alio opere et putabant, ut omnia haec ipso deperdito. Chrysippi evenirent: assensionem tandem distinctione utitur Seneca. men manere in nostra potestate. Ille enim causarum genera state.

distinxerat, ut et necessita-

tem effugeret et retineret C. 47. Vanitas divisionis fatum. Causarum enim, statim fulminum. *Huic illorum sc. tuebat, aliae sunt perfectae Etruscorum.* Ex libro Cae- et principales, aliae adiu- cinnae etiam haec desumpta vantes et proximae. cf. Cic. esse non dubitem.

cepto patrimonio, et in novo hominis aut urbis statu fiunt. Finita ad diem utique respondent. Prorogativa sunt, quorum minae differri possunt, averti tollique non possunt.

XLVIII. Dicam quid sit, quare huic divisioni non consentiam. Nam et quod perpetuum vocant fulmen, finitum est. Aequo enim talia ad diem respondent. Nec ideo finita non sunt, quia multum tempus significant. Et quod prorogativum videtur, finitum est. Nam illorum quoque confessione certum est, quo usque impetratur dilatio. Privata enim fulmina negant ultra decimum annum, publica ultra tricesimum posse deferri. Hoc modo et ista finita sunt, quia ultra quod non prorogentur, inclusum est. Omnia ergo fulminum et omnis eventus dies ² stata est. Non potest enim ulla incerti esse comprehensio. Quae inspicienda sint in fulgure, passim et vage dicunt, quum possint sic dividere, quemadmodum ab Attalo philosopho, qui se huic disciplinae dederat, divisa sunt, ut inspiciatur ubi factum sit, quando, cui, in qua re, quale, quantum. Haec si

I 3 dige-

C. 48. Continuatio. 1. 45. p. 170. De *Attalo*, qui Etruscitamen habebant, quo sub Tiberio in exilium missuam divisionem, quamvis tebatur, cf. Epist. IX, 5 not. per se ridiculam, tuerentur. CVIII, 3 not. Sequutus ita *Finitum* enim nonnisi unam que erat magnos Stoae statrem tangebat: et *prorogatores* etiam in hoc, ut his *intervum* eo differebat, quod eptiis open ferret, et praeprocrastinationem pateretur, dicamenta adeo admoveret. ideoque ad diem constituta Ejus opera omnia ita perditum non responderet. 2. ta sunt, ut fortuna iniuria. *Comprehensio* est κατάληψις que temporum titulos adeo Stoae, i. e. clara et distincta eius librorum plene nobis alicuius rei notio, scientia. inviderit deleveritque. Cf. Heynium ad Epictet. c.

digerere in partes suas voluero, quid postea faciam,
nisi in immensum procedam?

XLIX. Nunc nomina fulminum, quae a Caecinna ponuntur, perstringam, et quid de his sentiam, exponam. Ait esse postulatoria, quibus sacrificia intermissa, aut non rite facta repetuntur. Monitoria, quibus docetur, quid cavendum sit. Pestifera, quae mortem exsiliūmque portendunt. Fallacia, quae per speciem alicuius boni nocent. Dant consulatum, malo futurum gerentibus; et hereditatem, cuius compendium magno sit luendum incommodo. Deprecanea, quae speciem periculi sine periculo afferrunt. Perentalia, quibus tolluntur priorum fulminum minae. Attestata, quae prioribus consentiunt. Atterranea, quae in inclusō fiant. Obruta, quibus 3 iam prius percussa nec procurata feriuntur. Regalia, quorum vi tangitur vel comitium, vel principalia urbis liberae loca: quorum significatio regnum civitati minatur. Inferna, quum e terra exsiliunt ignes. Hospitalia, quae sacrificiis ad nos Iovem arcessunt, et, ut verbo eorum moliori utar, invitant: sed si ^a irascentem domino invitant, tunc venire cum magno invitantium periculo affirmat. Auxiliaria,

a. *irascētēm*. Sic probante Gronovio emendationem juvenis cuiusdam docti recepi. Nam Iovem male invocatum irasci quandoque invitatori significat, et id expertum Tullum Hosti-

C. 49. Nomina fulminum nibus hoc esse fulminibus a Caecinna posita. 3. *in-* proprium. Interdum a *verfēna — ignes*. Observatibus, sed perquam rario tio iusta est et confirmata, hoc fulminis genus prodigii fulmina interdum e terra loco annotatum est. Apud exsilire, qua tamen Maffei Iulium Obsequentem 103. (della formazione dei ful- occurrit flamma e terra orta mini, Veronae 1747. 4.) ab- et coelum visa contingere, usus est ad docendum, om- quam hic referre licet.

liaria, quae advocata, sed advocantium bono veniunt.

L. Quanto simplicior divisio est, qua utebatur Attalus noster, egregius vir, qui Etruscorum disciplinam Graeca subtilitate miscuerat. Ex fulminibus quaedam sunt, quae significant id quod ad nos pertinet: quaedam aut nihil significant, aut id cuius intellectus ad nos non pervenit. Ex his quae significant, quaedam sunt laeta, quaedam adversa, quaedam nec adversa nec laeta. Adversorum hae species sunt. Aut inevitabilia mala portendunt, aut evitabilia, aut quae minui possunt, aut quae prorogari. Laeta aut mansura significant, aut caduca. Mixta aut partem habent boni, partem mali; aut mala in bonum, aut bona in malum vertunt. Nec adversa nec laeta sunt, quae aliquam nobis actionem significant, qua nec terrerri nec laetari debemus: ut peregrinationem in qua nec metus, nec spei quidquam sit.

LI. Revertar ad ea fulmina, quae significant quidem aliquid, sed quod ad nos non pertineat: tanquam, utrum eodem anno idem futurum sit fulmen,

I 4

quod

Hostilium cum regia conflagrasse putabant. Olim: *irascentes*: perperam. Recte autem Gronov. ait, neque dominum dici nisi qui invitasset, nec iratum Diis haberri posse, qui eos, ut Hyginus loquitur, adhospitaret sibi.

C. 50. Simplicior fulmi- ille hoc mutuatus esse vide-
num divisio 1. *Attalus*. cf. tur. 2. *aut quae minui* i.
ad c. XLVIII, 2. *Graeca sub-* tolli s. mutari, restringi. cf.
til. qua Boethus, Chrysip- ad c. XXXIV, 1.

pus al. in his ineptiis iam an-, C. 51. Continuatio. tan-
tea usi fuerant. Stoici enim, *quam*, exempli causa. Vsum
si qui alii, subtilitate in voculae hunc scriptoribus ar-
omni sua philosophandi ra- genteae sic dictae aetatis pro-
tione abusi sunt, a quibus prium in primis apud Sené-
cam

quod factum est. Nihil significant fulmina, aut id cuius notitia nos effugit: ut illa quae in vastum mare sparguntur, aut in desertas solitudines: quorum significatio vel nulla est, vel perit.

LII. Pauca adhuc adiiciam ad enarrandam vim fulminis, quae non eodem modo omnem materiam vexat. Valentiora, quia resistunt, vehementius dissipat: cedentia nonnunquam sine iniuria transit. Cum lapide ferroque, et durissimis quibusque, confligit: quia viam necesse est per illa impetu quaerat. Itaque facit viam qua effugiat: teneris et rarioribus parcit, quanquam et flammis opportuna videantur, quia transitu patente minus laevit. Loculis itaque, ut dixi, integris, pecunia quae in his fuerat, conflata reperitur: quia ignis tenuissimus per occulta foramina transcurrit. Quidquid autem in tigno solidum invenit, ut contumax vincit. Non uno autem, ut dixi, modo laevit: sed quid quaeque vis fecerit, ex ipso genere iniuriae intelligis, et fulmen opere cognoscis. Interdum in eadem materia, multa diversa, eiusdem vis fulminis facit: sicut in arbore, quod aridissimum est, urit: quod solidissimum et durissimum est, terebrat et frangit: summos

cam iuvaluisse iam Erasmus roni Caecinnae librum non in Praefatione Opp. Sene- dum innotuisse ista scribenti, cae praemissa observavit. *ut* ut in quo istarum obiectio- *illa — perit.* Inde petive- num ratio haberri coepit est. runt omnis divinationis in- imici ansam satis validam C. 52. Vis ac potentia eius reprehendendae: cuius fulminum. Omnes fulminis evitandi causa hac explicata effectus, quos h. l. Seneca tione usi esse videntur Etru- enarrat, accurate observati sci. Occurrit haec irrisio sunt etiam a recentioribus: iam apud Lucret. VI, 395 et praeter istum, quo vinum Ciceron. de Divin. II, 19, gelare fulmine ictum puta- unde forsitan appetet, Gice- bant. cf. ad c. XXXI, 1.

mos cortices dissipat, interiores libros interioris arboris rumpit ac scindit, folia a pertundit ac stringit: vinum gelat, ferrum et aes fundit.

LIII. Illud est mirum, quod vinum fulmine gelatum, quum ad priorem habitum redit, potum aut exanimat, aut dementes facit. Quare id accidat quaerenti mihi, illud occurrit. Inest fulmini vis pestifera. Ex hoc aliquem remanere spiritum in eo humore quem coëgit gelavitque, verisimile est. Nec enim alligari potuisset, nisi aliquod illi esset additum vinculum. Praeterea olei quoque, et omnis unguenti, taeter post fulmen odor est. Ex quo apparet, inesse quandam subtilissimo igni, et contra naturam acto, pestilentem potentiam, quo non tantum icta cadunt, sed etiam afflata. Praeterea quocunque decidit fulmen, ibi odorem sulphuris esse

I 5

cer-

a. *pertundit ac stringit*. Omnia codd. et edd. lectio est, praeter Muret., qui habet *perstringit ac tundit*.

C. 53. Continuatio. 1. derivatam: spiritum vero in *Illud est mirum — facit. humore* i. e. vino relictum Cf. ad c. XXXI. Ceterum vinculo alligatum, efficere vinum congelascere notum gelu: eo spectat forsan Theofuit veteribus: cf. Aul. Gell. phraustus Plutarchi T. XIII. XVII, 8: at de gelu a fulmine in vino orto hic sermo τῷ ὑγρῷ καθάπερ ἥλω χρώτι, quod ii quos consului μενον. Plut. eod. vol. p. 105. intelligentes magis traditioni c. 9 de primo frigido ait: s. famae temere creditae οἱ μὲν οὖν Στρινοὶ τῷ αέρι quam observationibus accusati πρώτως ψυχρὸν ἀποδι- ratis atque veritati originem δόασιν. Hoc posterius desuam debere credebant. sumfit ex observatione vera, Evidem nihil definiam. quam hieme facere possunt. Deinde putat noster, fulminis, in aqua congelascente mini vim *pestiferam* inesse, remanere cavernulas spiritus quam a sulphure maxime s. aeris repletas. — 2. *praeconflatam existimat atque terea — certum est*. Cf. ad c.

certum est: qui quia natura gravis est, saepius hau-
stus alienat. Sed ad hoc vacui revertemur. For-
tasse enim libebit ostendere, ^a quantum omnia ista
a philosophia artium parente fluxere. Illa primum
et quae sivit causas rerum, et observavit effectus: et
quod fulminis inspectione longe melius est, initis
rerum exitus contulit.

LIV. Nunc ad opinionem Posidonii revertar. E
terra terrenisque omnibus pars humida efflatur,
^a pars sicca et fumida. Remanet haec, fulminibus
alimentum est: illa imbris. Quidquid in aëra
sicci fumosique pervenit, id includi se nubibus non
fert, sed rumpit claudentia. Inde est sonus, quem
nos

a. quantum omnia ista a philosophia artium parente fluxere.
Gronovius coni.: Fortasse: libebit ostendere, omnia ista
a philosophia artium parente fluxisse. Offendit, ut vide-
tur, Criticum praestantissimum indicativus, quo Cicero hic
non usurpus fuisset. Sed scriptores huius aevi non fasti-
diunt. Sic VI, 12 init. huius operis. Vitium, quod Livium
31, 7 de honestabat, dico quantum vel vir viro vel gens
genti praefat, emendatione felicissima: *Aequabitis dico?*
quantum etc. exemit Jacobs Additam. Anim. ad Athen. p.
128.

a. pars sicca et fumida remanet. Sic omnes codd.: Pincianus tamen *rō*: remanet delendum existimat. Alias, inquit,
quo pacto tolerari posset, quod statim subtextitur: *qui-
quid in aëre sicci fumosique pervenit*, et aliquanto post,
Ergo ubi calidi etc. Sed hac critice urente ac secante
recte supercedeamus, retinenda illa voce, et cum sequente
haec committenda. Convenit c. 57, 3.

c. XXI, 2. Sed ad hoc — C. 54. Revertitur ad Posi-
fluxere. In libris moralium donii opinionem. Exposue-
haec tractasse verisimile est, rat de hac Posidonii sen-
ubi certe laudi philosophiae tentia, quam ille ab Aristot-
locus idoneus facile inveniri tele mutuatus erat, c. XII.
poterat: nisi sententiam Remanet — *alimentum est*.
suam mutaverit: nam in Repetit haec c. LVII, 3, ubi
epistola XC. contra Posido- ait, calidi fumidique natu-
rium ostensum ibat, philo- ram diu in nubium sinu vo-
sophiam artium parentem lutari.
non fuisse.

nos tonitruum vocamus. In ipso quoque aëre quidquid attenuatur, simul siccatur et calet. Hoc quoque si inclusum est, aequo fugam quaerit, et cum fono evadit. Et modo universam eruptionem facit, eoque vehementius intonat: modo per partes et minutatim. Ergo tonitrua hic spiritus exprimit, dum aut rumpit nubes, aut pervolat. Volutatio autem spiritus, in nube conclusi, valentissimum est accendendi genus.

LV. Tonitrua nihil aliud sunt, quam siccii aëris sonitus, qui fieri, nisi dum aut terit, aut rumpitur, non potest. Et si colliduntur, inquit, nubes interfici, fit is quem desideras ictus, sed non universus. Neque enim tota totis concurrunt, sed partibus partes. Nec sonant mollia, nisi illata duris sint. Itaque non auditur fluctus, nisi impactus. Ignis, inquit, missus in aquam, sonat, dum extinguitur. Puta ita esse. pro me est. Non enim ignis tunc sonum efficit, sed spiritus per extinguentia effugiens. Ut dem tibi, et fieri ignem in nube, et extingui, ex spiritu nascitur et attritu. Quid ergo? inquit. non potest aliqua ex his transcurrentibus stellis incidere in nubem, et extingui? Existimus posse aliquando et hoc fieri. Nunc naturalem causam quaerimus et assiduam, non raram et fortuitam. Puta me confiteri verum esse, quod dicis, aliquando post tonitrua emicare ignes, stellis transversis et cadentibus similes. Non ob hoc tonitrua facta sunt, sed quum hoc fieret, tonitrua facta sunt. Clidemus ait, fulgurationem speciem inanem esse, non

C. 55. Fulminane ex stel- c. XVI eodem fere modo lis transcurrentibus oriun- expresserat. 3. *Clidemus tur?* 2. *Puta — effugiens. ait — videri.* Desumta haec Hanc suam sententiam supra sunt ex Aristotelis Meteorol.

non ignem. Sic enim per noctem splendorem motu remorum videri. Disimile est exemplum. illic enim splendor intra ipsam aquam appetet: hic qui fit in aere, erupit et exsilit.

LVI. Heraclitus existimat fulgurationem esse velut apud nos incipientium ignium conatus, et primum flammarum incertam, modo intereuntem, modo resurgentem. Haec antiqui fulgetra dicebant: tonitrua nos pluraliter dicimus. Antiqui aut tonitruum dixerunt, aut tonum. Hoc apud Caecinnam invenio, facundum virum; qui habuisset aliquod in eloquentia nomen, nisi illum Ciceronis umbra presisset. Etiamnunc illo verbo utebantur antiqui correpto, quo nos, producta una syllaba, utimur. Dicimus enim ut splendere, sic fulgere. At illis ad significandum hanc e nubibus subitae lucis eruptiōrem mos erat, media syllaba correpta, ut dicerent fulgere.

LVII. Quid ipse existimet, quaeris? Adhuc enim alienis opinionibns accomm̄dayi manum. Dicam:

Ful-

II, 9. p. 788. E. lugd. Ver theoriam de radiorum reba apponere lubet. Εἰσὶ δέ fractione suam nondum intrινεῖ, οἵ τὴν ἀστραπὴν, ὡσ- notuisse.

περ ναι Κλείδημος, οὐκ C. 56. Heracliī sententia. εἶγαι Φασιν, ἀλλὰ Φαίνε- 1. Heraclitus. De eo cf. θαῖ, παρειμάζοντες ὡς τὸ Schleyermacheri disputatio, πάθος ὅμοιον ὃν ναι ὅταν quae libro a Wolf. et Butt- τὴν Θάλαττάν τις ράβδῳ mann. edito, Museum der τύπτῃ. Addit: ἔτοιμὲν οὐπω. Alterthumswissenſch. I, 3. συνήθεις ἡσαν ταῖς περὶ τῆς inserta est. 2. Hoc sc. μῶναν λάσεως δόξαις. Quis nitunt de voc. fulgētra. Fulnam hic Clidemus, et unde gēre occurrit ap. Lucret. V, natus fuerit, nemo dixerit. 1094. VI, 159 et al. Etiam- Sed ante Aristotelem vixisse nunc, praeterea.

facilis est conjectura; Ari- C. 57. Sencae sententia, stoteles enim dicit, Clidemo nubium attritu fieri fulmina atque

Fulgurat, quum repentinum late lumen emicuit. Id evenit, ubi in ignem ^a extenuatis nubibus aër vertitur, nec vires, quibus longius profiliat, invénit. Non miraris, puto, si aëra aut motus extenuat, aut extenuatio incendit. Sic liquefcit excussa glans fundā, et attritu aëris velut igne distillat. Ideo aestate ² plurima fiunt fulmina, quia plurimum calidi est. Facilius autem attritu ^b calidore ignis exsistit. Eodem modo fit fulgor qui tantum splendet, et fulmen quod mittitur. Sed illi levior vis, alimentique est minus. Et, ut breviter dicam quod sentio: Fulmen est fulgur intentum. Ergo ubi calidi fumi- ³ dique natura, emissâ terris, in nubes incidit, et diu in illarum sinu volutata est, novissime erumpit. Et quia vires non habet, splendor est. At ubi fulgura plus habuere materiae, et maiore impetu arserunt, non apparent tantum, sed decidunt.

LVIII. Quidam utique existimant fulmen rever-
ti: quidam subcidere, ubi alimenta praegravaverunt,
et

a. *extenuatis nubibus aër.* Sic omnes codd. et edd. praeter Mureium, qui dedit, *extenuatus in nubibus.* Si nubes extenuantur, et aer extenuatur. Cave itaque quidquam innoves:
b. *calidore.* Hanc vulgatam mutavit Mureus in *calidorem*

atque fulgura. 1. Posido- quibus nos utimur, fidem
rium itaque sequitur c. LIV huic narrationi abrogemus
fin. *Sic liquefcit -- distil-* necesse est. Folardus ad Po-
lat. Aristoteles haec ut rem lyb. IV. p. 37. versl. german.
certam ac confessam protu- auctore Ölsnitz (Berolin.
lit de Coelo II, 7. Meteorol. 1759. 4.) profigmento habet,
1, 3. Nec poetae romani du- quum nostrae glandes tor-
bitarunt pro vero venditare, mentis nostris excussae num-
Lucret. VI, 176—305. Vir- quam liquefcant. Formam
gil. Aen. IX, 588. Ovid. Me- glandium funda emissarum
tam. XIV, 825. Nisi statua- repreaesentavit Lipsius Polior-
mus, glandes plumbeas vete- cet. IV, 3.
rum multo molliores iis fuisse, C. 58. An fulmen reverta-
tur?

et fulmen ictu languidiore delatum est. At quare fulmen. subitum apparet, nec continuatur assiduus ignis? Quia celerrimi motus est: simul et nubes rumpit, et aëra incendit. Deinde definit flamma 2 quiescente motu. Non enim est assiduus spiritus cursus, ut ignis possit extendi, sed quoties fortius ipsa iactatione se accedit, fugiendi impetum capit. Deinde quum evasit, et pugna desit, ex eadem causa modo usque ad terram profertur, modo dissolvitur, si minore vi depresso est. Quare oblique 3 fertur? Quia spiritu constat. Spiritus obliquus est, flexuosusque. Et quia natura ignem sursum vocat, iniuria deorsum premit, incipit obliquus esse. Interdum dum neutra vis alteri cedit, et ignis in superiora nititur, et in inferiora deprimitur. Quare frequenter cacumina montium feriuntur? Quia opposita sunt nubibus, et e coelo cadentibus per haec transeundum est.

LIX. Intelligo quid iam dudum desideres, quid efflagites. Malo, inquis, fulmina non timere, quam nosse. Itaque alios doce, quemadmodum fiant. Ego mihi metum illorum ^a excuti volo, quam naturam indi-

a. *excuti volo.* Sic Mss., edd. veneta et erasm. A Mureto est *excuti malo.* τὸ· γναμ, more toties tradito, est idem quod *magis*

tur? 2. *Quare oblique ferri deberent.* 3. *Quare — tur?* Causam eandem pro- est. Loca haec de coelo ta-fert Aristoteles Meteorol. II, cta sacra fuisse constat. Grae-9 qui spiritum calidum in- ci hydriam cum operculo ibi iuria, βίᾳ, vi, pressione, e collocabant vocabantque nubibus extrusum cum nu- ἐνηλύσια, Romani bidental. cleis comparat, qui e digitis Cf. Intpp. ad Ammian. Mar-expulsi saepe sursum ferun-cell. XXIII, 5, 13 ed. Wat-tur, quamvis propter gravi-gner. tem iis insitam deorsum

indicari. Sequar quo vocas: omnibus enim rebus, omnibusque sermonibus aliquid salutare miscendum est. Quum imus per occulta naturae, quum divina tractamus, vindicandus est a malis suis animus, ac subinde firmandus: quod etiam eruditis, et hoc unum agentibus, necessarium est: non ut effugiamus ictus rerum: undique enim tela in nos iaciuntur: sed ut fortiter constanterque patiamur. Invicti esse possumus, inconcussi non possumus: quanquam interim spes subit, inconcussos quoque esse nos posse. Quemadmodum, inquis? Contemne mortem; et omnia quae ad mortem ducunt, contemta sunt: sive illa bella sint, sive naufragia, seu morsus ferarum, seu ruinarum subito lapsu procidentium pondera. Numquid amplius facere possunt, quam ut corpus ab anima resolvant? Haec nulla diligentia evitat, nulla felicitas ^b donat, nulla potentia evincit.

magis quam. Recte Gronov. restituit. b. donat. Si omnes codd. et ed. veneta. Erasmus tamen aliquie domat. Multo melius, ait Gron.: nulla felicitas, inquit Seneca, remittit mortem et quae ad mortem ducunt. Sic mox §. 10. *casus iste donat metum*, quem locum Fortunatus, Erasmus et Pincianus vitiarunt suo demat. Cf. Gronov. Obff. III, 23 p. 489. Lipf., ubi docet, vim verbi esse, condonare, remittere, tollere, non uti, excludere, et verbum Annaeis, Marco et nostro Lucio, perquam gratum fuisse.

C. 59. Remedia contra me- Epist. LXXVI. — 2. *vindictum fulminum.* 1. *omnibus candus est a malis*, affectibus rebus — est. Huc spectat nimiis. eruditis i. philoso- Horatianum illud, Omne tu- phiae operam dantibus. *ictus* lit punctum qui utile miscuit *rerum* externarum, quae non dulci. Unum enim id bo- fuit in nostra potestate, e. c. num et salutare est, quo ani- vulnera in bello, morbi. vid. mus efficitur melior. Sed Ep. LXVI. LXXIV. de vita hoc plerumque sine doctri- beat. 15. — 3. *Quemadmo- na*, numquam sine animi dum — sunt. Saepe hunc cultura recte efficitur. Cf. mortis contemtum inculcat,

e. c.

cit. c. *Alia varia sorte disponuntur: mors omnes aequa vocat.* Iratis diis propitiisque moriendum est: animus ex ipsa desperatione sumatur. Ignavissima animalia, quae natura ad fugam genuit, ubi exitus non patet, tentant fugam corpore imbelli. Nullus perniciosior hostis est, quam quem audacem angustiae faciunt: longeque violentius semper ex necessitate, quam ex virtute corruitur. Majora, aut certe paria, conatur animus magnus ac perditus. Cogitemus, nos, quantum ad mortem, proditos esse: et sumus. Ita est, Lucili. Omnes reservamur ad mortem. Totum hunc quem vides populum, quos usquam cogitas esse, cito natura revocabit et condet: nec de re,

c. *Alia varia sorte disponuntur.* A Gronovio est, qui haec habet: *Veneta, talia varia fortitudine disponuntur.* Erasmus, t. vera f. d., id quod post vulgatae, et potuit Gruterio placere. Mſ. ut veneta fere. Obsopoeus emendat: *Alia varie fortuna disponit.* Egregie mox idem Gronov. emendat *pugnam corpore imbelli;* nam vulgata erat, *fugam:* recte enim observat: hoc quidem (tentare fugam) etiam faciunt, ubi patet exitus.

d. *perniciosior.* Sic optimae edd., veneta, Erasmica etc. recte revocante Gronov. et damnante vulgat. *perniciosa*, qui etiam mox lectionem unius cod. pal. et Casaubon. quam ex virtute corruitur vulgatae corrigitur praetulit. Deinde quos usquam cogitas esse e cod. regio brit. affiluit, quum antea esset, *quousque cogitas esse.* Tacita est ἐπανόρθωσις, ait Gron., hunc quem cernis populum: quid dixi, hunc populum? immo, quos usquam esse mente concipere potes.

e. c. Ep. XXIV. Omnibus tur, quippe quae non nisi nam autem Stoicis praecipue haec turae proprium atque misententia propria fuit, mors nus sit. Cf. Gatack. ad M. tem oculo placido adspicere Antonin. l.l. 4. *Alia — diciendam esse.* Firmat M. *ponuntur.* De aliis rebus dicere Antonin. quoque IX, 3. versum consilium inire licet, Quatenus mors bonis obesse vel appetere, vel fugere, sed possit, eius contemptus com de morte non valet. Pallimendatur: altera tamen ex da enim Mors aequo pulsat parte caevent, ne contemna- pede pauperum tabernas Regum-

re, sed de die queritur. Eodem citius tardiusve
veniendum est. Quid ergo? Non tibi timidissimus 6
omnium videtur, et insipientissimus, qui magno
ambitu roget moram mortis? Nonne contemneres
eum, qui inter perituros constitutus, beneficii loco
peteret, ut ultimus cervicem paeberet? Idem faci-
mus. Magno aestimamus, mori tardius. In omnes
constitutum est capitale supplicium, et quidem con-
stitutione iustissima. Nam, quod maximum solet esse 7
solatium extrema passuris, e quorum eadem causa,
sors eadem est. Sequeremur traditi a iudice aut
magistratu, et carnifici nostro praestaremus obse-
quium: quid interest, utrum ad mortem iussi ea-
mus, an ultronei? O te dementem, et oblitum fra-
gilitatis tuae, si tunc mortem times, quum tonat!
Itane salus tua in hoc vertitur? Vives, si fulmen 8
effugeris? Petet te gladius, petet lapis, petet fe-
bris. Non maximum ex periculis, sed speciosissi-
mum fulmen est. Male scilicet erit actum tecum,
si sensum mortis tuae celeritas infinita praevenerit, si
mors tua procurabitur, si ne tunc quidem quum ex-
spiras, supervacuus, sed alicuius magnae rei signum
es. Male scilicet tecum agitur, si cum fulmine con- 9
deris.

e. *quorum eadem causa, sors eadem est.* Gronovius sic
emendat lectionem ante vulgatam, *omnium causa eadem*
est. Multum hoc loco variatum: cf. Gruter Quatuor bo-
nae notae codd. habent, *quorum enim causa, sors eadem*
est: unde Gron. nostram lectionem egregie refinxit.

gumque turres (Horat. Carm. homo de coelo tactus s. ful-
I, 4, 10 sq.). *corruitur* vita guritus eo loco sepeliretur,
amittitur. — 7. *Nam* id est ubi animam exspirasset, ove
solatium, quod —. *magi-* bidente mactata. Ita locus
stratu e. c. praetore. 8. *Male* iste bidental vocatus con-
scilicet — *si — conderis.* crabatur, muro inclusus ne-
Illustrantur haec, si memine- minique adeundus. Cf. Pers.
ris moris inpr. romani, ut Sat. II, 27. Fusius rem ex-

deris. Sed pavescis ad cōeli fragorem, et ad inane nubilum trepidas, et quoties aliquid effusit, expiras. Quid ergo? honestius iudicas deiectione animi perire quam fulmine? Eo itaque fortior adversus coeli minas surge, et quum mundus undique exarserit, cogita te nihil habere de tanta mole perden-dum. Quod si tibi parari credis illam coeli confu-sionem, illam tempestatum discordiam, si propter te ingestae illisaeque nubes strepunt, si in tuum extitum tanta vis ignium excutitur: at tu solatii loco numera tanti esse mortem tuam! Sed non erit huic cogitationi locus. ^f Casus iste donat metum. Est inter cetera quoque hoc commodum eius, quod exspectationem tuam antecedit. Nemo unquam fulmen timuit, nisi qui effugit.

f. Casus iste donat metum. cf. supra not. b.

posuit Salmas. ad Solin. p. lantque. In artibus rhetor. 799. 9. et quum mundus rum fuit estque etiam tali — exarserit. Expressit ἐν modo oculos praestringere. πύρωσιν Stoae, qua statue. Vera est quidem sententia, batur, mundum, ut ex igne quatenus, qui fulmen eiusque profectus sit, ita in ignem potentiam ignorat, utrum reversurum esse. Dogma que nec timere nec fugere haud dubie ē systemate he- potest: ideoque tum de- ralitico, ut alia, ortum: mūm timere incipit, quum Clemens certe Alexandriu. norit et effugerit. Sed falsa Strom. V. p. 599. ed. Sylb. est, quod multi fulmen ti-adserere nullus dubitat. cf. ment, etiam si proprie in pe-Tiedemann System d. stoisch. riculo nondum versati fue- Phil. II. p. 99 sq. — 10. Ne- rint. Ambiguitas igitur sen- mo umquam — effugit. In tentiae inest quoque in ver-iis sententiis haec est, quae bo effugit. Sed talia ad vi- multifariam carpi possunt, vum resicare lectoris est quia nimis generaliter effe- attenti, nec nisi in locis dif- runt, ut acumine animos siccioribus interprete opus legentium advertant percel- fuerit.

L. ANNÆI SENECAE
 AD LUCILIUM
 NATURALIUM QUAESTIONUM
 LIBER TERTIUS.
 QUI EST DE AQUIS.

Argum en tu m.

Initio dolet tam sero ad studium naturae accessisse, quum satius sit Dei opera, quam Philippi aut Alexandri latrocinia celebrare. Aquarum deinde tractationem, a divisione in dulces et medicatas, instituit. Negat fontes et flumina ex imbris nasci, quia experimento proprio didicit maximas pluviarum non ultra decem pedes terram madefacere. Terram igitur potius in aquas mutabilem facit. Thaletem, qui terram aqua, more navigii vehit, ineptire dicit: sed telluris corpus instar humani esse, in quo venae aquarum, eeu sanguinis, arteriae spiritus sint conceptacula. Quidam etiam fontes implentur aut deplentur certis horis aut mensibus, quomodo quartana ad horam venit, aut podagra ad tempus respondet. Ab aquis ad pisces transit, et aliquantulum circa mullos adhaeret; quos luxuria Romana Euripis sub mensas fluentibus exemptos, et vitreis ollis inclusos, vario et maculoso colore, id est, picta et formosa morte expirantes spectabat, oculosque pascebat ante gulam. Redit dein ad aquas, et de earum medicaminibus et miraculis plurima ex Aristotele et aliunde permiscat. Ad diluvia postremo et fatales aquarum inundationes gressum movet. Ea evenire, quum mare, flumina, coelum in exitium humani generis conspiraverint. Oceanus deinde et omnis aquarum illa eluvies in sedes suas revocatur, redditurque iterum terris homo inscius scelerum; qui tamen in innocentia sua non diurnat, et eito reddit in nequitiam.

P R A E F A T I O.

NON praeterit me, Lucili virorum optime, quam magnarum rerum fundamenta ponam senex, qui mundum circuire constitui, et causas secretaque eius eruere, atque aliis noscenda prodere. Quando tam multa consequar, tam sparsa colligam, tam occulta perspiciam? ^a Premit a tergo senectus, et obiicit annos inter vana studia consumtos: tanto magis urgreamus, et damna aetatis male exemptae labor sarciat.

a. Premit a tergo. Elegans est Erasmi divinatio, quum prius legeretur in edd. *praetermittat*, in codd. *praemittat*, *praemittit*, in utrisque *ergo senectus*. Mox *exemptae omnium* codd. et edd. est. Pincianus, eximere diem, tempus, idem esse quod deripere et abstrahere negotiis quacunque de causa, immemor, legendum putavit, *exactae*. Gronov. usum loquendi bene probavit, nunc satis notum, vel ex Ernesti Clav. Cic. h. v. *Saltem in ipso fugae impetu*. Sic omnes codd. Gothofredi coniectura Grutero memorata *saltem ipso in portu resp.* non opus est. Animus fugit corpus moriturus.

Lib. III. Quam male tempus mundum esse ἐξ ἀραιοῦ καὶ pus nostrum collocamus, et ἄτρος καὶ γῆς καὶ θαλάττης quam egregie agitur, si iam τῶν ἐν αὐτοῖς Φύσεων. cturam vel senes reparare *Circuire* autem vult munet philosophiae operam dare dum, ut quem cum urbe et non dubitamus! Inprimis oppido comparare solebant philosophiae morali principi Stoici. Cic. de Legg. I, 7. patus tribuatur, qua nos cf. Lipsii Physiol. Stoic. II, 6 noscere et in vicinitatem Dei et 7. *aetatis male exemptae* venire discimus. Sed via ad optimis studiis detractae et ea est studium philosophiae vanis traductae: vid. Var. naturalis.

Lect. *Vana studia*, qui-

1. *mundum* compositum bus distrahebatur ante in hoc e quatuor elementis fa- aula Neronis, five dialecticis etum. Haec enim notio in- nugis, causisve sub Tiberio et primis Stoae propria fuit. Caio actis. Cf. Ep. XLIX.— Sic Posidonius Eusebii Praep. 2. *occupationes*. Quominus evang. XV, 15. σύστηται hae occupationes ad munus quod-

ciat. Nox ad diem accedat: occupationes recidan-²
tur: patrimonii longe a domino iacentis cura sol-
vatur: sibi totus animus vacet, et ad contemplatio-
nem sui saltem in ipso fugae impetu respiciat! Fa-
ciet, ac sibi instabit, et quotidie brevitatem tempo-
ris metietur. Quidquid amissum est, id diligentu usu
praesentis vitae recolliget. Fidelissimus est ad ho-
nesta ex poenitentia transitus. Libet mihi exclau-³
mare illum poëtae inclyti versum:

*Tollimus ingentes animos, et maxima parvo
Tempore molimur. — —*

Hoc dicerem, si puer iuvenis molirer. Nullum
enim non tam magnis rebus tempus angustum est.
Nunc vero ad rem seriam, gravem, immensam, post
meridianas horas accessimus. Faciamus quod in iti-⁴

K 3

nere

quoddam publicum, quo secundum computum Romii,
apud Neronem fungebatur, ad I, 16, 1, tres million.
referri possit, impediunt tum Frideric. aur.) paravisse. —
sequentia, *patrimonii* etc., 3. Quis ille *poeta inclytus*
tum secessio ab officiis publi- sit, non succurrit. E deper-
cis. Divitiarum itaque cura ditis sumta arbitrer. *post*
exemptum se esse dicit, ani- *meridianas horas* vitae.
mumque *sibi instare*, se ad Non infrequens est haec
divina illa scrutanda adhor- distinctio temporis ad vitam
tari debere. *Patrimonii* humanam tum ap. Romanos
longe — iacentis explicat (cf. Adr. Iunii Adag. 136,
Fromondus, patrimonium et quod habet, in meridie vi-
opes Senecae longe ab ipso tae philosophantes) tum apud
et ultra mare, non minima Graecos. Sic Plato IV de
pars in Aegypto aut Britan- Legg. p. 287. Vol. VIII bip.,
nia iacebant: atque adeo qui ab Empedocle, notante
dives, ut Suillius ap. Tacit. Aristotele Poet. §. 21. coll.
Annal. XIII. obiiciat, intra Sturzii Empedocle p. 603.
quadriennium regiae (Nero- mutuatus est: ημεῖς ἐν δυ-
nis) amicitiae ter millies H. σμαῖς τοῦ βίου — : vide He-
S. (id est, fere noveindecim fych. δυσμαῖς βίς ibiq. Al-
milliones florenorum, five berti. Recentioribus linguis
haud

nere fieri solet. Qui tardius exierunt, velocitate pensant moram. Festinemus, et opus nescio an superabile, magnum certe, sine aetatis excusatione tractemus. Crescit animus, quoties coepti magnitudinem attendit, et cogitat, quantum proposito,
 5 non quantum sibi superfit. Consumsere se quidam, dum acta regum externorum componunt, quaeque passi invicem ausique sunt populi. Quanto satius est, sua mala extinguere, quam aliena posteris tradere? Quanto potius deorum opera celebrare, quam Philippi aut Alexandri latrocinia, ceterorumque, qui exitio gentium clari, non minores fuere pestes mortaliū, quam inundatio, qua planum omne perfusum est, quam conflagratio, qua magna pars animalium exaruit? Quemadmodum Hannibal superaverit Alpes, scribunt: quemadmodum confirmatum Hispaniae cladibus bellum Italiae inopinatus intule-
 6 rit:

haud aliena loquendi ratio. Iis aliisque generis humani
 — 5. *Consumsere se qui-* calamitatibus cumulata esse
dam etc. Indulsit sibi bo- solet. At quidni quis utrum-
 nus Seneca interdum in lo- que facere, et, dum mala sua
 ca communia incidens, ut extinguat, aliena in alio-
 ea rhetorice explicit ornet- rum commodum posteris tra-
 que, quod ex consuetudine dere possit? 6. *Quemad-*
 priorum annorum five aevi *modum* etc. Polybium, Li-
 fui ei adhaesit, ideoque con- vium aliquosque haec tradi-
 donetur, sed non imitatione diffe constat, ut de Philippo
 exprimatur. Ceterum Theo- et Alexandro Theopompus,
 pompum, Clitarchum, Li- Clitarchus aliquae exposue-
 vium, Troguni Pompeium, rant. *Hispaniae cladibus*,
 qui vitam suam historiae col- Hispaniae gentibus devictis,
 ligendae et scribendae in- Saguntoque expugnato, con-
 sumserunt, spectasse videtur. filium belli Italiae inferendi
Quanto satius — tradere? ad maturitatem perductum
 Recte sic statuit Seneca, ideoque bellum ipsum apud
 quandoquidem historia bel- animum eius confirmatum
 erat.

rit: fractisque rebus etiam post Carthaginem pertinax, reges pererraverit, contra Romanos ^b ducem se promittens, exercitum petens: quemadmodum non desierit senex omnibus angulis bellum quaerere. Adeo sine patria esse pati poterat, sine hoste non poterat. Quanto satius, quid faciendum sit, quam ⁷ quid factum sit, quaerere, ac docere eos, qui sua permisere Fortunae, nihil stabile ab illa datum esse, eius omnia fluere aura mobilius? nescit enim quiescere, gaudet laetis tristia ^c fustinere, et utraque miscere. Itaque in secundis nemo confidat, in adversis nemo deficiat: alternae sunt vices rerum. Quid exultas? Ista quibus veheris in summum, ne-⁸ scis ubi te relictura sint: habebunt suum, non tuum,

K 4 finem.

b. ducem se promittens, exercitum petens. Sic tres et ii optimi codd. ap. Grut. Alii codd. et edd. *ducem se prom. etiam, vel, et sine exercitu.* Grönovio probante reduxi. Statim *senex omnibus angulis b. q.* boni Grut. codd. Erasmusque: alii τὸν ὄmnibus angulis omitunt.

c. fustinere. Britanicus, veneta, Erasmi, *fustinere.* Et male mutatum in *substituere* censeo. Gronov. τὸν Gaudet in ed. Gronov. errore typographi excidit.

erat. *post Carthaginem* a ritoque vocat magistrum vi-
Romanis devictam atque fra- tae et Polybius I, 1, 2. coll.
ctam, nondum tamen tunc I, 35. III, 32 etc. ἐναργεσά-
expugnatam et excisam. Nam τὴν παιδί μόνην διδάσκαλον
Hañibale demum mortuo τοῦ δύνασθαι τὰς τῆς τύχης
(ante Chr. nat. 183) Car- μεταβολὰς γενναῖως ὑποθέ-
thago deleta est ante Chr. ρειν etc. nescit — *rerum.*
nat. 146. — 7. *Quanto sa-* Multa in hanc sententiam
tius etc. At quidni haec dicta Homeri, Hesiodi, He-
quoque historia duce discas? rodoti, al. collegit Anton.
Non cogitavit Seneca de lau- Muretus Var. Lect. XVI, 15.
dibus historiae ap. Ciceron. (Grut. Lampad. II, p. 1171).
de Orat. II, 9, Polybium et Noster haec ipsa, ut philoso-
Diodor. Sicul. in praefat. phum decet, exsequutus est
Opp. Cicero eam iure me- de providentia c. 5 etc. de
Benef.

finem. Quid iaces? ad imum delatus es: nunc est resurgendi locus. In melius adversa, in deterius optata flectuntur. ^d Ita concipienda est animo varietas, non privatarum tantum domuum, quas levis casus impellit, sed etiam publicarum. Regna ex inferno coorta supra imperantes confiterunt. Vetera imperia in ipso flore cecidere. Iniri non potest numerus, quam multa ab aliis fracta sint: nunc cum maxime Deus alia exaltat, alia submittit, nec moliter ponit, sed ex fastigio suo nullas habitura reliquias iactat. Magna ista, quia parvi sumus, credimus. Multis rebus non ex natura sua, sed ex humilitate nostra, magnitudo est. Quid praecipuum in rebus humanis est? Non classibus maria complesse, nec in rubri maris litore signa fixisse, nec defi-

^{d.} *Ita concipienda.* Sic egregie emendat Gronov. vulgatam: *Ita concipienda — .*

Benef. VI, 23 etc. — 8. Re. Mitscherlich., qui nec no-
nra — *confiterunt.* Ipsa stri loci immemor fuit. *nunc* Roma exemplo sit, et multa *cummaxime*, hoc eodem alia tum antiqua, tum *re-* tempore *alia* imperia exalcentiora. — *Vetera — ce-* tantur, alia subinntuntur, *cidere — iactat.* Historia minuuntur. Hoc saepe uno exemplorum referta est, ipsa eodemque tempore fieri so- Roma, imperium byzanti- let. Cf. Ernesti Clav. Cic. in num etc.: quorum casus ex- *cummaxime:* coll. Spalding. altationi aliorum occasionem ad Quintil. VI, 1, 23. — dedit eodem tempore. Si- 10. *Non classibus — quae-* milia sunt Horatii Carm. I, *rentem.* Recte observat Fro- 34, 15. Välet ima summis mondus, Alexandrum tangi Mutare et insignem attenuat et Nearchi in Oceano navideus, Obscura promens. gationem et errores. Cf. Ar- Hinc apicem rapax Fortuna riani Indica (ex ed. Frid. cum stridore acuto Sustulit, Schmieder. Halis Magdeb. hic posuisse gaudet. Cf. ibi 1798. 8.) quibus Nearchi peri-

deficiente terra ad iniurias aliorum errasse in Oceano, ignota quaerentem: sed animo omne vidisse, et qua nulla est maior victoria, vitia domuisse. Innumerabiles sunt, qui urbes, qui populos habuere in potestate: paucissimi, qui se. Quid est praecipuum? Erigere animum supra minas et promissa fortunae. Nihil dignum putare quod speres. Quid enim habet dignum, quod concupiscas? qui a divinorum conversatione quoties ad humana recideris, non aliter caligabis, quam quorum oculi in densam umbram ex claro sole rediere. Quid est praecipuum? Posse laeto animo adversa tolerare: quidquid acciderit, sic ferre, quasi tibi volueris accidere. Debuisses enim velle, si scisses omnia ex decreto Dei fieri. Flere, queri, ingemere, defiscere est. Quid est praecipuum? Animus contra calamitates fortis et contumax, luxuria non adversus tantum, sed et infestus, nec avidus periculi, nec fugax, qui sciat

K. 5 for-

periplus continetur. — 11. CVII, a Socratis et Euripi. *Nihil — spes.* Spes enim dis dictis non abludentes, inter affectus, s. perturbationes, appetitus vehementes a Stoicis refertur, id quid — accidere: docet eoque reiicienda est, Apa- Epictet. quoque c. 8. μὴ γῆθια hoc postulante. Tie- τει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς demann System der stoisch. Θέλεις ἀλλὰ θέλε γίνεσθαι Phil. III. p. 191 sq. Posselae- τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, καὶ to — defiscere est. Egre- εὐροίσεις. — 12. Animus gium hoc praeceptum Stoae contra — percussus. Sa- ab omnibus qui eam sectan- pe hoc Stoici, Socratem fe- tur, inculcatur, e. c. ab Epi- quuti, inculcarunt, e. c. no- cteto Enchirid. c. 31. No- fter Epist. XC. CVII. Epi- stler de vit. beat. 15. hanc sen- ctet. c. 5. Ταράσσει τὰς αν- tentiam praeclare exposuit. Θρώπους ἢ τὰ πράγματα, Spectant eo iambi Cleanthis ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμά- eximii a Seneca conversi Ep. τῶν δόγματα etc. c. 21 etc.

fortu-

fortunam non exspectare, sed facere: et adversus utramque intrepidus inconfususque prodire, nec illius tumultu, nec huius fulgore percussus. Quid est praecipuum? non admittere in animum mala consilia, puras ad coelum manus tollere: nullum petere bonum, quod ut ad te transeat, aliquis dare debet, aliquis amittere: optare, quod sine adversario optatur, bonam mentem: cetera magno aestimata mortalibus, etiam si quis domum casus attulerit, sic intueri, quasi exitura, qua venerint. Quid est praecipuum? Altos supra fortuita spiritus attollere: hominis meminisse, ut, sive felix eris, scias hoc non futurum diu; sive infelix, scias hoc te non esse, si non putas. Quid est praecipuum? in primis labris animam habere. Haec res efficit non eiure Quiritium liberum, sed eiure naturae. Liber autem est, qui servitutem effugit sui. Haec est assidua servitus, et ineluctabilis, et per diem ac noctem aequaliter premens, sine intervallo, sine commeatu. Sibi servire, gravissima servitus est, quam discutere facile est, si desieris multa te poscere, si desieris tibi

fortunam Stoicus *facit* non fuisse constat e Cic. de finitionibus de iis quae afferre III, 8. M. Antonin. V, 29. potest aut solet. — 14. *Al-* ibiq. Menag. etc. *Ius Quiritum* — *attollere*: *fortuita ritum* i.e. civile, quod pro quae non in nostra potestate prius est iis civibus, qui ius sunt, τὰ εἰν ἐφ' οὐδενί. *hoc* civitatis habent iure optimo. *minis* — *diu*: itaque dē re cf. Ernesti Clav. Cic. sub rum mutabilitate cogitare. voce *Ius*. — 15. *Si deservire* — *putes*, quatenus res *ris tibi referre mercedem*, nobis ita apparent, sicut a fructum actionum tuarum nobis conspicuntur. *in pri-* tibi annumerare, quum *demis* — *habere*, ut, quando- beas Deo, naturae, patriae, cunque libuerit, e vita emi- civibus: te respicere, et grare possis. Stoae dogma actiones tuas tunc demum uti-

tibi referre mercedem, si ante oculos et naturam tuam posueris et aetatem, licet prima sit; ac tibi ipse dixeris: Quid insanio? quid anhelo? quid fudo? quid terram verso? quid forum viso? Nec multo opus est, nec diu. — Ad hoc proderit nobis inspicere rerum naturam: primo discedemus a sordidis, deinde animum ipsum, quo magno summoque opus est, seducemus a corpore. Deinde in occultis ex-¹⁶ ercitata subtilitas, non erit in aperto deterior. Nihil autem est apertius his salutaribus, quae contra nequitiam nostram furoremque discuntur, quae damnamus, nec ponimus.

C A P U T I.

QUAERAMUS ergo de aquis, et investigemus, qua ratione fiant: sive, ut ait Ovidius,
Fons erat illimis nitidis argenteus undis:
 sive, ut ait Virgilius,

*Unde per ora novem vasto cum murmure montis
 It mare praeruptum, et pelago premit arva so-
 nanti:*

sive,

itiles putare, si ipse ex illis *amnis*. Lucilium nomen s. magis quam quisquam alias cognomen habuisse *Iunioris*, commoda percipias. Sic non infrequens ap. Romanos, Gronovius, qui etiam mo- cf. Plin. Epist. VII, 25. VIII, net, translationem esse a ser-¹⁵ IX, 12. ex hoc loco et vis, quorum operas locabant praefat. libri IV nat. quaeſt. domini. Plaut. Asinar. II, 4. apparet, quod Lipsius prae- coll. Exceptis M. Senecae fat. ad Epistolas negabat. X, 4. Videmus quidem, Lucilium

C. i. Causae et origo aqua- poesin amasse et versus fe- rum ac fontium. i. Ovidius cisse, sed, qua de re, nondum Metamorph. III, 407. Virgi- liquet: videtur tamen hic lius Aen. I, 245. Sive ut — versiculus ex poemate suis, cuius

sive, ut apud te, Iunior carissime, invenio,
Eleus Siculis de fontibus exsilit amnis.

2^a quae ratio aquas subministret: quomodo tot flumina ingentia per diem noctemque decurrant: quare alia hibernis aquis intumescant, alia in defectu ceterorum amnium crescant. Nilum interim seponamus a turba, propriae naturae et singularis: illi diem suum dabimus, nunc vulgares aquas profsequemur, tam frigidas quam calentes. In quibus quaerendum erit, utrum calidae nascantur, an fiant. De ceteris quoque disferemus, quas insignes aut **3^a** por, aut aliqua reddit utilitas. Quaedam enim oculos, quaedam nervos iuvant, quaedam inveterata et desperata a medicis vitia percurant. Quaedam mendentur ulceribus, quaedam interiora fovent potu, et pulmonis ac viscerum querelas levant. Quaedam suppressimunt sanguinem: tam varius singulis usus, quam gustus est.

II. Aut stant omnes aquae, aut **a** fluunt; aut colliguntur, aut varias habent venas. Aliae sunt dulces,

a. *quae ratio aquas subministret.* Restituit Gronov. e brit. suo. Olim: *Si qua ratio aquas subm.* In causam, non in rem inquirit Seneca.

a. *fluunt.* Bona haec quorundam codd. scriptura, quae confirmatur initio cap. 3. Alii, *eunt.* Mox *leves et graves sunt*

cuius infra c. XXVI, 5 men- *fontibus* i. e. Arethusa. cf. tio fit, in quo Siciliae me- ad Virg. Ecl. X, 4. **2.** *illi—* morabilia exposuerat. Cf. *dabimus*, locutione e foro praefationem nostram ad petita. Egit de Nilo IV, 1 sqq. Epistolas. *Eleus — amnis utrum — nascentur an* est Alpheus, qui sub mare fiant, i. e. utrum iam calimediterraneum cursum suum dae prodeant, an calorem agens cum fonte Arethusa accipient prodeundo.

iuxta Syracusas *exsiliare* prod- C. 2. Aquarium mira di- ire putabatur: *Siculis de versitas.* — **1.** *Aut stant —* *fluunt.*

dulces, aliae variae: asperae quippe interveniunt, falsae amaraeque aut medicatae: ex quibus sulphuratas dicimus, ferratas, aluminosas. Indicat vim sapor. Habent praeterea multa discrimina. Primum tactus: frigidae calidaeque sunt. deinde ponderis: 2 leves et graves sunt. deinde coloris: purae sunt et turbidae, caeruleae, lucidae. deinde salubritatis: sunt enim salubres et utiles, sunt mortiferae, sunt quae cogantur in lapidem. Quaedam tenues, quaedam pingues: quaedam alunt, quaedam sine ulla bibentis ope transeunt, quaedam haustae foecunditatem b afferunt.

III. Ut stet aqua, aut fluat, loci positio efficit: in devexo fluit, in plano continetur et stagnat, et aliquando in adversum spiritu impellitur: tunc cogitur, non fluit. Colligitur ex imbris: ex suo fonte nativa est. Nihil tamen prohibet, eodem loco aquam colligi, et nasci: quod in Fucino videmus, in

Sunt est omnium codd. et edd. scriptura. Erasmus, Fortunati coniecturam sequens, habet, *omnes leves aut graves* f. Sed si hic *omnes* et *aut* posueris, quidni et in certis distinctionibus? b. afferunt. Vulgata et ea bona est. *Auferunt* codicum Pinc. locum non habet: opponitur enim *tois*: *sine ulla bibentis ope*.

fluunt. Similia habet Ari- amicisque suis, quos multos stot. Meteorol. II, 1. *aliae* habuit, morte ereptus, in li-
sunt variae i. e. varii sapo- bro praestantissimo Gelchich-
 ris, quoniam asperae, falsae te der Erfind. II. p. 92 sq. De
 etc. miscentur. *falsae ama-* aquarum discriminibus et
raeque: Flor. IV, 10, 8 fa- proprietatibus, quas hic atti-
 linacidas vocat, ubi cf. Du- git auctor, infra pluribus
 ker. *aluminosas* i. e. vitrio- egit. Cf. Plin. N. H. XXXI,
 lo saturatas. Alumen enim 2 et 6. *quaedam haustae*—
 veterum nostrum vitriolum afferunt. Confirmat The-
 esse doctissime exposuit Io. phrasitus, quem exscripsit
 Beckmannus, Vir egregius Plin. l. l.
 meique amantissimus, literis C. 3. Continuatio. *quod*

^a in quem montis circumiecti, quicquid fudit, fluvii derivantur. Sed et magnae latentesque in ipso venae sunt. itaque etiam quum hiberni defluxere torrentes, faciem suam servat.

IV. Primum ergo quaeramus, quomodo ad continuandos fluminum cursus terra sufficiat, unde tantum aquarum exeat. Miramur, quod accessionem flu-

a. *in quem montis circumiecti, quicquid fudit, fluvii derivantur:* Sic fere veneta et codd. Erasmus et Pincian. ^{ta} quicquid fudit omittunt. Obsopoeus non dubitavit legere: *in quem montes circumiecti quicquid fudit pluvia derivant.* Gronovius: *in quem montis circumiecti quicquid fundunt eluvia, derivatur.* At vocis *eluvium*, quam h. l., Epistol. 90, 15, ubi nunc *et pluviis* recte habetur, et Solin.

in Fucino videmus. Nunc eus exsiccandus esset, non vocatur Lago di Celano in sufficit canales per montem regni neapolitani provincia, circumiectum duxisse, nisi quae Abruzzo ultra vocatur fossae quoque in ipso lacu Cf. Büsching. Geograph. T. foderentur aut effossae con- IV. p. 511 ed. octav. et Sa- servarentur ad aquas sponte lis Itinerar. I. p. 275. Lacus in ipso lacaturientes excipien- iste similis lacui Cirenizio in das atque in canales praeci- ducatu Carniolae (Strab. V, puos derivandas. Quo qui- 3, 12 Lipf.) multarum que dem intermisso, malo non relarum causa fuit omni tem- medebatur Claudi emissapore propter pestiferas ex- rium, quod insuper negle- undationes: quare Claudio ctum est. Quapropter Ner- post undecim annorum la- vam deinceps, Vespasianum bores lacum emittendum cu- et Hadrianum lacum rursus ravit in fluvium Salto, quod emisso legitimus. cf. Ernesti nunc eius nomen est, qui in Excurf. XXIII. ad Sueton. Velinum cum Tiberi se iun- et commentationem doctam gentem influit. Suet. Claud. mensiruo: die Horen anni c. XX. Sed successoris Ne- 1796 n. XI insertam. ronis odio in Claudium opus C. 4. Unde tanta aquarum hoc mirabile destitutum (Plin. abundantia. — Has quaestio- XXXV, 15 extr.) h. e. ne- nes iam apud antiquiores glectum est: nam quum la- nostro ventilatas esse docent Arilio-

fluminum maria non sentiant. Aeque mirandum est, quod detimenta exeuntium terra non sentit. Quid est, quod illam sic ^a impleverit, ut praebere tantum ex recondito possit, ac subinde sic suppletat? Quamcunque rationem reddiderimus de flumine, eadem erit rivorum ac fontium.

V. Quidam iudicant, terram, quidquid aquarum emisit, rursus accipere, et ob hoc maria non crescere, quia quod influxit, non in suum vertunt, sed protinus reddunt. Occulto enim itinere subit terras, et palam venit, secreto revertitur, colaturque in transitu mare: quod per multiplices anfractus terrarum verberatum, amaritudinem ponit, et pravitatem faporis in tanta soli varietate exuit, et in sinceram aquam transit.

VI.

Solin. c. 18. inferre voluit vir praestantissimus, auctoritatem non confirmatam video. Sed lacus Fucini natura (Strab. V, 3, 13. p. 180 Lips.) confutat has emendationes. Mox venae e cod. memmian. recepi, Grutero probante: quum ceteri codd. et edd. perperam *undae* habeant. *servat* sc. Fucinus. Diserte sic uterque palat. Etiam sic legendum censebat Fortunat. Consentit Strabo l. 1. Alii: *servant*. ^{a. impleverit — sic suppletat?} Sic optimi codd., non, ut Muretus habet, *supplevit*. Tò: *sic*, quo Pinciani codd. parent, plurimi ceteri habent, idque bene.

Aristoteles Meteorol. II, 2. *ἀποφλαν*). Nec recentioribus aliisque. Sic Lucret. V, 262 hae quaestiones inobservatae, quamquam Epicurus in tae manserunt. Cf. Gehler causas harum rerum non satisf. v. Meer. C. 5. Continuatio. Mare detur, quippe cui Aristotelis est in causa rei. Sententia commentationes hasce non-hoc capite allata ab Aristot. dum legendo exsequi licuit, Meteorol. II, 2. memorata tunc adhuc apud Nelei haec est, ubi suam fecit hanc opinio redes in Troade delitescentionem. In recentioribus tes. Aristoteles certe l. 1. quoque multi fuere et ho- p. 762. C. antiquam vocat dieque sunt, qui idem ambubitationem (*τὴν ἀρχαῖαν* plexi sunt. Cf. Gehler l. 1.

VI. Quidam existimant, quidquid ex imbribus terra concipit, in flumina rursus emitti. Et hoc argumenti loco ponunt, quod paucissima flumina sunt in his locis, in quibus rarus est imber. Ideo siccas esse aiunt Aethiopiae solitudines, paucosque inventari in interiore Africa fontes, quia fervida coeli natura sit, et paene semper aestiva. Squalidae itaque sine arbore, sine cultore arenae iacent, rarissimis imbribus sparsae, quos statim combibunt. At contra constat, Germaniam Galliamque, et proxime ab his Italiam, abundare rivis et fluminibus, quia coelo humido utuntur, et ne aestas quidem imbribus caret.

VII. Adversus haec multa dici posse vides. Primum ego tibi vinearum diligens fossor affirmo, nullam pluviam esse tam magnam, quae terram ultra decem pedes in altitudinem madefaciat. Omnis humor intra primam crustam consumitur, nec in inferiora

C. 6. Alii deducunt ex exeunte usque ad Aprilem pluviosis et imbribus. Nec ineuntem nusquam pluere hoc Aristoteles Meteorol. I, constat; reliquis tamen mensibus affere praetermisit tamquam opinionem quorundam: elevatam quippe a pluviis, interdum per totas sole aquam iterum pluviis hebdomas abundant.

C. 7. Obiectiones adverso alveo magno scaturire sus hanc opinionem. 1. Primitus vel omnes ex uno, *mum ego — madefaciat.* vel alium ex alio. Amplexus est hoc Vitruvius VIII, 1. firmant Perraltius (*Oeuvres et e recentioribus haud paucis diverses T. II. p. 787 sq.*) et ci, e. c. Mariotte ille, qui non Delahire (*Mém. de l'Acad. men suum legi physicae notissimae dedit Oeuvres T. I. Mariotte tamen aliquique assen- p. 326 sq.*). *Aethiopiae solitudines,* ubi a Septembre per soli naturam respiciendam esse

feriora descendit. Quomodo ergo potest imber suggerere omnibus vires, qui summam humuni tingit? Pars maior eius per fluminum alveos in mare auffertur. Exiguum est quod sorbet terra, nec id servat. Aut enim arida est, et absunt quidquid in se fusum est: aut satiata, si quid supra desiderium cedit, excludit. Et ideo primis imbribus non auggentur amnes: quia totos in se sitiens terra trahit. Quid, quod quaedam flumina erumpunt faxis et montibus? His quid conferent pluviae, quae per nudas rupes deferuntur, nec habent terram cui insideant? Adiice, quod in siccissimis locis putei in altum acti, per ducenum aut trecenum pedum spatia, inveniunt aquarum uberes venas, in ea altitudine, in quam aqua non penetret: ut scias illic non coelestem esse, nec collectitum humorem, sed quod dici solet, vivam aquam. Illo quoque arguento haec opinio refellitur; quod quidam fontes in summo montis cacumine redundant. Apparet ergo, illos sursum agi, aut ibi concipi, quum omnis aqua pluvialis decurrat.

VIII. Quidam existimant, quemadmodum in exteriore parte terrarum vastae paludes iacent, magni et navigabiles lacus, quemadmodum ingenti spatio terrae

esse contendentes. 2. *Quid*, lem. Ideo qui puteus aquam *quod — insideant?* Quem vivam habet, eleganter a Cinoster sequitur, Aristoteles cerone iugis puteus dicitur: Meteorol. I, 13. hac ipsa ratione iugis enim quae perennis, tione usus est ad istam sen- viva, naturalis, opponit tentiam refellendam: recen- que a Sallustio pluviae in tiores haud pauci idem am- lugurthino. Cf. Cuiacius in plexi sunt, utrumque iungen- Observ. II, 3. et J. H. tes. Cf. Gehler f. v. Quelle. Voss. ad Virgilii Ge. IV. p. vivam aquam i. e. natura- 287 sq.

terrae maria porrecta sunt, infusa vallibus: sic interiora terrarum abundare aquis dulcibus, nec minus illas stagnare, quam apud nos Oceanum, et sinus eius: immo eo latius, quo plus terra in altum patet. Ergo ex illa profunda copia isti amnes egeruntur: quos quid miraris si terra detractos non sentiat, quum adiectos maria non sentiant?

IX. Quibusdam haec placet causa. Aliunt habere terram intra se cavos recessus, et multum spiritus: qui necessario frigescit, umbra gravi pressus. Deinde piger et immotus, in aquam, quum se desuit ferre, convertitur. Quemadmodum supra nos mutatio aëris imbre facit, ita infra terras flumen aut rivum agit. Supra nos stare non potest segnis diu et gravis. Aliquando enim sole tenuatur, aliquando ventis expanditur. Itaque intervalla magna imbribus sunt. Sub terra vero quidquid est, quod illum in aquam convertat, idem semper est, umbra perpetua, frigus aeternum, inexercitata densitas: semper ergo praebebit fonti aut flumini causas. — Placet nobis ter-

C. 8. Aquae dulces sub αδύνατοι εσι etc. cf. Gehler terra. Ex hac opinione re- f. v. Quelle.

centiores quidam lucratii esse

videntur ad suam, quae ab C. 9. Spiritus sub terra illa haud multum abhorret, frigescens et segnis in aquam aedificandam, v. c. Wood- convertitur. Etiam haec hywardus, in quo refutando pothesis amicos inter recentum multus est Deluc in libro de tiores invenit, in primis Car- Atmosphaera I, 155. vers. tesiūm (Princip. Philos. P. germ. Ergo ex illa — sen. IV. §. 64 sq.) aliosque. Cf. tiant? Socrati tribuit hanc Gehler f. v. Quelle. Pla- simileme opinionem Plato cet — convertitur. Iam haec in Phaedone, quam memo- opinio non omnino, ait, re- rat Aristoteles Meteorol. II, 2. iicienda est, quandoquidem sed reiicit. Τὸ δὲ ἐν Φαιδώνι, nos Stoici quoque statuimus, ait, γεγραμμένου περὶ τε τῶν terram esse inutabilem in ποταμῶν καὶ τῆς θαλάττης aliud elementum.

terram esse mutabilem. Hoc quoque quidquid efflavit, quia non aëre libero concipitur, crasselcit, et protinus in humorem convertitur.

X. Habes primam aquarum sub terra nascentium causam. Adiicias etiam licet, quod fiant omnia ex omnibus. Ex aqua aér: Ex aëre aqua: Ignis ex aëre: Ex igne aér, Quare ergo non terra fiat ex aqua, et ex terra aqua? quae si in alia mutabilis est, et in aquam: immo maxime in hanc. Utraque cognata res est, utraque gravis, utraque densa, utraque in extremum mundi compulsa. Ex aqua terra fit. Cur non aqua fiat e terra? At magna flumina sunt. Quum videris, quanta sunt, rursus, ex quanto prodeant, adspice. Miraris, quum labantur assidue, quaedam vero concitata rapiantur, quae praesto sit illis semper aqua nova? Quid si mireris, quod quum venti totum aéra impellant, non deficit spiritus, sed per dies noctesque aequaliter fluit, nec, ut flumina, certo alveo fertur, sed per vastum coeli spatium lato impetu vadit? Quid si ullam undam superesse mireris, quae superveniat tot fluctibus fractis? Nihil deficit quod in se redit. Omnium elementorum alterni recursus sunt. Quidquid alteri perit, in alterum transit. Et natura partes suas velut in ponderibus constitutas examinat: ne portionum aequi-

L₂ state

C. 10. Terra ex aqua, et Philos. II. p. 67 sqq. ubi et-
rursus aqua ex terra sit. iam nostri loci memor fuit.
Anaxagoreum hoc esse dogma Sed alii quoque philosophi,
constat. Cf. Valcken. Dia- e. c. Aristoteles de Gener.
trib. p. 4. et Intpp. ad Pla- et corrupt. II, 4. tuentur illud
ton. Phaedon. §. 17. Gorg. Anaxagoreum: Ήν εν παντι
46. Stoae quoque dogma μέμνηται. vid. Plut. de Pla-
fuit, omnia ex omnibus fieri. cit. Phil. I, 17. not. *in ex-*
Tiedemann System d. stoisch. tremum ultimum locum,
quate-

tate turbata, mundus praeponderet. Omnia in omnibus sunt. Non tantum aér in ignem transit, sed nunquam sine igne est. Detrahe illi calorem: rigescet, stabit, durabitur. Transit aér in humorem: sed nihilominus non sine humore. Et aëra et aquam facit terra: sed non magis unquam sine aqua est, quam sine aère. Et ideo facilior invicem transitus est, quia illis, in quae transeundum est, iam mixta est. Habet ergo terra humorem: hunc exprimit. Habet aëra: hunc umbra hiberni frigoris densat, ut faciat humorem. Ipsa quoque mutabilis est in humorem: natura sua utitur.

XI. „Quid ergo? inquis, si perpetuae sunt causae, quibus flumina oriuntur, ac fontes: quare aliquando siccantur, aliquando quibus non fuere locis exeunt?“ Saepe motu terrarum itinera turban-
tur, et ruina interscindit aquas, quae retentae no-
vos exitus quaerunt, et aliquo impetu faciunt, aut
ipsius quassatione terrae aliunde alio transferuntur.

Apud

quatenus levitas maior aeris non dubitabant, ipsis vide-
ignisque in causa est, ut hoc batur commutatio: qui er-
eturumque elementum supe- ror facillimus et vix evitabi-
riorem locum, illud utrum- lis, instrumentis aliisque re-
que inferiorem teneat. 3. bus deficientibus. Quare il-
Omnia in omnibus sunt. In iud Anaxagoreum modo lau-
hanc lententiam facile erat datum, Πλάνη ἐν παντὶ μέ-
incidere primis in rerum na- μικται, originem duxisse vi-
turam inquirentibus, quippe detur.

qui elementa, quae assume- C. II. At cur flumina fon-
bant, illa quatuor ita inter tesque exarescunt? I. Iti-
fese iuncta et connexa vide- nera fluminum ac fontium.
bant, ut unum ex altero Exempla quaedam attulit
nasci videri posset. Coniun- Aristoteles Meteorol. I., 14.
ctio illa et ortus, quem post- Sic Rhodanum inter Gene-
ea in mythis scilicet invenire vam et Lugdunum ruina
mon-

Apud nos evenire solet, ut amissio canali suo flumina primum refundantur: deinde quia perdiderunt viam, faciant. Hoc accidisse ait Theophrastus ² in Coryco monte, in quo post terrarum tremorem nova vis fontium emerlit. Sed et alios quoque causas intervenire quidam opinantur, qui aliter evocent aquas, aut a cursu suo deiiciant, atque avertant. Fuit aliquando aquarum inops Haemus: sed quum Gallorum gens a Cassandra obfessa in illum se contulisset, et silvas cecidisset, ingens aquarum copia apparuit, quas videlicet in alimentum suum nemora ducebant; quibus ^a excisis, humor, qui de-

L 3 fuit

a. *excisis.* Sic omnes codd. et edd. Sed palat. ap. Grut. habet *emerfis.* Signat digito, quod in regio exstat britanicus: *quibus everfis.* Neque spernendum est. Gron. Exempla a Gronov. allata docent, *evertere pinum* bene dici: sed alia satis obvia et nota monstrant quoque, silvas, *pinum excidere aequa* bene dici. In vulgata itaque ac- quiescamus.

montium delapsorum inter- *Haemus*, nunc *Tschengje*, scissum sub terra aliquamdiu in Thracia, nunc Rum-Ili. fluere constat. — 2. Locus cf. Büsching Geograph. T. *Theophrasti*, nisi fallor, per- II. p. 663. ed. oct. *Gallo-* iit. Fortasse occurrit in eius *rum*. Hi Galli Pannoniae et libro *περὶ ὑδάτων* nunc de- Illyriae incolae ter patria perduto. Cf. Fabric. Bibl. relicta invaserunt Thraciam Gr. III, 7. p. 455. Harles. et Macedonia ante ol. CXX. Rem Plinius N. H. XXX, 4 Cambaule duce, deinde ol. et 5. etiam memoravit, haud CXXIV. variis ducibus, qui, dubie ex Theophrasto. Co- rege Macedoniae Ptolemaeo *rycus mons* Ciliciae: mons Cerauno victo in proelio et tes cognomines in pluribus interemto, mox a Softhene regionibus siti commemo- fugati sunt. Tertii agminis rantur; plerumque tamen pars altera Brenno quodam mons cilicius intelligitur, duce, sive nomen proprium nulla quippe regionis nota ducis fuit, sive ducem in- addita. Mela I, 13. ibiq. signivit, vicit Softhenem, Voss. Mannert VI, 3. p. 319. sed postea deleta est, altera parte

3 sit in arbusta consumi, superflusus est. Idem ait et circa Magnesiam accidisse. Sed pace Theophrasti dixisse liceat, non hoc est simile veri: quia fere aquosissima sunt, quaecunque umbrosissima. Quod non eveniret, si aquas arbusta siccarent, quibus alimentum ex proximo est: fluminum vero vis ex intimo manat, ultraque excipitur, quam radicibus evagari licet. Deinde succisae arbores plus humoris desiderant. Non enim tantum id quo vivant, sed et id quo crescant, trahunt. Idem ait, circa Arcadiam, quae urbs in Creta insula fuit, ^b fontes et lacus

b. fontes et lacus substituisse. Sic multi codd. et edd. Sed *f. et rivos* pal. tert, probante Grut. et Ohlopoeo. Enim vera

parte in Asiam migrante ibi Pennsylvania, Jefferson de Virginea Gallograeciam condensitia, Williams de Nova Ante. Ex his quidem primum glia, Calms, Liencourt, Volagmen, quod ante ol. CXX. ney de Americae septentr, irruperat in Thraciam, a *Cassander* partibus, Olivier de Persia *sandra* obfessum fuerit necesse est: nam Cassander rex rante, quoniam montes ar-Macedoniae mortuus est ol. boribus carent, uberior ex-CXX, 3, ante Chr. nat. 298. ponentes. Ubi enim silvae Paulanias huius rei nullam caelae fuerint, ibi multas et mentionem fecit X, 19. p. eas insignes mutationes eveniæ Fæc. Metu Graecorum, nisse memorant. Ut præ-i. e. Cassandri, in patriam teream quae de quatuor recessisse tradit. Cf. Gottl. anni aetatibus mutatis et rel. Wernsdorf de republ. Gala- referunt, in primis docent, tarum. Norimberg. 1743. 4. fluvios exiguos vel exsicca-Magnesiam: incertum, fuelos esse, vel perquam decretritne Magnesia ad Sipylum, visse. Fieri autem hoc verian M. Lydiae: de illa cf. simile est propterea, quod Mannert VI, 372, de hac nubes electricitatem suam ibid. p. 267. alioqui in silvas demittentes

3. Senecæ assentuntur re-aquas suas ibi relinquere sa- centiores quidam, Rush de lent. Cessante autem causa cessat

lacus substituisse, quia desierit coli terra, diruta urbe: posiea vero quam cultores receperit, aquas quoque recepisse. Causam siccitatis hanc ponit, quod obduruerit constricta tellus, nec potuerit imbres inagitata transmittere. Quomodo ergo plurimos vide-
mus in locis desertissimis fontes? Plura denique in-
venimus, quae propter aquas coli coeperunt, quam
quae aquas habere coepерint, quia colebantur. Non
enim esse pluviam hanc aquam, quae vastissima flu-
mina a fonte statim, magnis apta navigiis desert,
ex hoc intelligas licet, quod per hiemem aestatem-
que par est a capite deiectus. Pluvia potest facere
torrentem: non potest autem aequali inter ripas
suas tenore labentem aquam: non faciunt imbres,
sed incitant.

XII. Paulo repetamus huc altius, si videtur: et scies non habere quod quaeras, quum ad veram

L 4 amnium

vero illa lectio, praeterquam quod vulgata est, difficilior est, et mutata videtur in rivos a librariis, qui τὸ· lacus h. l. non concoquerent.

c. non potest autem — labentem aquam: non f. Sic distingue malui, quam emendationem Gronovii quamvis ingeniosam recipere. Requirebatur autem post labentem, ubi edd. habent punctum, nomen aliquod substantivum, quod torrentem esse non potest. Quare emendabat Gron.: non potest amnem acquali etc. Olim: non — labentem. Aquam n. f. Mox incitant e pluribus codd. bene reposuit Gronovius, qui 4, 2, 5, 11. Colum. 3, 21, laudat. Antea: excitant.

cessat effectus. Eadem ratione explices etiam, quae De urbe cf. Stephan. byz. mox de urbe Arcadiae narrantur. *Deinde sucoisae arbores* quae novos surculos agunt. retulit Plin. N. H. XXXI, 4. ibiq. intpp. Substitisse Plin. l. l. explicat, cessasse fontes amnesque, qui in eo situ multi erant. Theophrastum

4. De Arcadia, Ἀρκαδίᾳ, quoque ex hoc loco vide-
Ἀρκάδες, urbe insulae Cre-
tae, idem ex eodem fonte
mus fontium causam in im-
bribus posuisse.

amnium originem accesseris. Flumen nempe fecit copia ^a cuiusque aquae perennis. Ergo si quaeris a me, quomodo aqua fiat: interrogabo invicem, quomodo aér fiat, aut terra. Si rerum elementa sunt quatuor, non potes interrogare unde aqua sit:
2 quarta enim pars est naturae. Quid ergo miraris, si rerum naturae portio tam magna potest ex se semper aliquid effundere? Quomodo aér, et ipse quarta pars mundi, ventus et auras movet, sic aqua rivos et flumina. Si ventus est fluens aér, et flumen est fluens aqua. Satis multum illi virium dedi, quum dixi, elementum est. Intelligis, quod ab illo proficiuntur, non posse deficere.

XIII. Aqua, ait Thales, valentissimum elementum est: hoc fuisse primum putat, ex hoc surrexisse omnia. Sed et nos quoque aut in eadem sententia,
^b aut in ultima sumus. Dicimus enim ignem esse,
qui

a. *cuiusque*. Sic Fortunatus, quocum fere consentit Erasmus et duo codd. Grut. Muretus: *cursusque*. Sed *cursusque* non requiritur, notione currendi et profluendi iam in voce *perennis* expressa. Sufficit, copiam aquae perennis facere flumen.

a. *aut in ultima*. Haec omnium codd. et edd. scriptura, in qua noli quidquam mutare. Dudum quidem, ait Grut., suspi-

C. 12. Continuatio. **i.** *Si* C. 13. Aqua rerum princi-
rerum — naturae. Natura cipium et quomodo iuxta
i. e. mundus qui elementis Thaletem et Stoicos. — **i.**
quatuor continetur. Cf. Tie- *Aqua — est*. Quomodo
demann Syft. der st. Phil. II, haec Thales intellexerit, non
p. 67 sq., qui tamen non eo extra omnem dubitationis
iudicio, quo haec exigi et ex- aleam positum est. Certe
poni debent, rem expediisse Aristoteles Metaphys. I, 3.
dicendus est. *Quomodo To. II. p. 1229. mythicis de*
aer — mundi: nam omnia mundi ortu notionibus to-
in omnibus sunt. cf. cap. tam Thaleis sententiam tri-
X, 3. buit, eo minus ad liqvidum
ducen-

qui occupet mundum, et in se cuncta convertat. Hunc evanidum considere, et nihil relinqu aliud in rerum natura, igne restincto, quam humorem: in hoc futuri mundi spem latere. Ita ignis exitus mundi est, humor primordium. Miraris amnes ex hoc posse exire semper, qui pro omnibus fuit, et ex quo sunt omnia? Hic humor in diductione rerum ad quartas redactus est, sic positus, ut fluminibus edendis sufficere, ut rivis, ut fontibus posset. Quae sequitur, Thaletis inepta sententia est.

Ait L 5

enim,

suspicabar clarius: *aut in vicina sumus*: nunc nihil tento contra manuscriptos, neque vero opus est.

ducendam, quoniam nullum stincte exposita, eo ducen-
aqua sustinetur: et in hanc atque illam partem non tantum vento impellitur, sed et aura. Nec unquam illi per diem et noctem in uno loco statio est: adeo movetur levi flatu. Huic duplex causa est. Aquae gravitas medicatae, et ob hoc ponderosae; et ipsius insulae materia vectabilis, quae non est corporis solidus, quamvis arbores alat. Fortasse enim leves truncos, frondesque in lacu sparfas, pinguis humor apprehendit, ac vinxit. Itaque etiam si qua in illa saxa sunt, invenies exesa et fistulosa: qualia sunt quae duratus humor efficit, utique circa medicatorum fontium rivos: quae ubi purgamenta aquarum coaluerunt, ex spuma solidantur. Necessario leve est, quod ex ventoso inanique concretum est. Quarundam causa non potest redi, quare aqua Nilotica foecundiores feminas faciat, adeo ut quarundam viscera longa sterilitate praeclosa, ad conceptum relaxaverit: quare quaedam in Lycia aquae conceptum feminarum custodiant, quas solent petere, quibus parum tenax vulva est. Quod ad me attinet, pono ista inter temere vulgata. Creditum est, quasdam aquas scabiem afferre corporibus, quasdam vitiligenem,

turbi quem vocant generi, — 9. *Quorundam — vul-*
e schoeno marisco, confer- gata. Quae Nilo et Lyiae vis, fucis et similibus planis aquis tribuuntur, pro fabulis palustribus composito orlis habet quidem Seneca, sed tum suum has insulas ple non video, quidni illis vim rumque debere. *Saxa —* solvendi duritatem, his ro-
exesa et fistulosa: eo per- borandi infirmitatem inesse tinent pumices, lapides na voluerit. Gangi quoque, In- tantes etc. In primis con diae celeberrimo fluvio, ean- ferri meretur de tota hac dem inesse potestatem, om re Deutsche Encyclopaedie nes Indiae incolae, qui Hin- Vol. XVII. Insel p. 606 ss. dus vocantur, uno ore cele ubi et nostri loci fit mentio. brant. De pluribus fluviis idem

nem, et foedam ex albo varietatem, sive infusa sive pota sit. quod vitium dicunt habere aquam ex rore collectam. Quis non gravissimas esse aquas credat,¹⁰ quae in crystallum coëunt? Contra autem est: tenuissimis enim hoc evenit, quas frigus ob ipsam tenuitatem facillime gelat. Unde autem fiat eiusmodi lapis, apud Graecos ex ipso nomine appetet: *κρύσταλλον* enim appellant aequa hunc perlucidum lapidem, quam illam glaciem, ex qua fieri lapis creditur. Aqua enim coelestis minimum in se terreni habens, quum induruit, longioris frigoris pertinacia spissatur magis ac magis: donec omni aëre excluso in se tota compressa est, et humor qui fuerat, lapis effectus est.

XXVI. Aestate quaedam flumina augentur, ut Nilus: cuius alias ratio reddetur. Theophrastus est

N 2 auctor,

idem tradit Plin. N. H. Stoicis propria fuit, quam XXXI, 2. — 10. Fidem de quam Aristoteles quartam *il-crystalli* lapidis origine, iam ab Heraclito inventam quam Seneca affert, penes deriserat refutaveratque Me-auctorem esse per se patet. teorol. II, 2: qua in re Ze-Praefstat enim haud dubie no et eius proximi succel- credere, eadem ratione il-lores haud culpandi sunt, lum oriri, qua lapides reli- quippe qui cum Aristotelis qui nascuntur. *Κρύσταλλος* tum Theophrasti libris, tunc est nostrum crystal de roche, apud Nelei haeredes Scepfi-edler Quarz, Bergcrystall, de, urbe Troadis, adhuc de-species terrae siliceae. Cf. litescentibus, caruerunt: non Blumenbach. Handbuch der item posteriores Stoae asse-Naturgesch. ed. VIII. p. 551. clae, qui his libris uti pote-

C. 26. Cur aestate flu-rant, et usi sunt, sed intermina quaedam augentur? dum rationes perquam in-^{1.} *cuius* — *reddetur*. Li- eptas et haud raro recte debro proxime sequente. Theo- risas firmiter tenuerunt. Ce-phrasti liber, e quo Seneca terum mirari licet, quod gra-haec sumit, in deperditis vissimam causam crescentium est. Prima et quarta causa aestate amnium Ponti, e. c.

Saga-

auctor, in Ponto quoque quosdam amnes crescere tempore aestivo: quatuor autem esse iudicant causas. Aut quia tunc maxime in humorem mutabilis terra est: aut quia maiores in remoto imberes sunt, quorum aqua per secretos cuniculos reddita, tacite suffunditur. Tertia, si crebrioribus ventis ostium caeditur, ^a et reverberatur fluctu, amnis restitit: qui crescere videtur, quia non effunditur. Quarta ² ratio est siderum. Haec enim quibusdam mensibus magis urgent, et exhauriunt flumina: quum longius recesserunt, minus consumunt atque trahunt. Itaque quod impendio solebat, id incremento accedit. Quaedam flumina palam in aliquem specum decidunt, et sic ex oculis auferuntur: quaedam consumuntur paulatim, et intercidunt: eadem ex intervallo revertuntur, recipiuntque et nomen et cursum.

^{a.} *et reverberatur fluctu, amnis restitit.* Sic Erasmus et omnes codi., nisi quod nonnulli *restitit* habent. Optime annotat Gronovius, Senecam intellectu fluctum maris, qui reverberet ostium fluvii, non reverberetur: et confert IV, 2, 20. Itaque et Pinciani emendat. *et reverberato fluctu maris restitit, et Gruteri, et reverberatus fluctu amnis restitit* supercedeamus. Mox impendio a Pinciani libris est, duobusque Gruteri: at Erasmus *impendere*: pal. quart. *impedire*. Acutior est recepta lectio.

Sagaris, Parthenii, quae nivis *que quod impendio*, diminuit monte Caucaso Tauroque, nitione fluviorum accedere unde fluvii Ponti oriuntur, *solebat, id* etc. *Quaedam* liquatione constat, omiserit. — *auferuntur*, e. c. Rhoda. Scire autem eam poterat, nus, Polyb. XVI, 17. Oxus quum esset notissima. *Ter-* Polyb. X, 48 etc. *quaedam tia — restitit*, ut Tiberis — *intercidunt*, e. c. Rhenus. Horat. Carm. I, 2, 9. *retor- eadem*, quae palam in alitis litore Etrusco violenter quem specum decidunt. — undis. ^{2.} *Haec etiam qui-* 3. Versus sunt Ovidii Metam. *busdam mensibus*, ut sol, XV, 276. *Lycus Phrygiae Junio, Julio, Augusto. Ita-* fluvius, Strabo XII. p. 237. *lips.*

sum. Causa manifesta est, sub terra vacat locus. 3
 Omnis autem humor natura ad inferius, et ad in-
 ane defertur. Illo itaque recepta flumina cursus
 egere secreto: sed quum primum aliquid solidi,
 quod obstaret, occurrit, perrupta parte, quae minus
 ad exitum repugnabat, repetiere cursum suum.

*Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu,
 Exsistit procul hinc, alioque renascitur ore.
 Sic modo combibitur, tacito modo gurgite lapsus,
 Redditur Argolicis ingens Erasinus in undis.*

Idem et in Oriente Tigris facit: absorbetur, et de- 4
 sideratus diu, tandem longe remoto loco, non ta-
 men dubius an idem sit, emergit. Quidam fontes
 certo tempore purgamenta eiectant: ut Arethusa in
 Sicilia, quinta quaque aestate per Olympia. Inde
 opinio est, Alphaeon ex Achaia eo usque penetrare,
 et agere sub mare cursum, nec ante quam in Sy-
 racusano litore emergere. Ideoque iis diebus qui-
 bus Olympia sunt, victimarum stercus secundo tra-
 ditum flumini illic redundare. Hoc et a te tradi- 5

N 3 tum

lips. *Erasinus* fluvius Arca- tempore, quo ludi Olympici
 diae, Strab. VIII. p. 222 sq. — celebrabantur: siebat autem
 4. 5. *Idem in Oriente Ti-* hoc quinto quoque anno,
gris facit. Cf. Plin. N. H. mense Julio. Cf. Scaliger
 VI, 27, ubi de flumine Ti- de emendat. temp. p. 37.
 gri ex professo exponit, et Versus *Virgili* est Eclog. X,
 eruditissimus Danvillii liber 4. not. secundo traditum
 L'Euphrate et le Tigre p. *flumini*, Alpheo. Haec pur-
 73—109 (Paris. 1781. 8.), *gamenta* fontium, fluviorum
 qui doctissimum censem et lacuum nostri quoque
 nactus est in Ephemerid. lit. physici observarunt, naturali
 Gottingens. anni 1782 Ad- tamen adiecta explicatione.
 ditam. nr. VI. De *Arethusa* Nam plantis palustribus, e. c.
 idem narrat Aristotel. mir. confervis, emortuis et putre-
 aufsc. c. 186. ibiq. Io. Beck- scentibus aqua turbatur for-
 mann. per Olympia i. e. eo deinde, donec in litus ei-
 ciuntur,

tum est ^b in poëmate, Lucili carissime, et a Virgilio, qui alloquitur Arethusam:

Sic tibi cum fluctus subter labere Sicanos,

Doris amara suam non intermisceat undam.

Est in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post magnum intervallum temporis, foeda quaedam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatusque est.

6 Hoc quibusdam locis fontes faciunt, ut non tantum lutum, sed folia, testasque, et quidquid putre iacuit, expellant: ubique autem facit mare: cui haec natura est, ut omne immundum stercorosumque litoribus impingat. Quaedam vero partes maris id certis temporibus faciunt: ^c ut circa Messanam et

Mylas

- b. *in poemate.* Sic Mureti editio, ex ingenio editoris profecta: nam codd. et edd. habent, *Et hoc etiam s. et a te traditum s. creditum est, ut in prima parte Lucili carissime.* Titulus itaque poematis periisse videtur, qui in voce *Lucili* fortasse latet. Forsan fuerit: *parte Siciliae, carissime.* Pluribus autem poematis haec in memoraverit: quare noster posuit *ut*, i. e. exempli causa. Sic lucraremur poema Lucilii, *Sicilia* inscriptum, in quo, quod aliunde scimus, de Siciliae memorabilibus agere instituerat, cf. Ep. 79 init. et praefat. Tom. II. praemissam nostrae edit. Legendum itaque esse videtur: *Et hoc etiam a te traditum est, ut, in prima parte Siciliae, carissime, et a Virg.* Hinc efficeretur, carmen illud, quod Ep. 79, 5. memoravit, revera compositum esse. Ceterum *L* et *S* a libriis confundi solere constat. In talibus locis Gronovium semper fere tacuisse merito mireris. Nam etiam si nullam huius vulneris medicinam excogitasset, tamen emblemata illud Mureti supposititum eum indicaffe oportuit.
- c. *ut circa Messanam et Mylas simo quiddam simile turbulentum in litus mare profert.* Ita Erasmus e coniectura

ciuntur, quibus stercoris loco *foedo*. Cf. de hoc loco Var. utuntur. Nostrates dicunt: Lect. Fere eadem verba lacus floret. *Et in cherso-* habet Plin. N. H. II, 98: *nese Rhodiorum*, in oppo- Circa Messanam et Mylas sita Caria: cuius memine- mo similia expuuntur: un- runt alii veteres, e. c. Plin. de fabula, Solis boves ibi XXXI, 2. fin. — 6. *ut cir- stabulari.*
ca Messanam et Mylas —

Mylas fimo quiddam simile, turbulentum in litus mare profert, fervetque et aestuat, non sine odore foedo. Unde illic stabulare Solis boves, fabula est. Sed difficilis ratio est quorundam: utique ubi tempus eius rei, de qua quaeritur, inobservatum et incertum est. Itaque proxima quidem inveniri et 7 vicina non potest causa, ceterum publica est illa: Omnis aquarum stantium clausarumque natura se purgat. Nam in his quibus cursus est, non possunt vitia confistere, quae sua vis defert et exportat. Illae quae non emittunt quidquid infudit, magis minusve aestuant. Mare vero cadavera, stramentaque, et naufragorum reliquiis similia, ex intimo trahit, nec tantum tempestate fluctuque, sed tranquillum quoque placidumque purgatur.

XXVII. Sed monet me locus, ut quaeram, quum fatalis dies diluvii venerit, quemadmodum magna

N 4 pars

ctura haud improbabili Fortunati, qui e lectione codd. *fimū quidem sile*, vel, *similem turbulentum*, vel, *turbulentae luis*, vel, *avis m. p.*, Plinii N. H. II, 98. attendens noltram lectionem excusperit. Pincianus emendaverat: *fimū quendam similem purgamentis m. p.* Temporis definitionem hic exspectares positam. Nec Strabo VI, 2, 3 Lipf. opem ferre potest: de opposito Tauromenitani litore simile quid commemoravit. Sed locus noster, si tamen a Senecae manu est, iam mature tam deturpatus est, ut cod. pal. quart. verba, *fimo — aestuat*, proflus omittat. Nec video, cur hae voces interpositae magnopere desiderentur, in praegressis quippe satis clare expositae. Quin, si quae sentiam libere profiteri licet, parum abest, quin credam, totam hanc ḡῆστιν e Plin. N. H. II, 98. huc translata esse ex ora codicis antiquissimi, ubi vir doctus quidam eam adnotasset. Mox quae sua vis omnium codd. et edd. est scriptura, praeter Mureti, qui dedit, *secunda vis d.*

C. 27. Causae diluviorum corum recentiorum, Plato et exundationum. Quae de nem De Legg. III. init. Tim. *diluvio* s. cataclysmo, quo passim, (coll. Aristot. Meteorterram aliquando obrutum rol. I, 14. Cic. in Somn. iri docet, hic leguntur, Stoic. Scip. c. 7. ibique Macrob.

II,

pars terrarum undis obruatur. Utrum Oceani viribus fiat, et externum in nos pelagus exsurgat: an crebri sine intermissione imbræ, et, elisa aestate, hiems pertinax immensam vim aquarum ruptis nubibus ^a deruat: an flumina tellus largius fundat, aperiaturque fontes novos: aut non sit una tanto malo causa, sed omnis ratio consentiat, et simul imbræ cadant, flumina increscant, maria sedibus suis

a. *deruat*. Sic omnes codd. et Erasmus, qui tamen alias legi notavit, *deiciat*.

II, 10. Lucret. V, 340 sq.) Stoicismi egregie disputavit imitantium, dogma fuisse Conzius, professor literar. credere licet. Veteres enim bonarum Tubingae, in Ab-Stoae tum conditores tum handlungen für die Gesch. affæclæ igne omnia interi- und das Eigenthümliche der tura statuerunt, Heraclitum spätern stoischen Philoso-haud dubie sequuti. Sensim phie. Tubingae 1794. 8. — autem posteriorum Stoico- 1. *Utrum Oceani* etc. Quae rum haud paucos ab anti- sub Oceano intelligat au- quiore Zenonis Chrysippive ctor, memineris ex cap. disciplina descivisse et mox XXII, 1. huius libri. *hiems*, alia ex aliis philosophorum de anni tempore cogites ve-scholis mutuatos esse et Sto- him, quo in regionibus au-cismo immiscuisse constat, in stralibus loco glaciei et ni-quibus et hic cataclysinus vis pluviae continuæ ca-fuit. Quare mirari merito dunt, ipsa etymologia iuvan-licet, quod Tiedemannus, *te*, quae ab *υω* vocem deri-egregius nuper tum auctor vare iubet. — 2. *aut non* historiae philosophiae, tum *sit* etc. Coniunctio *aut* hic et ipse philosophus haud locum suum tuetur: in sup-spernendus, dubitavit, utrum positionibus enim, aut dis-hoc dogma Stoae proprium iunctis oppositionibus post fuisset (Geist der stoischen utrum, an, sequi non potest Philof. II. p. 467.). Brucke- autem, vel, sed *an*. Cf. rus autem, qui etiam hoc Drakenborch. ad Liv. II, 40, dogma Zenoni tribuit, Hist. 6. II, 8, 8. V, 3, 7. Spal-erit. phil. I. p. 945. non au-ding. ad Quintil. I, 5, 49. diendus est. De mutatione Spectant haec ad c. XXVI, 1.

Ad

fuis excita percurrent, et omnia uno agmine ad exitium humani generis incumbant. Ita est. Nihil difficile est naturae, utique ubi in finem sui properat. Ad originem rerum parce utitur viribus, dispensatque se incrementis fallentibus: subito ad ruinam toto impetu venit. Quam longo tempore³ opus est, ut conceptus ad puerperium ^b perduret infans, quantis laboribus tener educatur? quam diligenti nutrimento obnoxium novissime corpus adolescit? at quam nullo negotio solvit? Urbes constituit aetas: hora disolvit. Momento fit cinis: diu silva. Magna tutela stant ac vigent omnia: cito ac repente disfiliunt. Quidquid ex hoc statu⁴ rerum natura flexerit, in exitium mortalium satis. Ergo quum affuerit illa necessitas temporis, multa simul fata causas movent: nec sine concussione mundi tanta mutatio est, ut quidam putant, inter quos Fabianus est. Primo immodici cadunt imbres,

N 5

et

^{b.} *perduret.* Omnes fere sic codd. Reduxi Grutero prae-eunte. Olim vulgata et Erasmi: *perducatur.*

Ad originem — dispensat- studeant leges naturae co- que sui curam habet. *fal-* gnoscere, iisque se resque *lentibus* clandestinis — ve- suas accommodare! Loca nit. Argutius haec quam hoc dogma Stoae probantia verius dicta esse videntur: collegit Tiedemannus Geist nam ut deleat aliquid na- der specul. Phil. II. p. 536. tura, aequa praeparatione 543 sq., quem tamen mire- opus est ei, ac ut procreet. *ris* sibi tantopere adversari, Natura autem sapientissima ut quae alio loco probet, gradatim in omnibus quae alio refutet, e. c. p. 449. — providet procedere, saltum- 4. Serv. Flav. Papirius *Fa-* que quem dicimus morta- *bianus* inter Senecae docto- lem, evitare amat. Caveant res insignis Stoicus, quem modo homines, ne vim affe- summo loco habebat, et rant rebus, sibi aliisque, et propter philosophiae atque elo-

et sine ulla solibus triste nubilo coelum est; nebulaque continua, et ex humido spissa c caligo, nunquam exsiccantibus ventis. Inde vitium satis, et segatum sine fruge surgentium marcor. Tunc corruptis quae feruntur manu, palustris omnibus campis herba succrescit: mox iniuriam et validiora sensere. Solutis quippe radicibus, arbusta procumbunt et vitis; atque omne virgultum non tenetur solo, quod molle fluidumque est: iam nec gramina aut pabula laeta aquis sustinet, fame laboratur, et manus ad antiqua alimenta porrigitur; quare ilex et quercus excutitur, et quaecunque in his arduis arbor commissura astricta lapidum stetit. Labant ac madent tecta, et in imum usque receptis aquis fundamen-

c. *caligo*. Sic optimi codd. Grut., non, *caligine*. Probaverat Gruterus. Alii, *exsiccantibus venis*: sed *ventis* praefat. Deinde, *mox iniuriam et validiora sensere* vulgata est et bona. Cod. Colon. *mox in ruinam et valetudinaria senescere*: adscriperat Grut., probante postea Gronovio, nihil elegantius, si modo scribamus *validiora*: quam Gruteri coniecturam pro lectione Cod. Col. habuit Gron.

eloquentiae studium et fa- antiqua et nota fama est, mam saepe celebrabat. Quae eaque haud dubia, quando- hic laudantur, ea in Fabiani quidem dulces atque ad libris Naturalium caesarum, edendum et affervandum unde Plinius quoque multa aptiores sunt species non- hausit, occurrisse videntur. nullae quercuum regionum cf. ad Consolat. ad Marciam australium; etiamnunc in Hi- c. XXIII, 3. — 5. et ma- spania, Lusitania etc. comediu- nus ad antiqua — stetit. solitae. Loca veterum hac Glandibus quercus, fagorum, de re collegit Meursii ad Ly- castanearum, nucum (δρυσ), cophron. 483. et Io. Matth. αὐροδρύοις) vesci (βαλανηφα- Gesneri ad Claudian. p. 578 γεῖν) solitos esse homines, sq. diligentia, e. c. Herodot. priusquam politiores cultu- I, 66. Moschion ap. Stob. ram agri reperissent, ideo- Ecl. phyl. p. 240 sq. Heer. que ante aevum heroicum, Vitruv. II, 1. Virgil. Ge. I,

damenta desidunt, ac tota humus stagnat: frustra titubantium fulera tentantur. Omne enim fundamentum in lubrico figitur, et lutofa humo nihil stabile est. Postquam magis magisque nimbi ingruunt, et congestae seculis tabuerunt nives, devolutus torrens altissimis montibus rapit silvas male haerentes, et saxa revolutis remissa compagibus rotat. Abluit villas, et intermixtos ovium greges devehit; 7 vulsisque minoribus tectis, quae in transitu abduxit, tandem in maiora violentus oberrat. Urbes, et implicitos trahit moenibus suis populos, ruinam an naufragium querantur, incertos: adeo simul, et quod opprimeret, et quod mergeret, venit. Auctus deinde processu aliquo in se torrentibus raptis plana passim populatur. Novissime ruina magna gentium clarus onustusque diffunditur. Flumina vero suapte 8 natura vasta, et tempestatibus rapta, alveos reliquerunt. Quid tu esse Rhodanum, quid putas Rhe-
num,

d. *revolutis.* Gronov. emend. *resolutis.* Lib. IV, 2. signorum coagmenta solvuntur. Sed vulgata habet quo defendatur. Mox *Auctus deinde processu aliquot in se t. legere nos iubet:* quamquam et vulgata bona est. Denique malit, *latissima velut per angustum aquis implet.* Ingeniosa sunt haec conamina, sed non ita necessaria, ut vulgatam lectionem deferamus. Librarii sunt emendandi et in ordinem cogendi, non auctores, quorum scripta edimus atque tractamus.

148. Ceterum cuilibet pectoris suffecisset. Ingenium tere puto, Senecam uti alias in his cum Quintiliano addita hic rhetorem agere malle miramur, iudicium desider quam philosophum, ideoque ratus. — 7. *auctus sc. torsingulis exornandis et de-rens. plana* opponuntur urscribendis libenter immobibus, agros: quamquam hirari. Universa et ea brevis iam in antegressis memorati calamitatis designatio consi-funt. Sed copia superflua auctoris et desiderio le-totam hanc descriptionem laborare

num, atque Danubium, quibus torrens etiam in canali suo curfus est, quum superfusi novas sibi fecere ripas, ac scissa humo simul excessere alveo? Quanta cum praecipitatione volvuntur, ubi per campestria fluens Rhenus, ne spatio quidem languidus, sed latissime velut per angustum aquas implet?

9 Quumque Danubius non iam radices nec media montium stringit, sed iuga ipsa solicitat, ferens secum madefacta montium latera, rupesque deiectas, et magnarum promontoria regionum, quae fundamentis laborantibus a continente recesserunt? Deinde non inveniens exitum, omnia enim sibi ipse praecluserat, in orbem redit, ingentemque terrarum ambitum atque urbium uno vortice involvit. Interim permanent imbræ, fit coelum gravius, ac sic rodii malum ex malo colligit. Quod olim fuerat nubilum, nox est: et quidem horrida et terribilis, intercussu luminis diri. crebra enim micant fulmina, procellæ quatiant mare: tunc primum auctum fluminum accessu, et sibi angustum, iam promovet litus: non continetur suis finibus, sed prohibent exire torrentes, aguntque fluctus retro: pars tamen maior, ut maligno ostio retenta, restagnat, et agros in formam unius lacus redigit. Iam omnia, quae 11 prospici possunt, aquis obsidetur. Omnis tumulus in profundo latet, et immensa ubique altitudo est. tantum in summis montium iugis vada sunt. In ea excel-

borare apparet. — 9. *Quum-* Nam vix fieri potest, ut sine que *Danubius*. Hic exspe- terrae tremoribus, et qui ctaffes, concussionis mundi, eos comitari solent, ignibus cuius supra §. 4. meminit, e terra propulsis, tales rui- coll. c. XXIX. etiam men- nae existant. Quo recte re- tionem fieri, ut maiorem spexit Ovidius Metam. I, 283. descriptioni fidem faceret. Humidam autem sicciamque viam,

excelsissima cum liberis coniugibusque fugere, actis ante se gregibus: direntum inter miseros commercium ac transitus: quoniam quidquid submissius erat, id unda complevit. Editissimis quibusque adhaerebant reliquiae generis humani: quibus in extrema perductis, hoc unum solatio fuit, quod transferat in stuporem metus. non vacabat timere mirantibus: ne dolor quidem habebat locum. Quippe¹² vim suam perdit in eo, qui ultra sensum mali miser est. Ergo insularum modo eminent montes, et sparsas Cycladas augent, ut ait ille poëtarum ingeniostissimus egregie, sicut illud pro magnitudine rei dixit:

*Omnia pontus erat: deerant quoque litora ponto.
nisi tantum impetum ingenii et materiae ad pueriles ineptias reduxisset.*

Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones.
Non est res satis sobria, lascivire devorato orbe ter-¹³rarum. Dixit ingentia, et tantae confusionis imaginem cepit, quum dixit:

Exspatiata ruunt per apertos flumina campos.

— — Pressaeque labant sub gurgite turres.

Magnifice hoc, si non curavit, quid oves et lupi faciant. Natari autem in diluvio et in illa rapina potest? aut non eodem impetu pecus omne, quo raptum erat, mersum est? Concepisti imaginem quantam debebas, obrutis omnibus terris, coelo ipso in terram ruente. Perfer. Scies quid deceat, si cogita-

viam, ut recentiores Geologi Versus reprehensus est ibi loquuntur, coniungi solere a 304. Sequens est 285. 290. natura constat, si quas mutationes eiusmodi violenter progignere voluerit. — Eadem ratione Horatium tationes eiuscemodi violentas quoque Carm. I, 2, 7 sq. esse a Porphyrio vituperatum 12. ut ait ille poetarum — constat: cf. ibi Mitscherlich. dixit Ovid. Metam. I, 292. amiciss.

gitaveris orbem terrarum natare. Nunc ad propositum revertamur.

XXVIII. Sunt qui existiment, immodicis imbris vexari terras posse, non obrui. Magno impetu magna ferienda sunt. Faciet pluvia segetes malas, fructum grando decutiet, intumescent rivis flumina: sed resident. Quibusdam placet moveri mare, et illinc causam tantae cladis arcessi. Non potest torrentium, aut imbrium, aut fluminum iniuria fieri **2** tam grande naufragium. Ubi instat illa pernicies, mutarique genus humanum placuit, fluere assiduos imbres, et non esse modum pluviis concesserim, superillis aquilonibus, et flatu siccio: austris nubes et imbres et amnes abundare.

— — *Sed adhuc in damna profectum est.*

Sternuntur segetes, et deplorata colonis

Vota iacent, longique perit labor irritus anni.

Non laedi debent terrae, sed abscondi. Denique quum per ista prolusum est, crescunt maria, sed super solitum, et fluctum ultra extremum tempestatis maximae vestigium mittunt. Deinde a tergo ventis ^a urgentibus, ingens aequor evolvunt, quod longe a conspectu interioris litoris frangitur. Deinde ubi litus his prolatum est, et pelagus in alieno

con-

a. urgentibus. Hanc praeclaram Gronovii emendationem recipiendam duxi. Nam venti non *surgere* poterant, quum iam antea

C. 28. Continuatio. 1. Duas duas esse sententias haud duopiniones de origine huius dibitem. — 2. Versus Ovidii luvii exponit. Prima est, plu- Metam. 1, 273 sq. Prioris vias non sufficere huic cala- versus auctor non succurrit. mitati: secunda obiicit, mare — 3. *Deinde ubi litus — adhuc moveri ad hanc tan- recessu maris.* Quod cap. tam cladem efficiendam. Re- XXII. oceanum vocabat, hic centiorum Stoicorum has aestum ex ino recessu maris pro-

constitit, velut admoto malo cominus procurrit aestus ex imo recessu maris. Nam ut aëris, ut aetheras, sic huius elementi larga materia est, multoque in abdito plenior. Haec fatis mota, non aestu, nam aestus fati ministerium est, attollit vasto sinu fretum, agitque ante se. Deinde in miram altitudinem erigitur: et illis tutis hominum receptaculis supereft. Nec id aquis arduum est, quoniam aequo terris fastigio b ascenderent, si quis excelsa perlibret. Maria paria sunt. Nam par undique sibi ipsa tellus est. Cava et plana undique inferiora sunt. Sed istis adeo in rotundum orbis aequatus est, in parte autem eius-*et* maria sunt, quae in unius aequalitatem pilae coëunt. Sed quemadmodum campos intuentem, quae paulatim devexa sunt, fallunt, sic non intelligimus curvaturas maris, et videtur planum

antea austris dixisset nubes et imbres et amnes abundare. Sed urgere debent. Mox *Deinde ubi litus his prolatum e.* Sic omnes codd. et edd. praeter Muretum, qui dedit, *bis terque.* b. *ascenderent e cod. Col. assunsi,* suadente quoque sententiae nexu, quo quidem permotus punctum post *ascenderent* fustuli, et post *perlibret* posui. Antea *ascenderet.* Gron. emend. *ascendunt.*

procurrentem appellat: aliud de I, 10. et Strabone paßim aquarum genus, quod Stoici ex Eratosthene observantistatuebant coepisse cum munibus, Plinio autem N. H. 11, do. — 4. *Nec id — ascenderent, si quis excelsa per-* 64, ultra quam decebat clasper, *et* *mathemalibret,* geometriae ope, intitiae non imperitum, hanc primis dioptris et gnomone: rem in dubitationem vocantales altitudinum mensurante. Iam quum in orbis partiones nunc fieri solere bat etiam sint maria, sequitur, ea rometris constat. Quum ter quoque esse paria. Sphaera pilae similis sit, eam sibi ricam porro maris esse forundique parem esse oportet: iam Aristoteles de Coelo II, nec cava et plana terrae 4. aliquie observaverant. Cf. quidquam ex illa rotunditate Schneider ad Eclog. phys. demunt, recte iam Cleome- p. 157 sq. et Koeleri Allgemeine

num quidquid appareat: at illud aequale terris est. Ideoque ut effluat, non magna mole se tollet: dum satis est illi, ut supra paria veniat, leviter exsurgere: nec a litore ubi inferius est, sed a medio, ubi 6 ille cumulus est, defluit. Ergo ut solet aestus aequinoctialis, sub ipsum lunae solisque coitum, omnibus aliis maior undare: sic hic qui ad occupandas terras mittitur, solitis maximisque violentior, plus aquarum trahit: nec antequam supra cacumina eorum, quos perfusurus est, montium crevit, devolvitur. Per centena millia quibusdam locis aestus 7 excurrit innoxius, et ordinem servat. Ad mensuram enim crescit, iterumque decrescit. At illo tempore solutus legibus, sine modo fertur. Qua ratione, inquis? Eadem, qua conflagratio futura est. Utrumque fit, quum Deo visum ordiri meliora, vetera finiri. Aqua et ignis terrenis dominantur. Ex his ortus, et ex his interitus est. Ergo quandoque placuere res novae mundo, sic in nos mare

meine Geograph. der Alten *coitum*, nos vocamus con-
I. p. 145 sq. -- 6. *Ergo ut iunctionem*, Graeci συγ-
solet — undare. Romani in γιαν, novilunii tempus, luna obsermando maris aestu ma- in solis radiis delitescente. —
iores quam Graeci progressus 7. *Eadem — futura est.*
secere, quippe qui praeter Antiqui Stoici ex igne et
mare mediterraneum, ubi per ignem omnia creata cre-
aestus effectus neque sunt fa- dentes Heraclito suo fideles,
tis regulares, neque magni, etiam igne, ἐκπυρώσει, omnia
etiam mare atlanticum s. deletum iri statuerunt: po-
Oceanum noverant. Egregia steriores s. recentiores aquae
est huius rei descriptio apud quoque magnum in terram
Plin. II, 97. Ibi ait: paribus imperii momentum adscri-
intervallis reciproci (aestus pfisse constat. Cf. Brucker I,
maris) senisque semper horis p. 945. Tiedemann Geist der
non cuiusque diei aut noctis spec. Philos. II, p. 466 sq.
aut loci, sed aequinoctiali- Lipsii Phyl. Stoic. II, 22.
bus etc. *sub lunae solisque*

mare emititur desuper, ut fervor ignis, quum aliud genus exitii placuit.

XXIX. Quidam existimant terram quoque concuti, et dirupto solo nova fluminum capita detegere, quae amplius ut e pleno profundant. *Berosus*, qui Belum interpretatus est, ait cursu ista siderum fieri: et adeo quidem affirmat, ut conflagrationi, atque diluvio, tempus assignet: arsura enim terrena contendit, quando omnia sidera, quae nunc diversos agunt cursus, in *Cancrum* convenerint, sic sub eodem posita vestigio, ut recta linea exire per orbes omnium possit: inundationem futuram, quum eadem siderum turba in *Capricornum* convenerit. Illic solstitium, hic bruma conficitur. Magnae potentiae signa: quando in ipsa mutatione anni momenta

C. 29. Continuatio. 1. *Qui fragmentum ex eius astrologiam — profundant.* His gicis petitum esse videtur, annumerat Fabianum c. conversis ex opere, ut vide XXVII, 4. ideoque Stoico-tur, Belo consecrato. *quando rum recentiorum, non unius omnia — cursus, planetae, Senecae haec sententia fuit. in Cancrum, cuius partem Berosus* (*Βηρωστός*) Chaldaeum maxime et australis, qui Alexandri magni lem aestuofam et igneam, ut tempore ex annalibus in *Capricorni* humentem et *Beli*, cuius dei Babylonio-aqueam, credunt Astrologi. rum, fideralis doctrinae, ut Cf. Manil. III, 625 sq. 637 sq. perhibebant, auctoris, sacerdos dicitur, templo confe- Sermonem autem esse de coniunctione, quam vocant, eratis historiam Chaldaeae et in aprico est. *per orbes* Babylonis scripsit (*ο τὰ χαλ- omnium*, i. e. Fromondo δαινὰ πατι βαβυλωνιακὰ συγ- interprete, per corpora ipsa γραψάμενος) et astrologica, Sphaerica Planetarum: quod sive de astronomia et phisicis, si in eodem perpendiculari philosophumenis Chaldaeorum culo et semidiametro mundi composuit. Fragmenta col- disponantur. 2. *quando in legit I. A. Fabric. Bibl. gr. ipsa mutatione anni*, i. e. Vol. XIV. p. 175 sq. ed. vet. Fromondo interprete, quan- Brucker I. p. 129 sq. Hoc do virtutes causarum circa

menta sunt. Et istas ego receperim causas: neque enim ex uno est tanta pernicies: et illam quae in conflagratione nostris placet, huc quoque transferrendam puto, sive anima est mundus, sive corpus, natura gubernante, ut arbores, ut fata; ab initio eius usque ad exitum quidquid facere, quidquid pati debeat, inclusum est: ut in semine omnis futuri ratio hominis comprehensa est. Et legem barbae et canorum nondum natus infans habet: totius enim corporis, et sequentis aetatis in parvo occulto que lineamenta sunt. Sic origo mundi, non minus solem et lunam, et vices siderum, et animalium ortus, quam quibus mutantur terrena, continuit. In his fuit inundatio, quae non fecus quam hiems, quam aestas, lege mundi venit. Itaque non pluvia istud fiet, sed pluvia quoque: non incursu maris, sed maris quoque incursu: non terrae motu,

sed

Tropicos confluxerint, ubi in primis physiologiam expolitis termini sunt, et unde lire studuerunt, et incide reciprocat mutatque directe runt in nisum formativum, etum anni cursum. *sive* quem Blumenbachius egredit anima — corpus. Stoicos gie exposuit. Perspicacissime recentiores et nostrum dubi- iam huius doctrinae fundatasse videmus. Ignis quum menta iecerunt. Sic iam dupli sensu ap. Stoicos ca- Cleanthes Stobaei Eclog. peretur, primum pro intel- phyl. I. p. 372: ὥσπερ γὰρ ligentia summa, scilicet deo, na- ἐνός τινος τὰ μέρη πάντα tura, omnia penetrante, de- Φύεται ἐν σπερμάτων ἐν τοῖς inde pro elemento ipso: con- καθήνουσι χρόνοις, οὕτω fusio notionum quaedam in- οὐαὶ τῷ ὅλῳ τὰ μέρη, ὃν οὐαὶ de ortum duxit, quae illam τὰ ζῶα οὐαὶ τὰ Φυτὰ δύνται dubitationem creasse vide- τυγχάνει, ἐν τοῖς καθήνουσι tur. *natura gubernante* χρόνοις Φύεται. Omnia au- mundum. — 3. *canorum* tem a natura primum ita le- capillorum. *occulto que* se- ge firmissima et sapientissima mine. Vides hic dogma Sto- constituta sunt, ut iusto tem- eorum hand spernendum: pore et ordine eveniant.

sed terrae quoque motu. Omnia adiuvabunt natu-
ram, ut naturae constituta peragantur. Maximam
tamen causam, ad se inundandam, terra ipsa praesi-
stabit: quam diximus esse mutabilem, et solvi in
humorem. Ergo quandoque erit terminus rebus 5
humanis: quum partes eius interire debuerint, ab-
olerive funditus totae, ut de integro totae, rudes
innoxiaeque generentur, nec super sit in deteriora
magister: plus humoris, quam semper fuit, fiet.
Nunc enim elementa ad id, quod debetur, penfa-
funt. Aliquid oportet alteri accedit, ut quae li-
bramento stant, inaequalitas turbet: accedet humo-
ri. Nunc enim habet quo ambiat terras, non quo
obruat. Quidquid illi acceſſerit, necesse est in alien-
num locum exundet. ^a Undae ergo et terra non
minus debet, ut validiori infirma succumbat. In-6
cipiet ergo putrefcere, dehinc laxata ire in humo-
rem, et affidua tabe defluere. Tunc exſilient sub

O 2 mon-

a. *Undae ergo et terra non minus debet* etc. Sic rescribendum
fuerit Gron. In veneta est: *vide ergo ne terra debeat mi-*
nus. Accedit Erasmi edit. sec. sed tertia habet Fortunati
emendationem: *unde ergo terra habeat, minus ut validio-*
ribus infirma succumbat. At codd. mſſ.: *vide ergo ut*
terra non debeat minus.

5. *Ergo quandoque;* ali- nulla causa supersit, quae
quando, olim. Si quando doceat quasi elementa, in-
hic terminus terrenis accide- nocentia iam et intra men-
rit, tunc lege naturae plus suram et libramentum suum
humoris ex terra resolutum redacta, ferocire et aliis fe-
uerit, quam semper fuit, hostiliter superfundere. Fro-
aequalitate mixtionis ele- mondus. At nihil hic ele-
mentorum, quae nunc con- menta, sed hominum mores
fituita est, cessante. Cete- respicit Seneca; auctorem et
rum hanc terrae resolutio- exemplum sceleris intelligit.
nem in aquam nostris chemi- Gronovius. Recte. cf. c.XXX,
cis haud probari constat. 6 et 7. ubi homo inscius sce-
nec supersit — magister: lerum etc. locum nostrum il-

montibus flumina, ipsosque impetu quatent: inde aura tacita manabunt. Solum omne aquas reddet, summi scaturient montes, quemadmodum in morbum transeunt sana, et ulceri vicina consentiunt: ut quaeque proxima terris fluentibus fuerint, eluentur, stillabunt, et deinde current, et hiante pluribus locis saxo, per fretum salient, et maria inter
 7 se component. Nihil erunt Hadriatici, nihil Siculi aequoris fauces, nihil Charybdis, nihil Scylla. Omnes novum mare fabulas obruet, et hic qui terras cingit Oceanus extremas, veniet in medium. Quid ergo est? nihilominus tenebit alienos menses hiems, aestas prohibebitur, et quocunque terras sidus exsiccat, compresso ardore cessabit. Peribunt tot nomina, Caspium et Rubrum mare, Ambracii
 8 et Cretici sinus, Propontis et Pontus. Peribit omne discrimen. Confundetur quidquid in suas partes natura digessit. Non muri quenquam, non turres tuebuntur. Non proderunt templa supplicibus, nec urbium summa: quippe fugientes unda praeveniet, et ex ipsis arcibus deferet. Alia ab oceano,
 casu,

lustrant. 6. *aura tacita*, lae inde ab initii fere temleni, fluxa, quatenus aurae poris mythici fictae narratibus tacitus est mollis. Frobantur. Ibi enim fabularum mondus. *ethiante — saxo*, conditores incredibilia atque quod terra in aquam resolu- mirabilia locum habuisse finita, relictum est, ideoque gebant, ut ex Persei, Cirspatiū aquis currentibus fēces, Ulyssis etc. historia facit. Ex hoc loco aliisque bulari notum est. *Siculum* veterum sequitur, eos fun- *aequor*, h. l. mare quod adamentum quo terra nitatur, Miseno promontorio versus faxum esse credidisse: a qua insulam Siciliam patet. His opinione nec nostri abhor- storici aliquique siculum mare rent physici. 7. *Omnes* — vocare solent omnem illum *fabulas obruet*: quatenus aquarum tractum, qui in Side his adriatici siculique maritimam vergit. Cf. Burmann. ris faucibus etc. multae fabulae ad Phaedri fab. II, 5, 10.

casu, alia ab oriente concurrent: unus humanum genus condet dies. Quidquid tam longa fortunae indulgentia excoluit, quidquid supra ceteros extulit, nobilia pariter atque adornata, magnarumque gentium regna pessum dabit.

XXX. Sunt omnia, ut dixi, facilia naturae: utique quae a primo facere constituit; ad quae non subito, sed ex denuntiato venit. Iam autem a primo die mundi, quum in hunc habitum ex informi unitate discederet, quando mergerentur terrena, decretum est: et ne sit quandoque velut in novo opere dura molitio, olim ad haec maria se exercent. Non vides, ut fluctus in litora, tanquam exiturus, incurrat? Non vides, ut aestus fines suos transeat, et in possessionem terrarum mare inducat? Non vides, ut illi perpetua cum claustris suis pugna sit? Quis porro istine, unde tantum tumultum vides, metus est e mari, et magno impetu erumpentibus fluviiis? Ubi non humorem natura disposuit, ut undique nos, quum voluisset, aggredi posset? Mentior, nisi eruentibus terram humor

O 3

occur-

C. 3o. Fatorum et naturae necessitate lis diluvii et potes, ne mare et fluvii vio-
inundationibus factis rege- lenter erumpentes tibi no-
neratio et renovatio orbis re- ceant, quum tamen scias, a
centis post diluvium siet. primo mundi die haec sic
1. *Sunt — ut dixi, c. XXVII,* decreta esse, et ubique hu-
2. et aliis multis locis. *ex morem, in quem terra re-*
informi unitate, i. e. [ex solvi possit, nos cingere?
chao, in quo omnia elemen- *Mentior nisi, formula affir-
ta coagmentata ideoque uni- mandi, pro qua Ovidius ha-
ta, nondum separata iace- bet, mentiar nisi. Cf. praef.
bant.* 2. *Quis — fluviiis? Quis IV. libri, §. 8.* De elemen-
porro, i. e. igitur, tandem tis sermo est, quae uti se in-
metus tibi oriri potest *istinc*, vicem iuvare, ita ad exitium
ex illa regione, e mari et e mutuum conspirare credit

Se-

occurrit, et quoties nos avaritia aut defodit, aut aliqua causa penetrare altius cogit, eruendi finis 3 unda est. Adiice nunc, quod immanes sunt in abdito lacus, et multum maris conditi, multum flu-minum per opera labentium. Undique ergo erunt causae diluvio, quum aliae aquae subinfluunt terras, aliae circumfluunt, quae diu coercitae vincent, et amnes amnibus iungent, paludibus stagna. Omnia tunc mare ora fontium implebit, et maiore hiatu 4 solvet. Quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhaustur, quemadmodum eunt in sudorem vires: ita tellus liquefiet, et aliis causis quiescentibus, intra se, quo mergatur, inveniet. ^a Sic magna omnia coitura crediderim. Nec erit longa mora exitii. Tentatur divelliturque concordia, quum semel aliquid ex hac idonea diligentia remiserit mundus: statim undique ex aperto, ex abdito, superne, 5 ab imo aquarum fiet irruptio. Nihil est tam violentum et incontinentis sui, tam contumax, infestumque retinentibus, quam magna vis undae: uteatur libertate permissa, et iubente natura, quae scindit circuitque, complebit. Ut ignis diversis locis ortus, cito miscet incendium, flammis coire prope-rantibus: sic momento redundantia maria se com-6mittent. Nec ea semper licentia undis erit: sed peracto exitio generis humani, extinctisque pariter feris,

^a. *Sic magna omnia coitura.* Bene se habet haec lectio. At Gron. emendabat vel, *maria*, vel, *magna omnia ruitura*. Mox cum Gron. vocum traiectionem Pinciani reieci, et superne post *ex abdito*, non, quod ille volebat, ante collocavi.

Seneca: non, quo ille humum maxime recentiorum ius sententiae auctor sit ha- Stoicorum fuisse credere libendus, sed quod hoc docet. Omnia elementa coma cum omnis Stoae turbae, ibunt ad naturae istud decre-

feris, in quarum homines ingenia transierant, iterum aquas terra sorbebit: natura pelagus stare, aut intra terminos suos furere coget: et reiectus e nostris sedibus, in sua secreta pelletur Oceanus: et antiquus ordo revocabitur. Omne ex integro animal generabitur, dabiturque terris homo inscius scelerum, et melioribus auspiciis natus. Sed illis quoque innocentia non durabit, nisi dum novi sunt. Cito nequitia subrepit: virtus difficilis inventu est, rectorem ducemque desiderat. Etiam sine magistro vitia discuntur.

cretum explendum: unitas ad suum quiske morem rivedelletur etc. 7. *Omne ex* gide et, ut dicam, moraliter *integro* etc. Vides hic ean- convertentes, usos esse condem diluvii et exitii generis stat. *virtus difficilis* — humani causam afferri a *discuntur*. Rigid Stoico, qua sub initio Gene- haec digna, in quibus et ille seos Mosaicae deum permo- se prodit eo, quod virtutem tum legimus, ut genus huma- stoice definit, quam per se num perderet novumque esse expetendam, nullo voprodire iuberet. Saepius ad luptatis, utilitatis etc. habito hoc remedium ab austoris et respectu, docebant, affectibus iis prave, ad suam ipsorum que deletis. Hanc esse difrudem cogitandi rationem, facilem inventu nemo iis ne deo sentientibus ingeniis gabit: rectorem ea desiderat, inventum redierunt cosmo- ut inveniatur: nam qui eam logi veteres. Exemplo sit semel obtinuerit sapiens, nul- diluvium déucalioneum Apol- lo rectore duceque indiget. Iodor. III, 8, 1 sq. Mythis Vitia contra sensibus insti- vero, in quos mutationes gantibus discuntur, ideoque physicae conversae erant, nisi mature rectum imbibe- Stoicos in primis, allegoria- ris, magistro, quem tamen rum et nostram adhuc my- facillime nanciscaris, non thologiam saepe deforman- indigebis. tiuum auctores amantissimos,

L. ANNÆI SENECAE
AD LUCILIUM
NATURALIUM QUAESTIONUM

LIBER QUARTUS.

IN QUO DE NIVE, GRANDINE, ET
PLUVIA AGITUR.

Argumēnū.

In Praefatione gratulatur Lucilio de otiosa Siciliae procuratione, quae Musis et literis eius spatium daret. Monet præterea, ne adulatoribus præbeat latus. Laudes deinde Gallionis fratri interiectæ, et Siciliae adiectæ.

Cap. I. statim ab origine Nili incipit, et multa de Nilo docia et amoena interspargit. Inde ad grandinem, nivem, glaciem, pluviam abscedit: et occasione tam bella et oblata, adversus nivatas et glaciatas potiones, ac Romanam luxuriam litigare incipit, nec litigium ante librum finit.

PRAE-

P R A E F A T I O.

DELECTAT te, quemadmodum scribis, Lucili viro-
rum optime, Sicilia, et officium procurationis otio-
sae. Delectabit, si continere id intra fines suos vo-
lueris, nec efficere imperium, quod est procuratio.
Facturum te hoc, non dubito. Scio quam sis am-
bitioni alienus, quam familiaris otio et literis. Tur-
bam rerum hominumque desiderent, qui se pati ne-
sciunt! Tibi tecum optime convenit. Nec mirum
paucis istud contingere: imperiosi nobis ipsis et
molesti sumus: ^a modo amore nostri, modo taedio

O 5 labo-

^a, modo amore nostri. Coniectura Pinciani est; nam codd.
eius et reliqui habent, *si more, amore.* Unde Gruterus,
scilicet amore. Forsan: *molesti sumus: interim amore*
nostri,

Lib. IV. Exordium ad 20. Moneo, ne putas, eo
amicum Lucilium est, quo missum esse Lucilium tan-
monet, quomodo se prae-tummodo, ut tamquam Cae-
ses Provinciae otiosae ge-
fariis procurator res fisci cu-
rere debeat: a turba horta-
raret, quod officium alias
tur secedat, ab adulatoribus quidem procuratorum fuisse
caveat, et in virtutibus boni constat. Cf. Lipsii Exc. B. ad
et perfecti viri acquirendis Taciti Annal. XII, 60 (To-
strenue pergit. I. et offi- II. p. 811. ed. Oberlin.). Ex-
cium — otiosae, liberae a hac procuratione facile im-
bello tumultuque. Regebat *perium* fieri poterat, quod
enim Lucilius Siciliam prae- innuitur *ambitione*, hono-
fidis aut procuratoris loco, ris et potentiae studio. *qui*
procuratoris nomine. Par- *se pati nesciunt:* graece
vae autem provinciae et eae hoc dictum est pro frui, ut
securae procuratoribus re- πάσχειν. Qui se pati ne-
gebantur, ita ut sub prae- sciunt, se continere in recto
fide essent, e. c. Pontius Pi- mentis statu, sibi vivere ne-
latus, cui praeses Syriae prae- queunt, οὐν εὖ πάσχειν δύ-
positus erat. Noster Lucilius ναυται: accedit, quod *pati*
ipse praefles fuit. Videas §. et bonum et malum quis di-
citur,

laboramus: infelicem animum nunc superbia inflamus, nunc cupiditate distendimus: alias voluptate laxamus, alias sollicitudine exurimus. Quod est mi-
3 ferrimum, nunquam sumus singuli. Necesse est itaque assidua utamur, in tam magno vitiorum contubernio, rixa. Fac ergo, mi Lucili, quod facere confuesti. A turba, quantum potes, te separa, nec adulatoribus latus praebebas; artifices sunt ad captandos superiores. Par illis, etiam si bene caveris, non eris. Mihi crede,^b proditioni, si capteris, ipse te trades.

Ha-

nostri, modo taedio laboramus. Interim, interdum. Gronovius. Mihi tamen Pinciani lectio perplacet, ideoque retineo. Mox utamur ex edd. antiq. reposui et e codd. Muretus *assidua sit in* etc. dederat. Eadem de causa *magnorum*, pro quo Muretus, *in iam magno v.*
b. proditioni, si capteris, ipse etc. Haec est omnium edd. et codd. scriptura, praeterquam quod Muretus dedit, *Mihi crede, capteris, si proditioni ipse te trades.* Frigus sententiae

citur, unde manat vis verbi ictus pateat: cui contrarium tum durandi et vivendi, est tectum latus, quae sunt tum acquirendi, fruendi. verba Dukeri ad Flor. III, Attigit Gronov. Obsf. I, 14. 5, 4. quem ibi vide. *arti-2. Quod est — singuli. So- ficias — superiores.* Observitudinis laus saepe a veteri- vat Plutarchus quoque De bus memoratur, haud raro adulat. et amici discrim. p. a Cicerone, in primis loco 49. B. ἔτι δ' ὥσπερ οἱ Σιμω- celebri de Scipione africano νίδης τὴν ἵπποτροφίαν Φησὶν maiore De Offic. III, init. οὐ λακύθῳ (regionem olivi- Sed h. l. simul libertas a vi- feram consecrari) ὄπαδεῖν, tiis quae nos idemtideum ve- ἀλλ' ἀρουραῖσι πυροφόροις· xant, innuitur. 3. nec adu- ἔτω τὴν κολακεῖαν ὁραμεν latoribus latus praebebas, οὐ πένησιν, ἐδὲ ἀδόξοις, ἐδὲ ne illos propius admittas et ἀδυνάτοις ἀνολγθεσαν, ἀλλ' a latere tibi accedere patia- οἴκων τε καὶ πραγμάτων με- ris. Metaphora sumta est a γάλων οἰλοθήμα καὶ νόσημα gladiatoribus, qui latus, et γυνομένην, πολλάνις δὲ καὶ latus nudum, dare vel prae- βασιλεῖας καὶ ἡγεμονίας ἀνα- bere dicuntur, quum id ad τρέπουσαν. Sed locus totus

con-

Habent hoc in se naturale blanditiae: etiam quum 4
 reiciuntur, placent: saepe exclusae, novissime recipiuntur. Hoc enim ipsum imputant, quod repelluntur, et subigi ne contumelia quidem possunt. Incredibile est, quod dicturus sum, sed tamen verum. Ea maxime quisque patet, qua petitur. For-5
 tasse enim ideo; quia patet, petitur. Sic ergo formare, ut scias non posse te consequi, ut sis impenetrabilis. quum omnia caveris, per ornamenta ferret. Alius adulatione clam utetur, parce: alias ex aperto, palam, rusticitate simulata, quasi simplicitas illa, non ars sit. Plancus artifex ante Vitellium maximus, aiebat non esse occulte, nec ex dis-
 simu-

tentiae hanc lectionem iam damnaret, nisi alia obstant. Egregie vidit Gronov., *capteris*, non, *capieris*, legendum esse, i. e. si latus praebeas, si des te captandum, nimis confusus prudentiae tuae. Nec de illo, qui capit, sed qui captatur, sermo est. Mox Gronov., quia codd. habent, *idem qui patet p.*, emendat: *fortasse enim idem quod patet petitur*. Vulgata est: *Fortasse ideo quia p. p.*: quia equidem acquiescam. c. *Vitellum*. Sic emendavit doctissime Lipsius ad Tacit. Annal. VI, 32. coll. Sueton. Vitell. c. 2. Dio Caff. 59, 27. Vulgata erat: *Vellejum*, proorsus ignotum hac in re nomen. Nam Vellejum Paternulum hic adulatorem notari, cum Mureto non credam,
 quia

conferri meretur. Exempla diatorem aut militem. cf. ad autem adulatorum, si quae Ep. XIV, 14. L. Munatius quae siveris, multa adnotata *Plancus*, summis honoribus reperies ap. Athenae. VI, 13. functus, pravissimo fuit anni XIV, 14. Cal., et descriptionem mo, desultor bellorum civi-adulatoris apud Theophrast. lium, ignavus in bello, de Char. II. ubi cf. intpp. 5. licate luxuriosus, maximus quum omnia caveris — fe- adulatioonis artifex, at re- riet. Ornamenta sunt galea, cto et eleganti ingenio. Cf. lorica, thorax, scutum, ver- Ruhnken. ad Vellei. Paterc, bo, arma quae corpus con- II, 63, 3. p. 283 sq. De C. tra vulnera tegunt, ideoque *Vitellio* et ipso summis hor- ornant, i. e. instruunt gla- noribus functo sub impp. Cali-

simulato blandiendum. Perit, inquit, procari, si latet. Plurimum adulator, quum deprehensus est, proficit: plus etiamnunc, si obiurgatus est, si erubuit. Futuros multos in persona tua Plancos cogita: et hoc non esse remedium tanti mali, nolle laudari. Crispus Passienus, quo ego nil cognovi subtilius in omnibus rebus, maxime in distinguendis et curandis vitiis, saepe dicebat, ^d adulationi nos opponere, non claudere ostium, et quidem sic, quemadmodum

quia de hoc adulationis genere, quo eum uti in Tiberium accusant, sermo non est. Mox Lipsius ad Tacit. Annal. XII, 6. *disstringendus* omnino legendum censuit, nulla tamen ratione apposita. Enimvero vulgata bene habet. Non de videndis vitiis sermo est, sed de subtilitate, qua vitia distinxit curavitque. ^d *adulationi nos opponere, non claudere ostium.* Sic Muretus dederat, Bentleio ad Horat. Od. III, 15, 9. et Gronovio probantibus. Erasm. aliaeque seqq. *ad opus non claudere ostium, sed aperire,* putabat que Lipsius ad Tacit. Ann. XII, 6. reponendum, *ad opus esse n. cl. o. sed operire.* Sed *operire* est, sera et obice claudere, non, ut ille vult, leviter obducere. Fortun. codd. *adulationibus non cl. o. sed aperire:* quomodo et pal. tert. et quart. item colon. sine illis: *opus aut opus esse.* At haec voc. *opus esse* sensum turbant: nam distinxit vitia Crispus Passienus, nosque comparavit cum iis, qui amicas exspectant, sed detrectare videri volunt. Hinc neque *aperire* neque *operire* locum habet. Sed in illis: *opus esse,* latuit *opponere*, quod Muretus nescio unde in textum immisit. Nicolaus tamen Heinsius ad Tacit. Annal. XI, 37. (ed. Oberlin. T. II. p. 899.) locum pro mendoso habuit. Gronovius ad Tacit. Ann. XII, 6. fententiam loci bene intellexit, et quum mss. habeant *adulationibus non claudere ostium, sed aperire,* a Mureto haud multum disensit: scribendum enim ait: *adulationi nos non claudere ostium, sed*

Caligula et Claudio, cf. not. orator, Agrippinae matrimo- crit. *Perit — latet — fru-* nio et Nerone privigno claustra procaris: nullus enim rior. Plin. N. H. XVI, 44. procationis fructus, si amata Obiit sub initio Claudii. Suet. five amatus se amari nesciat. Nér. 6. Cf. de eo Lipsius ad 6. *in persona tua*, circa ho- Tacit. Annal. XII, 6 et Exc. minem tuae dignitatis. Cri- A. *quemadmodum — so-* spus Passienus bis Consul, let: exemplum habes apud Horat.

dum opponi amicae solet. Quae si impulit, grata est: gratior, si effregit. Demetrium egregium virum memini dicere cuidam libertino potenti, facillem sibi esse ad divitias viam, quo die poenituisse bonae mentis. Nec invidebo, inquit, vobis hanc artem, sed docebo eos quibus quaesito opus est, quemadmodum non dubiam fortunam maris, non emendi vendendique e litem subeant, non incertam fidem ruris, incertiorem fori tentent, quemadmodum

sed opponere: et quidem etc. Hoc est, non obserare aut repagulis firmare, sed sine sera, dempto obice, manibus tantummodo obtendere, vel obiectum fustinere ac praetendere. *e. litem.* Sic omnes codd. et edd. praeter Muret., qui habet: *aleam.* Sed cur mutaverit, non video. Forlan *aleam* in *litem* mutasset, si illud in textu invenisset. Sicco pede haec et multa alia praeterisse Gronovium, est quod mireris. Muretus autem *aleam* praetulisse videtur, quia in voc. *fori* litem iam inesse crederet. Sed *lis* de privatis causis in usu est, et sumere licet. Mox §. 8. *Threcis cum Threces comp.* est Lipsii (II, 9 Saturnal. Serm.) emendatio, quum eius codex praeferret: *Threcisum trece compositi*, alii, *Thetisi in Threces*, *Thitesum Th.*, *Thetisum Threces*. Erasmus Fortunati emendationem affusit: *Thetisi Threcae incompositi*. Mox *malles*, non *mallet*, a Seneca profectum. Nam in hoc verbo *malles* Lucilii inest admiratio.

Horat. Carm. III, 15, 9. ubi *Libertino:* potentium, Pal-Mitscherlich. locum nostrum ladis, Narcissi, facile meminad partes vocare non omisit. neris. *non emendi — litem* Egregie luc facit Plaut. Mil. iudices corrumpendo. *inglorios.* IV, 6. ubi meretrix *certiorem fori*, ubi nummait: occlusae sunt fores. Ef- mularii, argentarii tabernas fringam-. Per amorem si quid suas habebant: fidem de fo- fecero, clementi mi animo ro fustulisses, ait Cicero: si- ignoscet. *quae si impulit*, des hinc in re pecuniaria aperit ostium leviter oppo- vox follennis. Cf. Clav. Cic. situm. 7. *Demetrium cy-* h. v. Incertior autem fori nicae institutionis doctorein, sida fuit propter improbitatu cum Tacit. Annal. XVI, tem negotiatorum, qui foro 34. loquar. Seneca eius cedere, mergi tamen non saepe cum laude neminit, verebantur. Omnia haec e. c. de Benef. VII, 1, 3 not. verba Demetrii sunt ostenditatis,

dum non solum facili, sed etiam hilari via pecuniam faciant, gaudentesque dispolient. Te, inquit, longiorem Fido Annaeo iurabo, et Apollonio Pycta, quamvis staturam habeas Threcis cum Threcepcompositi. Hominem quidem non esse ullum liberaliorrem, non mentiar, quum possis videri omnibus donasse, quidquid dereliquisti. Ita est, mi Iunior, quo apertior est adulatio, quo improbior, quo magis frontem suam perflicuit, cecidit alienam, hoc citius expugnat. Eo enim iam dementiae venimus, ut qui
g parce adulatur, pro maligno sit. Solebam tibi dicere, Gallionem fratrem meum, quem nemo non parum amat, etiam qui amare plus non potest, alia vitia non nosse, hoc etiam odisse: ab omni illum parte tentasti. Ingenium suspicere coepisti, omnium maximum et dignissimum, quod consecrari malles,
quam

dentis, observante Grono- attollunt se, nunc desidunt vio, adulationem esse cer. et in parmain suam totos se tissimam viam pervenienti colligunt. De iis vide Lipfii ad pecuniam. Et certe ca- Saturn. II, 9. *quidquid de-*
ptatorum, haeredipetarum, reliquisti, quidquid non ra-
gnathonum, quod mire do- puisti. — 9. *Gallionem fra-*
cet ille Terentianus, haec ars tremi m. Priusquam a Iunio erat. cf. Horat. Serm. II, 5. Gallione adoptatus sub Clau-
Sermo autem totus est cyni- dio in nomen eius, de more, cus, aliud agendo turpissi- et familiam transiit, hic Se-
main corporis faciem et prae- necae nostri frater senior di-
datoriam rapacitatem diviti cebatur M. Annaeus Nova-
isti libertino exprobrantis. tus. Senator fuit et decla-
Haud dubie ex Claudianis maior egregius. cf. ad Epift.
fuit iste libertinus potens. CIV, 1. Tacit. Annal. VI, 3.
8. *Fidum Annaeum et Apol- quod consecrari — conte-*
lonium Pyctam, forsan gla- ri: quym quae usui homi-
diatores, ignoramus. Thre- num vulgari eximantur, con-
ces, Thraces, genus quod- secrari dicantur, ad divi-
dam gladiatorum fuit, qui niora aptum significat, con-
in arena compugnantes nunc teri usui vulgari aptum esse.
pedes

quam conteri: pedes abstulit. Frugalitatem laudare coepisti, ^f qua sic a nummis resiliuit, ut illos nec habere nec damnare videatur: prima statim verba praecedit. Coepisti mirari comitatem et incompositam suavitatem, quae illos quoque, quos transit, abducit, gratuum etiam in obvios meritum. Nemo enim mortalium uni tam dulcis est, quam hic omnibus: quum interim tanta naturalis boni vis est, uti artem simulationemque non redoleat. Nemo non imputari sibi bonitatem publicam patitur: hoc quoque loco blanditiis tuis restitit, ut exclamares, invenisse te inexpugnabilem virum aduersus insidias, quas nemo non in sinum recipit. Eo quidem magis hanc eius prudentiam, et in evitando inevitabilis malo pertinaciam te suspicere confessus es, quia speraveras posse apertis auribus recipi, quamvis blan-

^{f.} *qua sic a nummis resiliuit, u. i. nec habere nec damnare videatur.* His vocibus Mureti editio caret: sunt tamen in omnibus codd. et edd.: *sed a nobis*, quae codd. dant, egregie emendavit Turnebus XXI. Adverf. 19. *a nummis*, et prius *nec sustulit*: quo tamen carere nequit orationis nexus. Mox Gronov. ingeniose emendat, *et repulit*: id est, Non tu illi te prodidisti, non te ille deprehendit adulantem, quum vera dices, et tamen te reiecit: quamvis vera, quia blanda non admisit. Vulgatam tamen tuear hoc lensu: non promisit, ut totum mimum perageres, itaque te adulantem non deprehendit, sed, ne adulareris, repulit.

pedes abstulit: Luctatorum vitando, *nec damnare*, enim est ὑφέλιειν τὰς πόλιγες ligenter et liberaliter utendax, τὰ σπέλη, ut adversando. Animum itaque praestrios in terram deiiciant. Curritisse liberum ab amore et tuis IX, 7. subducere pedes, imperio pecuniae, laudi Gal- ὑποσκελίζειν, ὑποσύρειν τὰ lioni ducebat Lucilius. 10. σπέλη. Saepius hac meta- *Nemo non — patitur.* Ilphora usi sunt veteres, in- lain ipsam animi bonitatem, primis patres eccles., quare quae omnibus approbaretur vid. Suicer. Thes. *ut illos laudareturque, qua omnes nec habere, nempe luxum sibi conciliaret, laudavit Lu-*

cilius:

blanda dices, quia vera dicebas. Sed eo magis intellexit obstandum. Semper enim fallis a vero petitur veritas. Nolo tamen tibi displiceas; quasi male egeris mimum, et quasi ille aliquid iocorum aut doli suspicatus sit. Non deprehendit te, sed repulit. Ad hoc exemplar componere. Quum quis ad te adulator acceſſerit, dicio: *s* Vis tu ista verba, quae iam ab alio magistratu ad alium cum lictoribus transeunt, ferre ad aliquem, qui paria facturus, vult quidquid dixeris, audire? Ego nec decipere volo, nec decipi possum. Laudari me a vobis, nisi laudaretis etiam malos, vellem. Quid autem necesse est in hoc descendere, ut te petere conminus possint? Longum inter vos intervallum fit. Quum cupieris bene laudari, quare hoc ulli debeas? Ipſe te lauda. Dic: Liberalibus me studiis tradidi, quanquam paupertas alia suaderet, et ingenium eo abdu-

g. Vis tu ista verba — ferre ad aliquem. Hanc vulgatam Pincian. mutaverat e codd. nonnullis: *I tu ista verba — ferto ad al.* comprobante Grutero. At optime confutavit Gronovius, docuitque vulgatam esse auctoris, si quid uspiam, germanam. *Vis tu* Senecae est familiaris loquendi ratio, i. e. *visne tu?* Cf. ad III. de Ira 38. a. Epift. 58, 21 etc. Ingeniosam tamen Pinciani esse conjecturam et Seneca dignam, nemo negaverit.

cilius: sed fruſtra. *Semper* dam vulgari, plerumque ob-
enim falsis rebus a vero, a scoeno, et eo rīſum movente
parte veri p. v. ita ut falsitas te, e. c. hominis adulteri,
dictorum vero sit mixta. avari etc. cerneretur. Cf. De
quasi male egeris mimum, Benef. I, 14, 1. not. 12. *Paup-*
personam adulatoriſ induen- *pertas* inter egestatem et di-
do. *et quasi — sit.* Nam vitias medium tenet. Sic
mimus non sine iocis dolo- Manlius pauper fuit, habuit
que facile cogitari poterat: enim aedicularis in Carinis et
quippe in quo dramatum ge- fundum in Labicano. Cic.
nere hoc praecipuum fuisse Paradox. VI, 3. Frugalitas
conſtat, ut comica virtus in Romanorum est ap. Horat.
exprimendo charactere quo- Od. III, 2, 1. pauperies, apud
Lu-

abduceret, ubi praesens studii pretium est. Ad grā-¹³
tuita carmina deflexi me, et ad salutare philosophiae
studium contuli. Ostendi in omne pectus cadere
virtutem: et eluctatus natalium angustias, nec forte
me, sed animo mensus, par maximis steti. ^h Non
mihi amicitia Gaetulici Caii fidem eripuit, non in
aliorum personam infeliciter amatorum, Messala et

Nar-

^{h.} *Non mihi amicita.* Immo amici Gaetulici suspecti fuere
cum ipso fidem erga principem mutasse. Videtur igitur
amicitia scribendum. Gronovius. Olim: *inimicitia*. Mox
apposui restituendum duxi: sic enim, praeter Muretum,
omnes edd. et codd., non, *opposui*. Illud est, praebui,
dedi cervicem.

Lucan. I, 166. paupertas fe- gramm. et de claris rhet-
cunda virorum. Haec Lu- Cn. Lentuli *Gaetulici* me-
cili ingenium ad militiam, minerunt Tacitus, Suetonius
mercaturam, res forenses, aliisque, ut hominis egregii,
unde quæstus praesens col- historici et poetae, (cf. Li-
lligi poterat, adducere vo- psium ad Tacit. Ann. IV, 44.)
luit. — 13. *Ad gratuita*, quem *Caius Caligula*, quum
praesens studii, lectionis pre- Germaniae decem annos
tium non praefantia, *car-* praefuisset, interfici a. u. c.
mina, ut Theocriti XVI. 792 (cuius anni historia e
Musae, universe, poësin. Taciti annalibus proh dolor
Ab Homeri, gnomicorum, interiit) iussit, quoniam mi-
lyricorum, dramaticorum rum legionum amorem ad-
studia ad elegantiam atque sequutus erat. cf. Dio Cass.
philosophiam procedebat, LIX, 22. *infeliciter ama-*
qui animum excolere stude- torum a Gaetulico et Luci-
bant literarum studiis, na- lio. *Messala.* Quaerit, quis
tura ipsa duce. Sic Graeci hic sit, Fromondus. Puto,
instituti. Romani eandem qui Statilius Corvinus Suetonius
sequuti sunt viam, sed bo- nio, aliquando *Narcissi*,
nis literis etiam inter eos in- Claudi libertini celeberrimi,
valescitibus poëtae, tum ut apparet, socius in punien-
alii scriptores exorti sunt do- dis Messalinae adulteris, post-
mestici, in quibus tum le- ea infidius Claudio. Sue-
gendis tum imitandis ope- ton. c. 13. Claud. narrat:
ram studiumque collocave- Conspiraverunt autem ad res
runt. Cf. Sueton. de illustr. novas Gallus Afinius et Sta-
tilius

Narcissus, diu publici hostes, antequam sui, propositum meum potuerunt evertere. Cervicem pro fide apposui. Nullum verbum mihi, quod non salva conscientia procederet, excussum est. Pro amicis omnia timui, pro me nihil: nisi ne parum bonus amicus fuisset. Non mihi muliebres fluxere lacrimae, non e manibus ullius supplex pependi. Nihil indecorum nec bono, nec viro feci. Periculis meis maior, paratus ire in ea quae minabantur, egi gratias fortunae, quod experiri voluisse, quanti aestimare fidem. Non debebat mihi parvo res tanta constare. Nec examinavit me quidem diu: neque enim paria pendebant, utrum satius esset me perire pro fide, an fidem pro me. Non praecipiti impetu in ultimum consilium, quo me eriperem furori potentium, misi. Videbam apud Caium tormenta, videbam ignes. Sciebam olim sub illo in eum statum res humanas decidisse, ut inter misericordiae opera haberetur, occidi. Non tamen ferro incubui, nec in mare aperto ore desilui, ne viderer pro fide tan-

tilius Corvinus, Pollionis ac dera. *potentium* inimico-Messallae oratorum nepotes. rum Gaetulici et Lucilii. Gronovius. Quae de tota *Videbam — ignes*, ad quaehac re scimus, non sufficiunt stiones facientes per equum ad singula intelligenda. *Diu* leum, laminas carentes, *Messalla et Narcissus publi-* forcipes etc.; fortasse et roci hostes in rempublicam, gos, in quos damnati con-*suummodo sui* inter se inimici iecti. Nam et si lege cautum facti sint, non clarum est, erat, ne cives torquerentur, nisi ponamus e Suet. l. l. Cic. Verr. V, 63. tamen ab Messallam et in Narcissum imperatoribus etiam in cives conspirasse. Taciti liber VII, quaestiones versae. Cf. Dio in quo haec occurserunt, per- Cass. LVII, 19. Ciceronis lo-*it. 15. examinavit — diu*, cuius est hicce: Quid, quum suspensum tenuit, ut examen ignes ardentesque laminae in libra, ubi paria sunt pon- ceterique cruciatus admove-
ban-

tantum mori posse. Adiice nunc invictum muneribus animum, et in tanto avaritiae certamine nunquam suppositam manum lucro. Adiice nunc victus parsimoniam, sermonis modestiam, adversus minores humanitatem, adversus maiores reverentiam. Post hoc ipse te consule, verane an falsa memoraveris. Si vera sunt, coram magno teste laudatus es: si falsa, sine teste derisus es. Possum et ipse nunc¹⁷ videri te aut captare, aut experiri. Utrum libet crede, et omnes timere a me incipe. Virgilianum illud i^o excute:

Nusquam tutta fides.

Aut Ovidianum:

— — *Qua terra patet, fera regnat Erinnys.*

In facinus iurasse putas. — —

Aut illud Menandri: (quis enim non in hoc magni-¹⁸ tudinem ingenii sui concitatavit, detestatus consensum humani generis, tendentis ad vitia?) Omnes, ait, malos vivere: et in scenam, velut rusticus, poëta

P 2 pro-

i. *excute.* Sic Muretus dedit. Haud dubie factum hoc est satis feliciter ex illo, quod edd. antiq. et codd. praeferebunt: *excludi.* Erasmus Fortunatum sequens dedit: *excude.* Gruteri amicus quidam, *exaudi*, Gruterus ipse, *exclu*de, i. e. peniculatius et penilius examina: quatenus dicitur, excludere gallinam ova sua.

bantur. 16. *Adiice nunc ius CV* dramata invidia et *invictum* — *lucro.* Cor- iniuria temporum nobis eri- ruptam temporum sub Caio puit, ut nil nisi fragmenta a et Claudio conditionem de- Clerico collecta, Amsteloda- signant haec, quae a Tacito mi 1709. superfint. Cf. Fa- etc. saepissime confirmantur. bricci Bibl. Graec. lib. II. c. 22.

17. *Virgilianum* Aeneid. Vol. II. p. 454 sq. Harles. IV, 373. *Ovidianum* Metam. Hoc fragmentum Menandri I, 241 sq. *Menandri* poetae uni Senecae acceptum refe- comici celeberrimi Athen. rimus, a Clerico praetermis- Theophrasti discipuli, ideo- sum. Verba *velut rusticus* que ex aevo alexandrino, cu- h. e. praedii possessor et in agris,

prosiluit. Non senem excipit, non puerum, non feminam, non virum: et adiicit, non singulos peccare, nec paucos, sed iam scelus esse contextum. Fugiendum ergo, et in se redeundum est, immo ¹getiam a se recedendum. Hoc tibi, et si dividimur mari, praestare tentabo, ut dubium viae, iniecta manu, ad meliora perducam. Et ne solitudinem sentias, hinc tecum miscebo sermones. Erimus una, qua parte optimi sumus: dabimus invicem consilia, ² et ex vultu audientis pendentem longe te ab ista provincia abducam, ne forte magnam historiis esse fidem credas, et placere tibi incipias, quoties cogitaveris: hanc ego habeo sub meo iure provinciam, quae maximarum urbium exercitus et sustinuit et fregit, quum inter Carthaginem et Romam ingentis belli pretium iacuit, quum quatuor Romanorum prin-

k. *et ex vultu audientis pendentem longe te etc.* Sic cor-
rexit Pinc., quum codd. habeant, *et ex v. a. pendentia.*
Longe te. Muretus, *non ex v. a. pendentia.* Simplicior
et magis conveniens est haec Pinciani emendatio, quam
illa Mureti. Lucilius erat dubius viae, bene itaque *is* ex
vultu audientis pendere dicebatur. *Audiens* est ille, quo-
cum Lucilius confabulatur, et a quo se abduci patitur.

agris, ruri, degens, fortasse *cuit.* Fromondus apposite
permittunt colligere, locum laudat Flor. II, 2, 3: Affe-
hunc (cuius sententiam a So-
ctabat ut Romanus ita Poe-
lone fragm. VI. in Brunckii nus Siciliam et eodem tem-
Anal. gnomic. poet. graec. pore, paribus uterque votis
p. 76. expressam vides: οὐδὲ ac viribus imperium orbis
μάναρ οὐδεὶς πέλεται βροτός agitabat. *quum quatuor Ro-*
ἄλλα πόνηροι Πάντες, ὅσους manorum — cepit. Qua-
θυγτούς ηέλιος ναθορᾶ) in tuor sunt Augustus, Antonius,
comoedia ὑποβολιμαῖος s. Lepidus, triumviri, et Sex-
ἀγροῖος inscripta occurrisse. tus Pompeius, qui altero post
contextum, nulla virtute di- Iulii Caesaris mortem (a. u.
finitum, mixtum. 20. *quum 710.*) anno Sicilia potitus
inter Carthaginem — ia- hanc insulam per foederis
leges

principum, id est, totius imperii vires contractas in unum locum vidit, altamque Pompeii fortunam erexit, Caesaris fatigavit, Lepidi transtulit, omniumque cepit: quae illi ingenti spectaculo interfuit, ex quo liquere mortalibus posset, quam velox foret ad imum lapsus ex summo, quamque diversa via magnam potentiam fortuna destrueret. Uno enim tempore vidit Pompeium Lepidumque, ex maximo fastigio aliter ad extrema deiectos, quum Pompeius alienum exercitum fugeret, Lepidus suum.

C A P U T I.

ITAKUE ut ^a totum mente abducam, quamvis multa habeat Sicilia in se, circaque se mirabilia, omnes interim provinciae tuae quaestiones praeteribo, et

P 3 in

a. *totum mente.* Sic omnes codd. et Erasm. Nee video, cur Muretus mutaverit: *te tota mente.* Pincian. legendum arbitrabatur: *Itaque ut totum mihi te a.* Sed vulgata lectio bona est.

leges (715.) obtinuerat. Mox Caesarem turbam latens gero bellum inter Sextum nibus eius advolveretur: immo. triumvirosque exor- perio se abdicavit et usque tum illum in tantum fortu- ad mortem Romae togatus nae fastigium evexit Octavia- vixit, fortuna eius copiissimi victorem, ut Neptuni si- que ad victorem translatis. lius appellaretur. *Lepidi 21. Sext. Pompeius — fu-*
transtulit: Lepidus adiuv- geret. Ad Naurochum (nunc rat Octavianum in bello Cafale) in freto siculo pugna siculo et totam victoriam ut navalium vicit ab Octaviano in suam interpretatus aususque Asiam fugere coactus est, ubi erat Caeſari denuntiare, ex Antonii aut Planci iuſſu a cederet Sicilia: qui tamen Titio a. u. c. 719. Miletii in illum a militibus et a fortuna terfectus est. Cf. de tota hac desertum mox eo redigit, ut re Vellei. Pat. II, 79 sq. Appollo velatus amiculo inter pian. de Bell. Civ. IV, 83 sq. ultimam confluentium ad V, 66 sq. 97 sq.

in diversum cogitationes tuas abstraham, Quaeram enim tecum id quod libro superiore distuli: Quid ita Nilus aestivis mensibus abundet. Cui Danubium similem natura philosophi tradiderunt, quod et fontis ignoti, et aestate quam hieme maior sit. Utrumque apparuit falsum. Nam et caput eius in Germania esse comperimus: et aestate quidem incipit crescere, sed adhuc manente intra mensuram suam Nilo, primis caloribus, quum sol vehementior inter extrema veris nives emollit, quas ante consumit, quam

C. 1. Cur Nilus aestivo *nubium* etc. e. c. Herodotus tempore exundet? 1. *in* IV, 48. 50. ubi Istrum cum *diversum*, locum remotum Nilo comparat, observatque, ab illis Siciliae memorabili- Istrum sibi aequalē quidem bus. *Quid ita Nilus — ab- fluere*, aestate tamen quam *undet?* Haec quaestio, ex hieme maiorem esse. Fono quo tempore Aegyptus Grae- tem pater historiae veneran- cis innotescere et ab iis fre- das ignoravit. 2. *Nam et* quentari coepit, saepe et di- *caput* etc. Caput esse in iu- versimode agitata est. De gis montis Abnoba Plinius opinionibus diversis infra IV, 12. ex M. Agrippae com- fermo erit. Nunc Jacobus mentariis narrat. Haud diu Brucius, qui Abyssiniam ipse ante Senecam haec de Danu- adiit, ut Nili fontes perqui- bii ortu innotuerant. *et ae-* reret, rem ad liquidum per- *state — incipiat.* Sensere duxisse videtur, docuitque hoc Francogalli apud Vin- fontem Nili a se detectum d. dobonam, ut saltem narra- IV. Nov. 1770 esse sub radi- bant, mense Iunio medio ce montium lunarium, 10' anni 1809, Danubio intu- 59" 25" lat. bor., abunda- mescente pontemque ingen- re pluviis tropicis a mense tem aliaque opera destruen- Maio usquē ad Septembrem te. Intumescit autem Danu- cendentibus, ut medio Iunio bius, nive in montibus Ti- Aegyptus incrementum, men- roliae vicinisque liquefcente, se vero Septembre decre- atque Oenum, Lechum, Is- mentum sentiat. Cf, Heeren ram aliosque fluvios ita au- Ideen I., qui totam rem, gente, ut Danubius, iis re- laudatis qui de ea egere au- ceptis, auctum sentiat ac ab- actoribus, suo more, id est undet. egregie, tractavit. *cui Da-*

quam intumescere Nilus incipiat. Reliquo vero aestatis minuitur, et ad hibernam magnitudinem reddit, atque ex ea dimittitur.

II. At Nilus ^a ante ortum Caniculae augetur mediis aestibus, ultra aequinoctium. Hunc nobilissimum annum natura extulit ante humani generis oculos, et ita disposuit, ut eo tempore inundaret Aegyptum, quo maxime usta fervoribus terra undam altius traheret, tantum haifura, quantum siccitati annuae sufficere possit. Nam in ea parte, quae in Aethiopiam vergit, aut nulli imberes sunt, aut rari, et qui insuetam aquis coelestibus terram non adiuvent. Unam, ut scis, Aegyptus in hoc ²

P 4 spem

a. ante ortum. Sic omnes impressi et mss. *Exortum a Mureto esse* videtur.

C. 2. Mira Nili natura. Nile and its effects etc. 1800.)
 I. *At Nilus — aequino-* atque Gallofrancorum, *inctum.* Eadem narrat Plin. primis Denonis (Vivant Dé-N. H. V, 9. loco memorabili, non voyage dans la haute et in primis vero Herodot. II, la basse Egypte pendant les 17 sq., quem Plinius ante campagnes du Gen. Bonacoulos habuit. Ad quartum parte 1802.). Nili auctus, Nonas Iulii exoritur *Canicula* tradunt et hi, incipit die *la* in Aegypto. Fromondus XVII. Iunii, exundat Nilus observat: Statim enim post medio Augusto trans ripas solstitium inflari incipit circa suas, decrescit Septembre diem 27. Iunii, ut narrant *Nam in ea — adiuvent:* qui hodie ex Aegypto redeunt vocantur pluviae tropicae, peregrini. Plin. XVIII, 28 et quae, Antesio referente, quo-29. Confirmantur quum tide Maio et Iunio horis omnium recentiorum, qui il- quatuor continuis cadunt, las regiones adierunt, tum ideoque *rarae* vocari pos vero maxime Antesii obser- sunt. Ita pars Aegypti occutatis et narrationibus (John cidentalis fabulosis collibus Antes's observations on the continent, orientalis cauti-manners and customs of Egyp- bus. 2. *Unam, ut scis — tians, the overflowing of the habet.* Quare Aegyptii Ni-
 lo

spem suam habet. Proinde aut sterilis annus, aut fertilis est, prout ille magnus influxit, aut parcior. *Nemo aratorum adspicit coelum.* Quare non cum poëta meo iocor, et illi Ovidium suum impingo? qui ait:

— — *Nec pluvio supplicat herba Iovi,*

3 Unde crescere incipiat, si comprehendi posset, cau-
ſae quoque incrementi invenirentur. Nunc vero
magnas solitudines pervagatus, et in paludes diffu-
ſus, gentibus ſparſus, circa Philas primum ex vago
et errante colligitur. Philae insula eſt aspera et un-
dique praerupta: duobus in unum coituris amnibus
cingitur, qui Nilo mutantur, et eius nomen ferunt.
b Urbem totam complectitur hanc Nilus, magnus
ma-

b. *Urbem totam complectitur hanc Nils* etc. Sic distinctione
iuare locum malui, quam fequi mutationem Fortunati, *Urbs*
totam complectitur, cui affensus eſt Pincian., Aristidis ora-
tione Aegypt. motus, qui ait, par eſt magnitudo (huius in-
ſulas

lo ſuo ab antiquissimis inde ba Lucilii, quem ideo poe-
temporibus honores detulere *tam meum* vocat, e poema-
divinos, sanctissimum vocan- te quodam deperdito. *Ovi-
tes flumen*, patrem adhaec *dium*, meinoriae lapsu. Ti-
et fervatorem ſuae regionis *bullum*, apud quem I, 7, 23
ac Osiridis defluxum, ut ver- ſq. haec occurrunt, dicere
bis utar Iablonskij in Panthei debuit. Iablonsky IV, 1. p.
IV, 1, 14. p. 168, ubi haec 140. Simili memoriae lapsu
pluribus adſtruxit. *Prainde* Propertium Tibulli loco lau-
aut — parcior. Bene Plin. davit. 3. *Unde* e quo loco.
V, 9. N. H. In duodecim At quum haec nunc per Ie-
cubitis famem ſentit, in tre- ſuitas et Brucium comperta
decim etiamnunc eſurit, qua- fint (cf. Iablonsk. IV, 1. p.
tuordecim cubiti hilaritatem 162, et notae germ. verſio-
afferunt, quindecim ſecuri- ni itinerarii Iac. Brucii ad-
tatem, ſedecim (= 29' 3" iectae doctiffimae) de cauſis
ped. mens. gallic.) delicias. incrementi non amplius du-
Nemo aratorum adspicit bitamus. *Philae* noſtro tan-
coelum: manifesto ſuntver tum inſula una eſt, Plinio V,

magis quam violentus, egressus Aethiopiam, arenasque, per quas iter ad commercia Indici maris est, praelabitur. Excipiunt eum Cataractae, nobilis in signi spectaculo locus. Ibi per arduas excisasque pluribus locis rupes Nilus insurgit, et vires suas concitat. Frangitur enim occurrentibus saxis, et per angusta eluctatus, ubicunque vincit, aut vincitur, fluctuat: et illic excitatis primum aquis, quas, sine tumultu, leni alveo duxerat, violentus, et torrens per malignos transitus proflit, dissimilis sibi. Quippe ad id lutosus et turbidus fluit. At ubi in

P 5 sco-

sulae Philes) cum magnitudine urbis in ea sitae. Delevi itaque punctum post *complectitur*, relata voce ad *urbem*; ut τὰ *complectitur* — *arenasque* — *praelabitur* coniungantur. c. At ubi in *scopulos faucium intravit*, *spumat*. Sic feci ex ea lectione, quam Erasmus et Fortunati codd.: at ubi in *scopulos caustum intr.*, *praebebant*. Antiquae tamen eod. et duo codd. mss. ap. Gruter. habent, at ubi in *scopulos caustum liberavit*: unde Gruterus *libravit* facere mallet;

9. quatuor et quidem sex Ideen I. p. 306 sq. ed. 1. dissimil. pass. a Nili fissura, Delputationem. 4. *Cataractae* ta. Cognominis est urbs huic occurunt quoque apud Plin. insulae, haud procul ab Ele- V, 9., qui ait: Nilus postrephantine sita. Nunc Phileh mo inclusus montibus, nec t. El Heiff secundum Denon. alibi torrentior, vectis aquis *arenasque* — *praelabitur*: properantibus ad locum Aedicti deserta, per quae ad thiopum, qui Catadupi vomare arabicum proficiscebantur, novissimo Cataractetur mercatores aethiopici, ut inter occurfantes scopulos merces indicas et arabicas non fluere immenso fragore suis mutarent emerentve. De creditur, sed ruere. Quippe comincio autem, quod in ad id loci lutosus — fluit. ter Azab, Axum et Meroen Semper postea quoque has ad merces illas mutandas angustias eluctatum fluere emendasve intercesserit, h. i. lutosum et turbidum, limum sermonem esse, nemo atten- quippe ex Aethiopum terris te legens dubitaverit post secum vehentem Nilum, congregiam Heerenii amiciss. stat: quare vasa fictilia ex ter-

scopulos faucium intravit, spumat: et illi non ex natura sua, sed ex iniuria loci color est. Tandemque eluctatus obstantia, in vastam altitudinem subito destitutus cadit, cum ingenti circumiacentium regionum strepitu. Quem perferre gens ibi asperis collocata non potuit, obtusis assiduo fragore aribus, et ob hoc sedibus translati sunt. Inter miracula fluminis incredibilem incolarum audaciam accepi.

let: Gronovius *liberavit* hoc sensu agnovit, quo Petronius *liberare limen*, Frontinus et Hyginus *liberare flumen*, *liberare angustias* (i. e. traiicere) dixerunt: cf. Cl. Salmas. ad Solin. p. 9. Vereor tamen, ut bonae latinitatis sit illud *liberare* hoc sensu. Codicibus itaque Fortunati, quorum, quod miror, Gronovius nullam mentionem fecit, maiorem habeo fidem etiam propterea, quod non traiectis scopulis solum spumare dicitur, sed statim in ipsos scopulos intrans, iisque adhuc adhaerescens, ideoque in ipsa cum obstantibus lucta. Gronovius emendavit: *At ubi scopulorum fauces liberavit.* Fauces autem, quod bene observavit Gron., quaevis angustiae sunt Latinis. Muretus dedit, nescio unde: *At ubi scopulos verberaverit, spumat.* Mox §. 5. Quem perferre gens ibi asperis (sc. locis) collocata. Omnium codd. et antiq. edd. lectio est, quae conjecturae margini ed. Erasm. appictae cedere non debebat: *ibi a Persis coll.* Nullum huius rei a Persis effectae vestigium occurrit: nam Herodot. II, 30. *huc non spectat.* Rem attigit Cicero in Somnio Scip. c. 5. sed accolas ad quietiora sedes suas transtulisse ignorat aequae ac a Persis ibi collocatos. Alii tamen tradunt, nulla Persarum mentione iniecta, e. c. Ammian. Marcellin. XXII, 15, 9. ubi cf. nott. Statim, *sedibus translati sunt.* Omnium codd. et edd. haec lectio est, quam Fortunatus ex ingenio mutavit, fortasse memor Ammian. Marcell. l. l., qui ait, Atos olim accolas — necessitas vertere solum ad quietiora coëgit. Sed mutatione nulla opus est.

terra porosa conficiunt *Ae-iuria loci*, asperitate et antiquitatem, ut aqua percolata gustia. *Subito destitutus*, quam maxime pura reddat dimissus ex angustiis, liberatur: Aristot. de gener. anim. tus. *Quum perferre* — II, 6. *ωμὰ νεράμια* vocantur: cf. *translatis*: sub quoniam Perschneider ad Eclog. phys. sarum rege hoc factum sit, p. 98 sq. Ez. Spanhem. ad non succurrit. Fortassis lux Callim. Hy. in Dian. 101. et accedit ex Herodot. II, 39. Maillet descript. de l'Egypte cf. Ammian. Marcell. XXII, Part. I. p. 21 fin. 5. *ex in-* 15, 9. ibiq. not. *Inter miracu-*

cepi. Bini parvula navigia confundunt, quorum alter navem regit, alter exhaustit. Deinde multum 6 inter rapidam insaniam Nili, et reciprocos fluctus volutati, tandem tenuissimos canales tenent, per quos angusta rupium effugiunt: et cum toto flumine effusi, navigium ruens manu temperant, magnoque spectantium metu in caput ^d nixi, quum iam adploraveris, mersosque atque obrutos tanta mole credideris, longe ab eo, in quem ceciderant, loco navigant, tormenti modo milli. Nec mergit cadens unda, sed planis aquis tradit. Primum incremen- 7 tum Nili circa insulam quam modo retuli, Philas, noscitur. Exiguo ab hac spatio petra dividitur, ἀβατον Graeci vocant: nec illam ulli, nisi antistites calcant: ^e illa primum saxa auctum fluminis sentiunt.

d. nixi. Mureti est lectio, nescio unde hausta. *miffi* omnes codd. et edd. *Nixi* tamen haud dubie praefiat, et facile *miffi*, quae vox cum nixi, emersi, nisi laepe confunditur, a librario immitti in textum potuit, praesertim quum mox occurrat. Deinde *nascitur* Pinciani est emendatio propter frequentia, auctum fluminis sentiunt. Codd. et edd. *nascitur*. *illa primum saxa auctum fluminis sentiunt.* Sic codd. et Erasm. Quum tamen Pincian. in codd. suis invenisset, *illa primum saxum* etc. hinc coniecit, *illud primo saxum — sentit.* Ingeniolae sunt semper emendatt. Pinciani, etiam si nobis non probantur.

racula — accepi. Tradi- religiosum, Diis consecra-
tione, auditu itaque accepe- tum: oppoſ. βέβηλον, pro-
rat, ipse non viderat: quod fanum. Cf. Spanhem. ad
rei fidem minuit. Nam qui Callim. Hy. in Apoll. 2. An-
τīn cataracte Rheni ad Schaf- tistites Nili, cui ut Deo tem-
husium idem experiri volue- pla erecta et sacerdotes con-
rrant, infelici usi sunt exitu. fecrati, ideoque in eius ho-
Negat etiam Strabo I. p. 101. norem festa solennia celebra-
Lipſ. ἔτε τοῦ Νεῖλου τοὺς τα. Cf. Iablonsk. Panth. IV,
καταρράκτας ἦν διελθεῖν 1, 14sq. Heliodorus p. 110.
ναυσί. 7. ἀβατον i. e. inac- ed. Commelin. meminit τῶν
cessum, ideoque sanctum et ἐν Καταδούποις ἱερέων τὸ Νεί-
λον..

tiunt. Post magnum deinde spatium duo eminent scopuli; Nili venas vocant incolae; ex quibus magna vis funditur, non tamen quanta operire posset Aegyptum. In haec ora stipem sacerdotes, et aurea dona praefecti, quum solenne venit sacrum, iaciunt. Hinc iam manifestus novarum virium Nilus, alto ac profundo alveo fertur, ne in latitudinem excedat, obiectu montium pressus. Circa Memphis demum liber, et per campestria vagus, in plura scinditur flumina, manuque canalibus factis, ut sit modus in derivantium potestate, per totam discurrit Aegyptum. Initio diducitur, deinde continuatis aquis in faciem lati ac turbidi maris stagnat: cursum illi violentiamque eripit latitudo regionum, in quas extenditur, dextra laevaque totam amplexus Aegyptum. Quantum crevit Nilus, tantum spei in annum est. Nec computatio fallit agricolam: adeo

ad

λον. Nilt venas. Memorat II, 8. 97. Latitudo regionum Aristides quoque in Orat. Ae- summa respondet fere qua- gypt. Incolae vocant has tuor milliar. german., non πηγας Crophi et Mophi, no- amplius CC stad. Herod. II, ster venas. Cf. Herodot. II, 8. *Quantum crevit — est.*

28. Sollenne sacrum, τὰ Usque ad sedecim cubitos Nilων vocatum et eo tem- (== 27 ped. 4 digit. mensur. pore celebratum, quum Ni- gall.) crescere et ultra, con- li ascensus iam observari po- litat vel ex Herodot. II, 13. terat. Describit Heliodorus, Plin. V, 9. quibuscum re- haud dubie antiquiores se- centiores conspirant: hoc ta- quutus auctores, IX. p. 443 men valet nonnisi de Aegy- sq. hoc festum. 8. *Initio* pto superiore, nam in in- diducitur — *Aegyptum.* feriore non tantum crescit. Cycladibus insulis similes ur- 9. *Nec computatio — Nilus* bes et vicos eminuisse, Grae- respondet sc. terra, Aegy- cosque Aegyptum per hos ptus. Moneo, ne cum Gesn. tres menses, in quibus ab- ad Chreft. Cic. p. 454. ferti- undaret Nilus, mari Aegaeo litatem emendes. Sermonem comparasse tradit Herodotus esse de Nilometris (Neilo-

ad mensuram fluminis respondet, quam fertilem facit Nilus. Is arenoso et fitienti solo et aquam inducit et terram. Nam quum turbulentus fluat, omnem in siccis atque hiantibus locis faecem relinquit, et quidquid pingue secum tulit, arentibus locis allinit: iuvatque agros duabus ex causis, et quod inundat, et quod oblitat. Ita quidquid non adiit, sterile ac squalidum iacet. Si crevit super debitum,¹⁰ nocuit. Mira aequa natura fluminis, quod quum ceteri amnes abluant terras et eviscerent, Nilus tanto ceteris maior, adeo nihil exedit, nec abradit, ut contra adiiciat vires, minimumque in eo sit quod solum temperet. Illato enim limno, arenas saturat ac iungit. Debetque illi Aegyptus non tantum fertilitatem terrarum, sed ipsas. Illa facies pulcherrima est, quum iam se in agros Nilus ingessit.

Latent

f. arenas saturat ac iungit. Tingit multo verius, nisi si iungit ad sequentia censeas referendum, inquit Schottus. Neutrūm: nam iungit est alligat, inter se cohaētore facit. Lucanus lib. X. ne terras dissipet ignis, Nilus adeſt mundo. Duo haec saturat et iungit, dicas licet, pinguisser densas reddit. Columell. lib. 2, 11. Nam saturare dicit Nilum, ut ager saturatur stercore. Gronov.

συνπελοις) appetit. Auctus quam urbes vicique nimia Nili per puteos mensurae no- exundatione patiuntur, quaē tis deprehenduntur, ait Plin. tamen rarissima fuisse vide- N. H. V, 9. Egit de his tur propter situs altitudinem, Iablonsk. Panth. Aegypt. IV, partim de nimia mora, quam 3, 4. p. 236 sq. *Ita quid — iacet.* Quarta fere res faciunt. Plin. V, 9 ait: Aegypti pars Nilo fertilita- Iustum incrementum est cu- tem suam debet: reliquae bitorum XVI. Minores aquae tres partes sunt steriles. Cf. non omnia rigant, amplio- Heeren l. l. — 10. *Si cre-* res detinent, tardius rece- rit — nocet. Hoc partim dendo. *Illa facies — in-* de noxa intelligi potest, *gesſit.* Fit hoc Augusto in- eunte.

11 Latent campi, opertaeque sunt valles: oppida insularum modo exstant. Nullum in mediterraneis, nisi per navigia commercium est. Maiorque est laetitia gentibus, quo minus terrarum suarum vident. Sic quoque quum se ripis continet Nilus, per septena ostia in mare emititur: quodcunque elegeris ex his, mare est. Multos nihilominus ignobiles ramos in aliud atque aliud litus porrigit. Ceterum belluas, marinis vel magnitudine vel noxa pares, educat. Et ex eo quantus sit, aestimari potest, quod ingentia animalia, et pabulo sufficienti, et ad vagandum loco, continet. ^g Balbillus, virorum optimus, in omni literarum genere rarissimus, auctor est, quum ipse praefectus obtineret Aegyptum, Heracleotico ostio Nili, quod est maximum, spectaculo sibi fuisse delphinorum a mari occurrentium, et crocodilorum a flumine adversum agmen agerunt, velut pro partibus proelium: crocodilos ab anima-

^{g.} *Balbillus.* Sic legendum coniecerat Lipsius ad Tacit. Annal. XIII, 22: quam scripturam firmat Memmian. cod.: Gruteriani servant vulg. *Babillus* cum cufis.

eunte. 11. *Oppida insularum belluas — educat. Cro- rum — exstant.* Idem iam codilos et Hippopotamos. He- obseruavit Herodot. II, 97. rodot. II, 68 sq. 71. Plin. αἱ πόλεις μοῦναι Φαίνονται VIII, 26. — 12. Cai. *Bal- υπερέχουσαι μάλιστα η ἐμφε- billus* sub imperat. Nerone φέες τῆσι ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόν- rector Aegypti fuit. Tacit. τῷ νήσοισι τὰ μὲν γὰρ ἄλλα Ann. XIII, 22. ibique Lipsius. τῆς Αἰγύπτου πέλαγος γίνε- Ipsum de rebus ad Aegyptum ται etc. per septena ostia. pertinentibus quaedam scri- Plin. N. H. V, 10. nominat, siisse verisimile est. Cete- qui et falsa ostia ab Aegy- rum eadem retulit Plin. VIII, ptiis appellata praeter illa 25, quae hic Balbillo auctore septem siisse refert: consen- Seneca narrat. — 13. De tūt Herodot. II, 17. Cete- Crocodilo Herodot. II, 68.

con-

animalibus placidis morsuque innoxiiis victos. His superior pars corporis dura et impenetrabilis est etiam maiorum animalium dentibus, at inferior mollis ac tenera: hanc delphini spinis, quas dorso eminentes gerunt, submersi vulnerabant, et in adversum enixi dividebant. Recisis hoc modo pluribus,¹⁴ ceteri velut acie versa refugerunt: fugax animal audaci, audacissimum timido! Nec illos Tentyritae generis aut sanguinis proprietate superant, sed contemptu et temeritate. Ultro enim insequuntur, fugientesque injecto trahunt laqueo: plerique perirent, quibus minus praesens animus ad persequendum fuit. Nilum aliquando marinam aquam detulisse, Theophrastus est auctor. Biennio continuo,¹⁵ regnante Cleopatra, non ascendisse, decimo regni anno et undecimo, constat. Significatam aiunt duabus rerum potentibus defectionem. Antonii enim

Cleo-

conferri meretur. *divide-* Nat. Anim. X, 21. *Apollo-*
bant, secabant. Recentissimi nopolitanos, Tentyritarum
 mi viatores obseruant, nunc partem, Crocodilorum odio
 Crocodilos non amplius in insignes fuisse tradit Plin.
 mare prodire. Cf. Biblioth. VIII, 25, qui idem refert,
 der alten Literat. und Kunst olfactu hominum huius stir.
 VII. p. 36 sq. — 14. *Tentyri-* pis fugere Crocodilos, Seneca
 tae. Insula Nili Tentyra, nunc tamen iam antea hanc op.
 Denderah, haud procul a nionem refutante. Eo enim
 Thebis sita, ubi post multos verba *generis aut sanguinis*
 alios Denon quoque nuper *propri.* spectant. *Theophra-*
 haud paucas antiquitatis re-*stus est auctor.* Locum non
 liquias vidit delineavitque in invenio. 15. *Biennio con-*
 opere supra laudato. *Ten-* *tinuo* — *constat.* Hoc fa-
 tyritae Crocodilorum acer-ctum esse videtur a. u. 711.
 rimi semper fuere inimici, 713. nam Cleopatra una
 iisque tanto fuerunt terrori, cum Ptolemaeo puero re-
 ut vocem adeo eorum fu-gnare coepit a. u. 702. Ae-
 gerent Crocodili, referente gypti fame afflictæ meminit
 Plin. XXVIII, 3. Aelian. Appian. Bell. Civ. IV, 61.
 63.

Cleopatraeque defecit imperium. Per novem annos non ascendisse Nilum superioribus seculis, Callimachus est auctor. Sed nunc ad inspiciendas causas, propter quas aestate Nilus crescat, accedam, et ab antiquissimis incipiam. Anaxagoras ait, ex Aethiopiae iugis solutas nives ad Nilum usque decurrere. In eadem opinione omnis vetustas fuit. Hoc Aeschylus, Sophocles, Euripides, tradunt. Sed falsum esse, argumentis plurimis patet. Primo Aethiopianam

63. 108. *Per novem — autem* nike in Commentat. de Geograph. Africæ Herodotea chi fragm. quod Etymol. M. (Gotting. 1788). cf. Heeren servavit in voce Πόλεων Αἴγυ- Ideen I. p. 337 sq. Mirum πτος προπάροιθεν ἐν ἐννέᾳ tamen est, quod Seneca tres πάρφετο πολαις, h. e. Aegyptum quoque designat, H. tantum opiniones de Nili inptus olim per novem annos crementis affert, optimam exarescebat. (Πόλα enim autem omittit, qua haec Stephano in Thes. L. G. Vol. citur, iam ab Herodoto pro- V. p. 1681. erudite docente: latam et probatam, postea accedit Anal. poet. Graec. vero ab Eratostheni et Aga- Brunck. II. p. 187. n. IX.) tharchide (cf. Diodor. Sic. I.) cf. Callimaehi Hymn. etc. ex exornatam: quae nunc vul- ed. Ernest. Vol. I. p. 357 et gata est de hac re sen- 509. Fragmentum hoc for- tentia. *Anaxagoras — tra-*
tasse desumptum est ex Callim. dunt. Huius opinionis He- libro De flaviis, quae est Io. rodotus quoque II, 22. me- Meursii opinio ad Hellad. p. minit. *Hoc Aeschylus —*
45. — 16. Sed nunc — in- tradunt. In eorum tragoe-
cipiam. Iam antiquissimos diis nobis servatis, ubi hu- naturae scrutatores in Nili ius rei mentio fit, eadem oc- adscensum inquisiville patet, currit opinio, e. g. Aeschyl. cum ex omnibus qui de hac Suppl. 574 sq. ubi λειμῶνα re exposuere auctoribus, tam χιονόβοσκον memorat, Euri- ex noliro. Herodotus mul- pid. Helen. 3. cf. Valcken. tus est in hac lite dirimenda Diatrib. p. 30 sq. et Hen- II, 20 sq. Collegit omnia nike commentat. laud. 17. vett. loca de Nilo post Ges- Argumenta, quibus falsam ner. ad Claud. p. 648. Hen- esse hanc Anaxagorae opi- nionem

piam ferventissimam esse, indicat hominum adustus color, et Troglodytae, quibus subterraneae domus sunt. Saxa velut igni ferveunt, non tantum medio, sed inclinato quoque die: ardens pulvis, nec humani vestigii patiens: argentum replumbatur: signorum coagmenta solvuntur: nullum materiae superadornatae manet operimentum. Auster quo-¹⁸ que, qui ex illo tractu venit, ventorum calidissimus est. Nullum ex his animalibus, quae latent bruma, unquam reconditur. Etiam per hiemein in summo et aperto serpens est. ^h Alexandria quoque longe ab huiusmodi immodicis caloribus est posita: nives non cadunt: superiora pluvia carent. Quemadmodum ergo regio tantis subiecta fervoribus duraturas per totam aestatem nives recipit? Quas sane ali-¹⁹ qui montes illic quoque excipient: nunquam magis quam Alpes, quam Thraciae iuga aut Cau- casus:

^{h.} *Alexandria quoque longe — posita: n. n. c.* Sic omnes codd. et edd. Fortunatus tamen emendabat, *Alexandriae quoque, quae etc.* Sed vulgata nec opus habet hac mutatione, nec illa, qua Fortunat. mutavit: *superiora etiam p. c.* Mox numquam magis e codd. rescripsi, qui tamen excludunt. Deinceps, *Quippe vernis temporibus vulg. emen-*

nionem evictum it Seneca, accuratius doctis satisfacient. ferme sunt eadem, quae He- Situs contra istius regionis, rodot. II, 22. contra eam mo- montibus altissimis ad rivem vit. Fortasse ex iis, quos Ne- excipiendam aptis carentis, ro ad illas regiones explo- atque coeli temperies dorandas miserat, haec eadem cent, rivem ibi locum ha- rescivisse poterat, quae He- bere non posse ad Nili ad- rodoti argumentationem no- scensum vel gignendum vel stro non incognitam confir- invandum. *argentum re-* mabant. Omnino quidem *plumbatur* i. plumbum ar- falla ea est, sed argumenta dore solis ab argento sepa- ad illam refutandam adhibi- ratur. Nemo tamen, quod ta non usquequa nobis sciām, praeter nostrum hanc

casus. Atqui horum montium flumina vere et prima aestate intumescunt, deinde hibernis minora sunt. Quippe vernis temporibus imbræ nivem diluunt: reliquias eius primus calor dissipat. Nec Rhenus, nec Rhodanus, nec Ister, nec Caystrus i^u subiacent malo: aestate proveniunt. Altissimæ sunt 20 et in illis septemtrionalibus iugis nives. Phasis quoque per id tempus et Borysthenes cresceret, si nives flumina possent contra aestatem magna producere. Praeterea si haec causa attolleret Nilum, aestate prima plenissimus flueret. Tunc enim maximaæ et integrae adhuc nives, ex mollissimoque tabes est. Nilus autem per menes quatuor liquitur, et 21 illi aequalis accessio est. Si Thaleti credis, Etesiae descen-

temendat Gronov., *Q. vernis temporibus*. Sed sequens *primus calor non fævet*. i. subiacent malo: aestate proveniunt. Altissimæ sunt et in illis septemtrionalibus iugis nives. Sic Muretus. Differunt tamen primæ edd., et codd. pars omittit proveniunt, exhibetque aestate. Sunt et illis altissimæ in sept. iugiter nives; pars, proveniunt et illis altissimæ in sept. iugis nives sunt. Illud, Caystrus, quod omnes codd. exhibent, vix sanum puto. Cilbiana iuga, unde Plinio auctore N. H. V, 29. oritur Caystrus (cf. Mannert. VI, 3. p. 305 f.) nec sunt septemtrionalia, nec Caystrus tantus est fluvius, ut cum praegressis

con-

famam prodidit parum veri- nec septemtrionalia satis be- similem. — 19. *Caystrus*, ne dici possint. subiacent fluvius Ioniae in Cilbianis malo, ut scil. hiberno tem- iugis Myiae ortus notusque pore intumescant. — 20. satis ex Il. Hom. β, 461. Ter- *Phasis* Armeniae (Strab. XI. ram agris ingerere solet ob- p. 583.) et Colchidos fluvius, servante Strab. XIII. p. 446. qui in Pontum Euxinum in XIV. p. 540. lipf. cf. Mannert fluit. *Borysthenes*, quem nunc VI, 3. p. 305 sq. At quo- Dnepr vocamus, Büsching modo Caystri h. l. mentio I. p. 774. contra aestatem iniiciatur, haud video, quum circa aestatis tempus. 21. iuga Cilbiana, unde ortum Altera sententia, quae Ete- suum habet, nec altissima sint, siis adscensum Nili tribuit,

nar-

descendenti Nilo resistunt, et cursus eius acto contra ostia mari sustinent: ita reverberatus in se recurrit: nec creseit, sed exitu prohibitus resistit, et quacunque mox potuit, inconcessus erumpit. Euthymenes Massiliensis testimonium dicit: „Navigavi, inquit, Atlanticum mare. Inde Nilus fluit maior, quamdiu Etesiae tempus observant: tunc enim eicitur mare instantibus ventis. Quum resederint, et pelagus conquiescit, minorque descendenti inde vis

Q 2

Nilo

coniungi recte possit. Mox *adhuc nives* Pinc. emend. a. nivis. k. *descendenti* et §. 22. *descendenti* optimi codd. praestant. Sic infra §. 23. *Nilus descendit*, ubi nulla electionis varietas notatur. Olim *discedenti*.

narratur et confutatur: eo continuos flare in mari medem fere modo, quo Hero- diterraneo, a Iulio medio datus eam resellit II, 20. incipientes, les vents alisés, Omittit noster argumentum the monsoons. Aristot. Meteororum: si Etesiae in teorol. II, 5. flare, ait, eos causa essent, cur Nilus ad- incipere μετὰ τὰς θερινὰς scenderet, etiam alios fluvios τροπὰς καὶ νυνὸς ἐπιτολὴν — idem cum Nilo pati oportet καὶ τὰς μὲν ἡμέρας πνέουσι, bat eo magis, quo maiores τὰς δὲ νύκτας παύουσι: sunt in Syria, Libya, in qui- quocum Plin. l. l. consentit. bus tamen nihil tale obser- *Euthymenes Massiliensis.* vatur. *Thaletis* fuisse hanc Eadem affert Plut. Plac. Phil. opinionem certum est. Cf. IV, 1. p. 459. Vol. XII. Hutt.: Wesselung. ad Diod. Sic. I. Εὐθυμένης ὁ Μασσαλιώτης ἐκ p. 38, 46. Anal. Brunck. III. τοῦ ὀκεανὸς καὶ τῆς ἔξω θα- p. 130. nr. 7. not. Diog. λάσσης γλυκείας πατ' αὐτὸν Laert. I, 37. Fortasse sum- (e regione Nili) οὕσης νομι- fit noster haec e libro Tha- ζει πληρῶσθαι τὸν ποταμὸν: leti tributo De principiis. ubi, obiter moneo, poste- Cf. Fabric. Bibl. Gr. lib. I. riora verba γλυκ. — οὔσ. ma- c. 35, 3. Ceterum verbo le pro spuriis haberi, locus monemus, Etesias (i. e. an- noster docet. Ceterum de nuos) ventos, τοὺς ἑτησίας hoc Euthymene Mass. nihil ἀνέμους Herodot. l. l., bo- nobis innotuit. Artemido- reales, per quadraginta dies ruin Ephesium, modo scimus e Mar-

Nilo est. Ceterum dulcis maris sapor est, et similes Niloticis belluae.“ Quare ergo, si Nilum Etesiae provocant, et ante illos incipit incrementum eius, et post eos durat? Praeterea non sit maior, quo illi flavere vehementius. Nec remittitur incitaturque, prout illis impetus suit: quod fieret, si 23 illorum viribus cresceret. Quid, quod Etesiae litus Aegyptium verberant, et contra illos Nilus descendit, inde venturus, unde illi, si origo ab illis esset? Praeterea ex mari purus et caeruleus efflueret, non ut nunc turbidus venit. Adde, quod testimonium eius testium turbā coarguitur. Tunc erat mendacio locus, quum ignota essent externa. Licebat illis fabulas mittere. Nunc vero tota exteri maris ora mercatorum navibus stringitur: quorum nemo narrat¹ nunc caeruleum Nilum, aut mare saporis alterius.

1. *nunc caeruleum Nilum*, est ex emendatione Fortun., cuius codd. habebant, *nunc Zeum Nilum*, ut et reliqui. Vetusae edd. *mincium Nilum*. Praegressa confirmant Fortun. emendationem.

e Marciano, eius epitoma- νοῦ. Si omnia Massiliensium tore, Euthymenis fuisse epi- itineraria his duobus fue- tomatorem. Marciani verba sint similia, quae nobis in- attulit Fabric. Bibl. Gr. lib. notuerunt, (Pytheas enim IV, 2, 10. p. 614. Vol. IV. etiam Massiliensis fuit) fide ed. Harles. Is autem Arte- haud digna fuerint necesse midorus vixit ol. 169. i. e. est. 22. *Quare — durat?* circiter C annis ante Chr. Idem iam obiecerat huic nat. Fragmentum autem hoc opinioni Herodotus II, 20. unicum ex Euthymene, qui 23. *Tunc erat — mittere.* apud Marcian. Εὐθυμάνης ὁ Poetas et itinerariorum au- Μαστιλιώτης audit, nemo, ctores Pytheam, nuper a quod mireris, adduxit, quod Gosselino male exceptum, tamen eo mirabilius est, quia Damasten, similesque, quos inde videmus, opus hoc Strabo I. p. 126 lips. per- Euthymenis fuisse περίπλουν strinxit, Senecae animo ob- τοῦ πελάγους τοῦ αἰθαντι- versatos fuisse appetet. —

terius. quod et natura credi vetat, quia dulcissimum quodque et levissimum sol trahit. Praeterea quare hieme non crescit? et tunc potest ventis concitari mare, aliquando quidem maioribus. Nam Etesiae temperati sunt. Quod si e mari ferretur Atlantico, semel oppleret Aegyptum. At nunc per gradus crescit. Oenopides Chius ait, hieme calorem sub terris contineri: ideo et specus calidos esse, et tepidiorem puteis aquam: itaque venas interno calore siccari. Sed in aliis terris augmentur imbribus flumina. Nilum, quia nullo imbre adiuvetur, tenuari, deinde crescere per aestatem: quo tempore frigent interiora terrarum, et redit rigor fontibus. Quod si verum esset, aestate flumina crecerent, omnesque putei aestate abundarent. Deinde non calorem hieme sub terris esse maiorem. Aqua et specus et putei tepent, quia aëra rigentem extrinsecus non recipiunt. Ita non calorem habent, sed frigus excludunt. Ex eadem causa aestate refrescant, quia illo remotus seductusque aér cale-

Q 3 factus

24. quod et — trahit. Hoc eum vixit. Plato certe in argumentum levissimum e 'Ερασταῖς Vol. II. p. 30 bip. schola Stoae est. *et tunc —* eum cum Anaxagora contemperati sunt. Hieme ma- iungit: etiam Proclus ap- re ventis aliquando vehe- Fabric. Bibl. Gr. lib. III, 19. mentioribus concitari potest, Vol. IV. p. 85. Cur Pytha- quam Etesias, quippe qui goreis adscribamus, nulla cau- temperati sunt. Aristot. ta- fa est. Ceterum mireris, Oe- men Meteorol. II, 5. post nolidem, quem et ipsum ad- Etesias flare ait incipere Or- iiße Aegyptum tradunt, hanc nithias, quos debiles vocat opinionem tam facilem re- Etesias. *25. Oenopides Chius* futatu excogitare maluisse, in antiquissimis naturae scru- quam ex Aegyptiorum sacer- tatoribus celebritatem ade- dotibus aliisque peritioribus, ptus vel Anaxagorae fuit ae- quibus vera adscensus Nili qualis, vel non multum post causa non latuit, veritatem di- scere.

27 factus non pervenit. Diogenes Apolloniates ait:
 „Sol humorem ad se rapit: hunc exsiccata tellus
 tum ex mari dicit, tum ex ceteris aquis. Fieri au-
 tem non potest, ut una sicca sit tellus, alia abun-
 det. Sunt enim perforata omnia, ^m et in itinera
 pervia. Sicca ab humidis sumunt aliquando. Nisi
 aliquid terra acciperet, exaruisset. Ergo undas sol
 trahit: sed ex his, quae premunt, maxime haec me-
 28ridiana sunt. Terra quum exaruit, plus ad se hu-
 moris adducit: ut in lucernis oleum illo fluit, ubi
 exuritur; sic aqua illo incumbit, quo vis caloris et
 terrae aestuantis arcessit. Unde ergo trahitur? ex
 illis scilicet partibus semper hibernis, Septemtriona-
 29glibus, unde exundat. Ob hoc Pontus in infernum
 mare assidue fluit rapidus, non ut cetera maria, al-
 terna-

^{m.} et in itinera. Sic emend. Gronov. e mss. qui dabant, *in itinere*. Omnia, inquit, terrae sunt perforata et pervia in itinera. Confert III, 5. 15, 3. VI, 20, 4. Itinera sunt spiramen-
 ta, foramina. Pinc. emendabat *et invicem pervia*.

scere. — 27..Diogenes Na- doto placuit II, 24 sq., et chytennus fil. *Apolloniates* postea ab Eratosthenè, Aga- Anaximenis auditor, ideo- tharchide et aliis probata que ionicae scholae affecta, est. *Sed ex his locis, quae plures de rerum natura li- premunt*, vexant, instant, bros composuit, unde haec ideoque exsugunt undas. — desunta esse videntur. Sen- 29. *Ob hoc Pontus — tor- tentiam eius de Nili incre- rens.* Confirmat haec Stra- mento memorat auctor quo- bo I. p. 148. qui tamen ex que incertus libri de Nilo Hipparcho refert, hunc ef- Aristoteli adscripti. Brucker. fluxum e pontico mari, s. e I. p. 514. Fabric. Bibl. Gr. ponto euxino per bospo- III. p. 280. Ceterum ioni- rum thracicum in Proponti- can scholam haec sapere dem aliquando etiam substi- patet. Cf. Aristot. Meteorol. tisse (*μονάς ποτε ἐποιεῖτο*). II, 7. Seneca infra VI, 9. Diogenes autem nec reputa- Toto autem coelo ab ista vit, pontum euxinum non- sententia distat, quae Hero- nisi id undarum in Proponti- tidem

ternatis ultro citro aestibus, in unam partem semper pronus et torrens. Quod nisi faceret, hisque itineribus, quod cuique deest, redderetur, quod cuique supereft, emitteretur; iam aut siccata effent omnia, aut inundata.“ — Interrogare Diogenem libet, quare, quum pontus et amnes cuncti invicem commeent, non omnibus locis aestate maiora sunt flumina? Aegyptum sol magis percoquit. Itaque Nilus magis crescit. Sed in ceteris quoque terris aliqua fluminibus fit adiectio. Deinde quare ulla pars terrae sine humore est, quum omnis ad se ex aliis regionibus trahit, eoque magis, quo calidior est? Deinde quare Nilus dulcis est, si illi e mari unda est? Nec enim ulli flumen dulcior gustus.

Q 4

III:

tidem et mare mediterraneum docis quibusdam, e. c. a neum effundere posse, quan- Kircheri assumta sunt: qui- tum ad id per fluvios in- bus tamen bene superse- fluentes sufficiat, nec obser- mus. — 3o. *Aegyptum* — vavit, aut observatis uti non *adiectio*. Diogenes respon- potuit, refluere amnes per det: *sed in ceteris — ad-* bosporum thracicum in *iectio*: quae tamen lique- pontum euxinum: quod Plin. scienti nivi tribuenda sit. II, 97. extr. negavit, Mar- *Deinde quare Nilus — est?* figlius (*Histoire physiq. de la Eadem auctoritate erat Nili mer. Amstelod. 1725. fol.*) aqua in antiquitate, et ho- autem egregie observavit at- dieque apud Aegyptios, Per- que demonstravit, hydrau- las aliosque, qua Gangis lices, quam vocant, legibus aquam etiam nunc in India non vetantibus. Ceterum in orientali esse perhibent. Sic causis explorandis, quo fiat, ad Persarum reges Nili aquam ut tot tantisque fluviis plu- et salem Ammonium ex Ae- viisque e. c. in mare medi- gypto mitti oportebat, Di- terraneum cadentibus, illud none auctore ap. Athenae. tamen non ultra mensuram II. p. 67. b. cf. Iablonsk. folitam adscendat, itinera Pantheum Aegypt. IV, 1. p. quoque subterranea a viris 164 sq.

III. Grandinem hoc modo fieri, si tibi affirmavero, quo apud nos glacies fit, gelata nube tota, nimis audacem rem fecero. Itaque ex his me testibus ^a numero secundae notae, qui vidisse quidem se negant, sed audisse. Aut quod historici faciunt, et ipse faciam. Illi quum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere, sed adiiciunt: Penes auctores fides erit. Ergo si mihi parum credis, Posidonius tibi auctoritatem promittet, tam in illo quod praeteriit, quam in hoc quod secuturum est. Grandinem enim fieri ex nube aquosa, et iam in humorem verfa, sic affirmabit, tanquam inter-

a. *numero.* Sic omnes codd. et edd. praeter Mureti, qui dedit *numera.*

C. 3. Grandinis origo. taphora sumta de modo am-
Egit de grandine Aristot. phoras signandi. Cf. Duker. Meteorol. I, 12. qui unius ad Flor. II, 16. p. 403. Aut Anaxagorae de ea exponen- *quod historici — fides erit.*
tis mentionem fecit. Noster Sic Herodotus, Ctesias, Hel-
sequitur *Posidonium*, Sto- lanicus, Indicarum rerum
eum, qui in Meteorologicis scriptores et ipse Theopom-
p. in octavo de natura rerum pus fabulas inseruerant suis
libro (Diog. Laert. VII, 153.) historiis, addito saepe dicto,
ad Aristotelis exemplum penes auctores etc. sed fig-
compositis, etiam de gran- menta ac mendacia ab ipsis
dine egerat. Phaenomenon sponte effecta esse noli cre-
hoc etiamnunc non usque- dere. Scimus hoc ex ipsa
quaque explicatum esse no- Herodotilectione: confirmat
rum est. Cf. Gehler sub voc. de ceteris Strabo I. p. 116.
Hagel. — 1. *Grandinem* — Exemplum praebet Sallust.
fecero. Anaxagorae senten- Bell. Iug. 17. extr. 2. Posi-
tia haec fuisse videtur, si Ari- donii sententia de grandinis
stotelem l. l. recte interpre- origine haud multum distat
tor, qui hoc capite Anaxa- ab ea, quam Aristoteles pro-
goram eiusque affectas con- tulit, sive eadem est. Nam
futatum it. *secundae no-* Aristot. l. l. aquam, ait, in
tæ, pretii, dignitatis. Me- superiore coeli parte esse
non

interfuerit. Quare autem rotunda sit grando, etiam sine magistro scire potes, quum adnotaveris, *stillicidium* omne conglomerari. Quod et in speculis appareat, quae humorem halitu colligunt, et in poculis sparsis, aliaque omni laevitate: nam et in herbarum vel arborum foliis, si quae guttae adhaeserunt, in rotundum iacent.

Quid magis est saxo durum? quid mollius unda?

Dura tamen molli saxa cavantur aqua.

aut, ut aliis poëta ait:

Stillicidi casus lapidem cavat.

et haec ipsa excavatio rotunda fit. Ex quo apparent, illud huic quoque simile esse quod cavat. Locum enim sibi ad formam et habitum suum exsculptit. Praeterea potest, etiamsi non fuerit grando talis, quum defertur, corrotundari, et toties per spatium aëris densi devoluta aequabiliter atque in orbem teri. Quod nix pati non potest: quia non est tam solida, immo quia tam fusa est, et non per magnam altitudinem cadit, sed circa terras initium eius est. Ita non longius illi per aëra, sed ex proximo lapsus est. Quare non et ego idem mihi permittam, quod Anaxagoras, quum inter nullos magis quam inter philosophos esse debeat aequa libertas? Grando

Q 5

nihil

non posse, nubem aquosam cretii I, 314. 5. *Quare* — verti in humorem, id est, *libertas*? Discedenti ab Anaguttas, et tali modo gelari. xagoiae, qui non solum con*Quare* — *autem rotunda* — trarium statuerat, sed haud conglomerari. Plerumque semel etiam a Thalete et rotunda est, sed laepe in Anaximene praceptor disalias formas vertitur: quod cesserat, sententia, haec in iam Aristoteles I. l. observa- terpretanda esse videntur. verat. 3. Versus sunt Ovi- Ceterum Aristoteles Meteordii Art. am. I, 475 sq. et Lu- rol. I, 11. idem ferme docuit.

nihil aliud est quam suspensa glacies. ^b Nix, in pruina pendens congelatio. Illud enim iam diximus, quod inter aquam et rorem interest, hoc inter pruinam et glaciem, nec non inter nivem et grandinem interefle.

IV. Poteram me, peracta quaestione, dimittere: sed bene emensum dabo: et quoniam coepi tibi molestus esse, quidquid in hoc loco quaeritur, dicam. Quaeritur autem, quare hieme ningat, non grandinet: et vere, iam frigore infracto, grando cadat. Nam ut fallar tibi, verum mihi quidem persuadetur, qui me usque ad mendacia haec leviora, in quibus os ^a praecidi, non oculi erui solent, credulum praesto. Hieme aér riget: et ideo nondum in

b. *Nix, in pruina p. c.* Hanc ab omnibus codd. et edd. firmatam lectionem emendabat Pinc. qui mallet, *Nix et pruina pendens cong.*, quia sequatur, *hoc inter pruinam et glaciem etc.* Ergo, inquit, iungit Seneca nivem et pruinam. Sed vulgata bene se habet, qua explicatio nivis continetur.

a. *praecidi.* Tres Grut. codd. *percidi*, quod probat Gruterus, qui ita ap. Martial. 2, 72. cum Turnebo Adversar. VII, 12. legi vult. Ubique *perc.* et *praec.* *os* dubia est lectio, *os* obturare, ad silentium redigere. *Percidi* tamen praetulerim cum Gesnero in Thes. L. L. voc. *Percido*.

C. 4. Nivis causa. 1. *Be-* Caf. II, 6, 52. praecide os, ne emensum vocat ἐπίμετρον, i. e. pulsa os, ut taceat. Mu-auctarium, corollarium: ut, retus notavit haecce ad hunc quum multis modis tritici pu- locum: Praecidere, aut for-gillos aliquot pro cumulo ad- tassis praeccludere os audi- iificant. Muretus. *Quaeri-* tibus videntur, qui ita men- tur — *cadat*. Aristot. Me- tiuntur, ut contradici non teorol. l. l. has quaestiones facile possit: at oculos erue- iam peregit. *Nam ut fallar* re, qui non verentur ea pro *tibi*. Nani licet in gratiam veris affirmare, quae ad spe- tuam fallar. Fromondus sen- ctu ipso mendacii coargui sum hunc inesse putabat: Li- possunt. Excaecare enim cet opinione tua fallum affe- eos qui audiunt, quantum in ram. *Os praecidi.* Plaut. ipsis est, videntur. 2. *Hie-* me

in aquam vertitur, sed in nivem, cui aër propior est. Quum ver coepit, maior inclinatio aëris sequitur, et calidore coelo maiora fiunt stillicidia, Ideo, ut ait Virgilius noster,

— — *quum ruit imbriferum ver,*

vehementior immutatio est aëris, undique patefacti et solventis se, ^b ipso tempore adiuvante. Ob hoc nimbi graves magis vastique quam pertinaces deferruntur. Bruma lentas pluvias habet et tenues: quales saepe solent intervenire, quum pluvia rara et minuta nivem quoque admixtam habet. Dicimus nivalem diem, quum altum frigus, et triste coelum est. Praeterea Aquilone flante, et suum coelum habente, minutae pluviae sunt: Austro imber improbior est, et guttae pleniores sunt.

V. Rem a nostris positam nec dicere audeo, quia infirma videtur, nec praeterire. Quid enim mali est, aliquid et facilitiore iudici scribere? Immo si omnia argumenta ad obrussam cooperimus exigeremus,

b. *ipso tempore adiuvante.* Sic dedi e codd. Nicot. et Memm. ap. Obsopoeum: probaverat Gronovius quoque in nota ad c. 2. not. i., et magis Bentleius ad Horat. Od. 4, 4, 7. sic coniecerat. Olim: *tempore.*

me — est. Hanc eandem explicatione recentiores. Cf. sententiam habet Aristot. Me-Gehler, Schnee. 3. De terceorol. I, 11. ὅταν γὰρ παγῆ ris clementiore coelo utentι τὸ νέφος, χιῶν ἐσι. Hoc tebus h. l. cogitandum esse, quutus etiam est auctor libri verbo monemus. Nam apud De Mundo Aristotelii falso nos in his rebus haud ex-adscribi soliti, quem Io. Stob. quam diversitatem esse con-Ecl. phyl. p. 666. exscriptis stat.

Ait enim: χιῶν δὲ γίνεται κα- C. 5. Continuatio. 1. *Rem τὰ νεφῶν πεπυκυωμένων ἀπό-* a nostris, stoicis. *Immo si θραυσι ρότης εἰς ὕδωρ με— indicetur.* Si omnia tam ταβολῆς ἀναποτέντων. Haud severe examinentur, quasi multum distant ab hac nivis aurum ad obrussam explo- res,

re, silentium indicetur. Pauca enim admodum sunt sine adversario. Cetera etiam si vincunt, litigant. Aiunt, quidquid circa Scythiam et Pontum et Septentrionalem plagam glaciatum et adstrictum est, vere relaxari: tunc flumina gelata discedere, tunc obrutos montes nivem solvere. Credibile est ergo, frigidos spiritus inde fieri, ^a et verno coelo remisceri. Illud quoque adiiciunt, quod nec sum experitus, nec experiri cogito. Tu quoque, censeo, si volueris verum exquirere, nivem ^b ita cave experiaris.

a. et verno coelo rem. Sic optimo sensu omnes codd. et edd. Britannicus tamen codex exhibet, *et imo coelo remisceri*, probante Gronqvio, qui ait: Recte, nempe in quo tumultus et inconstantiā temperiei. Addit hoc vocabulum, quia dicturus erat non *aëri*, sed *coelo*. Nam *vere* id fieri satis ex praecedentibus intelligitur. Verbum autem sic formant et Pal. unus et Gallici. Horatius: *sic veris falsa remisceret*. Huic Gronov. argumentationi lubenter accedem, nisi me hic retineret, quod causa redditur, cur ver frigidos habeat spiritus, atque adeo de imo coelo sermonem esse non posse putandum sit. *b. ita cave exp.* Sic Erasmus, Muretus aliquie. Codices discedunt. Palat. tert. *nivem in cane exp.* quart. et Col. *incave exp.* Gronovius in brit. et casaubon. invenerat, *in cane*. Scribe, ait, *nivem*

res, i. e. ad auri experimen- *remisceri*. Hanc frigoris tum, quod igne admoto fiebat causam solummodo Stoicis et hodieque fit: cf. Salmas. inventam credas: apud Ariad Solin. p. 1079 sq., qui te- stotelem nullum eius vestimere a *βρύζειν*, ebullire, de- gium invenire licuit, nec duxit: nullas causas satis suf- inveniri credo, si quae deficients proferre possumus. frigore e. c. de Gener. et Quam recte haec dicta sint, Corrupt. II, 3. dixit, compaesertim isto, quo vivebat paraveris. Nostri quidem Seneca, tempore, quivis ha- physici observationis huius rum rerum peritior intelli- veritatem non oppugnant, git. *Pauca — litigant*, et si alias quoque frigoris cau- Pauca argumenta certissima fas, quae loco sitaque, ra- sunt, cetera adhuc sub iudi- diorum solis reflexione, aë- ce iacent, etiam si vim per- risque natura diversa etc. ni- fuscationis habeant. *Aiunt —* tuntur, non praetermittendas cen-

ris. Minus algere aiunt pedes eorum, qui fixam et duram nivem calcant, quam eorum, qui teneram et labefactam. Ergo, si non mentiuntur, quidquid ex illis Septemtrionalibus locis, iam disturbata nive, et glacie frangente se fertur, id meridianae partis tene- pentem iam humidumque aëra alligat, et perstrin- git. Itaque quum pluvia futura erat, grando fit, iniuria frigoris.

VI. Non tempero mihi, quo minus omnes no- strorum ineptias proferam. Quosdam peritos ob- servandarum nubium esse affirmant, et praedicere, quum grando futura sit, ^a et hoc intelligere usu ipso,

vem in Care experiaris. Intellexit vilissimum mancipium, et alludit proverbium Graecum, ἡ Καὶ τὴν πειραν. Enim vero illud: *quoque* non ad mancipium vilissimum, quo in hac re experienda utatur, mentem admoveat, sed ad expe- rimentum hocce aequa devitandum, ac noster devitaslet. Magis itaque inclino ad Erasmi lectionem amplectendam, quamquam mallem, ut Erasmus lectionis originem docui- set. Mox *disturbata* e cod. brit. et cabaubon. restituit Gronov., quum antea esset, *distributa*, sine sensu.

^{a.} et hoc intelligere usu ipso. Sic cum Grutero scribendum duxi. E Fortunati coniect. dederat Erasmus, *ipso potuisse*, quum

censeant. 2. *Minus algere* pend. phys. §. 736. docuit, — *labefactam*. Vereor, ut ad grandinem gignendam haec observatio omnibus pla- electricitas, quam vocant, citura sit. Nam fixam et du- necessaria sit. Aquosas ita- ram nivem frigus, teneram que particulas, quae pluviae et labefactam tepor aëris co- modo cadere debuissent, pro- mitari solet. Attamen illud cessu illo chemico ita affectas dici pro ea potest, quod ni- esse credas, ut in grandinem vem liquefcentem exhalatio versae decendant in terram.

f. evaporatio comitatur, quae C. 6. De praedictione raro sine frigore esse solet. grandinis et tempestatis. 1. Ceterum ingeniosius quam *Non tempero — proferam*. verius grandinis origo expli- Itaque et illam, quam cap- catur. Vix dubitari potest, praeced. dederat de ortu quin, quod egregie b. Lich- grandinis explicationem, intenbergius ad Erxleben. com- eptiis adnumerat? *Quos- dam —*

ipso, quum colorem nubium notassent, quam grande toties insequebatur. Illud incredibile, Cleonis fuisse publice praepositos χαλαζοφύλακας, speculatores futurae grandinis. Hi quum signum dedissent, adesse iam grandinem, quid exspectas? ut homines ad penulas discurrerent, aut ^b ad scorteas? Immo pro se quisque aliis agnum immolabat, aliis pullum. Protinus autem illae nubes alio declinabant, quum aliquid gustassent sanguinis. Hoc rideas? Accipe, quod rideas magis. Si quis nec agnum nec pul-

quum alli codd. haberent, potuerunt, alii, potuere, quaque quidem voce bene caremus.

b. *ad scorteas.* Sic Erasmus et edd. vett. At Fortunati mss. *Scorti.* Recte tamen Salmasius ad Scriptt. Hist. Aug. To. I. p. 26. (ad Ael. Spart. Adrian. c. 3.) vulgatam lectionem tuetur. Mox Erasmus e coniect. Fortun. habet, *imo pro se quisque album agnum* etc. Sed omnes codd. agnoscunt *alius agnum* —. Etiam sequentia docent, τὸν *album* locum non habere. Fortun. e Virgilii versu, Nigram hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam, nostrum profecisse putabat.

dam — insequebatur. In gito effusione populum in his nullum ineptiarum vestimentate ac superstitione regium inest. Nam nubes tinerent. Vide eum lib. VI. grandinis adventum indica- p. 631. Stromatum. Muretus. re posse et solere, neminem Paulaniae adhuc tempore latet. — *Illud incredibile* — hoc in usu ibi erat. Ait enim *grandinis.* Horum specula- II, 34. χαλαζάν γε ἥδη θυσίαις torum futurae grandinis me- εἰδον ναὶ ἐπωδαῖς αὐθρώπους minit et Plutarchus lib. VII. ἀποτρέποντας. Cf. Hesych. Symposiorum cap. 2. Et ne Ἀνεμοκοίτας. *Cleonae* (Κλεω- tota res, quae alioqui primo ναὶ) urbs Peloponnesi in Ar- adspctu ridicula est, fabu- golide, cuius iam Homerus losa existimetur, gravis et Il. β. 570. meninit. Strabo sanctus scriptor, Clemens Ale- VIII. p. 256 sq. *Paenulis* xandrinus, putat magos suis scorteisque utebantur vesti- se, qui longa eorum, quae bus superiniiciendis adversus in sublimi fierent, observatio- inbrem et coeli iniurias scene grandinem imminentem munientes. Egit de his nu- prae noscerent, et illis impiis per Mongesius Comment. In- sacrificiis aut sanguinis e di- stitut. nat.

pullum habebat, quod sine damno fieri poterat, manus sibi afferebat. Et ne tu avidas aut crudeles existimes nubes, digitum suum bene acuto graphio pungebat, et hoc sanguine litabat. Nec minus ab huius agello grando se avertebat, quam ab illo, in quo maioribus hostiis exorata erat.

VII. Rationem huius rei quidam quaerunt. Alteri, ut homines sapientissimos decet, negant posse fieri, ut cum grandine aliquis pacificatur, et tempestates munusculis redimat, quamvis munera etiam deos vincant. Alteri suspicari ipsos aiunt, esse in ipso sanguine vim quandam potentem avertendae nubis, ac repellendae. Sed quomodo in tam exiguo sanguine potest esse vis tanta, ut in altum penetret, et eam sentiant nubes? Quanto expeditius erat dicere, Mendacium et fabula est? At ^a Cleonae iudicia reddebat in illos, quibus delegata erat cura providendae tempestatis: quod negligentia eorum

a. *Cleonae.* Sic optimis codd. et edd. postulantibus cum Erasmo rescripti. Antea *Cleonis.*

C. 7. Continuatio. 1. *Qui adsumta causas exquisitum dam,* stoici: nam c. 5. rem irent: vera haec fuit petitio, a nostris positam notare vo- ut aiunt, principii. Sed hoc luit. *Alteri ut — fieri.* In prohdolor vereor, ne in omni his Horat. Od. III, 29. extr. cum hominum, tum philo-
quamvis — vincant. Nam sophorum turba acciderit. Tempestates Deorum nume- Stoicos autem in primis hoc ro adscriptas esse constat vel vitio interdum laborasse, do- ex Horat. Epod. X. extr. cet, ut reliqua mittam, stu- Respicit ad illud Homeridum eorum allegorice s. cun: Δῶρα θεάς πειθεί, δῶρ' symbolice mythos explicandi αἰδοσονς βασιλῆως. Muretus. notissimum. — 2. *quibus Alteri suspicari — repel- delegata — tempestatis, of lenda.* Fuere in stoicis χαλαζοφύλακες. *quod ne-* hand pauci, qui re nō in- *gligentia — procidissent.* quisita, sed statim pro vero Spectant hic quae Pausan. 1. l. nar-

rum vineae vapulassent, aut segetes prōcidissent. Et apud nos in duodecim tabulis cavitur, ne quis alienos fructus excantassit. Rudis adhuc antiquitas credebat et attrahi imbræ cantibus, et repellere: quorum nihil posse fieri, tam palam est, ut huius rei causa nullius philosophi schola intranda sit.

VIII. Unam rem adhuc adiiciam, et favere ac plaudere te iuvabit. Aiunt nivem in ea parte aëris fieri, quae prope terras est. Hanc enim plus habere caloris ex tribus causis. Una, quod omnis terrarum evaporatio, quum multum intra se fervidi aridique habeat, hoc est calidior, quo recentior. Altera, quod radii solis a terra resiliunt, et in se recurrunt. Horum duplicatio proxima quaeque a terris calefacit, quae ideo plus habent teporis, quia solem bis sentiunt. Tertia causa est, quod magis superiora perflantur: at quaecunque depressa sunt, minus ventis verberantur.

IX.

1. narrat de oppido Metho- mirari, si reputaveris, igno- nis in isthmo Troezeniorum: rantiam naturae rerum con- Africo flatu e sinu saronico iunctam cum rudioribus de ingruente vineis duos viros Diis notionibus ansam huic gallum gallinaceum albis alis superstitioni dedisse. Sed de disceptum circa vineas cur- tota hac re egregie exposuit rendo circumtulisse, et ubi Tiedemannus in Disput. de excurrissent, infodisse. Su- quæstionē: quae fuerit ar- persitiones huius generis in tium magicarum origo, 1788. toto illo tractu eaedem viguif- se videntur, et fortasse, quum C. 8. In qua regione aëris incolae Dores essent, etiam nix oriatur. Haec Stoici ab in Thessalia, unde eorum Aristot. Meteorol. I, 3. 9. 11. maiores in Peloponnesum acceperant. Nam rem ipse migravisse constat. 2. *Et ita posuit, nec causas addere apud — excantassit.* Cf. neglexit. *minus ventis ver-* Plin. N. H. XXVIII, 2. *Has berantur.* Nubes enim agi ἐπωδης, f. incantationes, apud non raro videmus, nullo quasvis nationes viguiffe noli apud nos flatu.

IX. Accedit his ratio Democriti. Omne corpus quo solidius est, hoc calorem citius concepit, et diutius servat. Itaque si in sole posueris aeneum vas et vitreum et argenteum, aeneo citius calor accedit, diutius haerebit. Adiice deinde, quare hoc existimet fieri. His, inquit, corporibus, quae duriora, et pressiora densioraque sunt, necesse est minora foramina esse, et tenuiorem in singulis spiritum. Sequitur ut quemadmodum minora balnearia et minora miliaria citius calefiant, sic haec foramina occulta et oculos effugientia, et celerius fervorem sentiant, et propter easdem angustias quidquid receperunt, tardius reddant.

X.

C. 9. Continuatio. *Demotum.* Spectant haec ad Leucriti Abderitae, qui floruit cippi et Democriti doctrina circa ol. 70, insigni naturae nam de vacuo, qua etiam studio, mortuus ol. 94, 1, porositas continebatur. Cf. nonagenarius senex. Cic. de Bayle et Brucker I. p. 1177 N. D. 1, 43. ait: Democri sq. 1187 sq. *miliaria* lebetus vir magnus in primis, cuties alti et angusti, cf. ad III, ius fontibus Epicurus hortu- 24, 1. Quo tenuior sit spirilos suos irrigavit. Similibus ritus, eo minus calori in laudibus eum extulit Aristoteles. De Gener. et Corrupt. 1, que eo magis calor cum cor- 2. Multa scripsit Democri- ptoribus communicatur. Haec tus, omnia nunc deperdita, Democriti sententia continet praeter multa et ea egregia fragmenta, quae colligi me- tur materia calorifica, le caloriique, quae atomis confi- rentur. Cf. Fabric. Bibl. ciebatur. Eo spectabat Ari- Graec. lib. II, 24. Vol. II. p. stot. de Coelo III, 4 et 8 extr. 628 sq. Harlef. Ceterum De- sententiam istam refutans. inocriti sententiam fecit suam Nos quidem nunc post Frank- Aristot. de Part. Anim. II, 4. lini, Achardi, Thompsoni Tα δὲ σερεάς θέρμανθέντα al. observationes et experi- μᾶλλον θέρμανει τῶν ὑγρῶν. menta, nobis persuasum ha- Problem. Sect. I, 36. ἐν τοῖς bemus, corpora, quae op- σερεωτέροις πλείων ή θέρμο- time materiam electricam της. His inquit — spiri- conducant, idem quoque

X. Haec longe praeparata ad id perducunt, de quo nunc quaeritur. Omnis aër quo propior est terris, hoc crassior. Quemadmodum in aqua et in omni humore faex ima est: ita in aëre spississima quaeque desidunt. Iam autem probatum est, omnia quo crassioris solidiorisque materiae sunt, hoc fidelius custodire calorem receptum: sed quo editior est aër, et quo longius a terrarum colluvie recessit, hoc sincerior puriorque est. Itaque solem non retinet, sed velut per inane transmittit: ideo minus calefit.

XI. Contra autem quidam aiunt, cacumina montium hoc calidiora esse debere, quo soli propiora sunt. Qui mihi videntur errare, quod Apenninum, et Alpes, et alios notos ob eximiam altitudinem montes in tantum putant crescere, ut illorum magnitudo sentire solis viciniam possit. Excelfa sunt ista, quamdiu nobis comparantur; at vero ubi universum respexeris, manifesta est omnium humili-

praestare in calore propriae culcitaque calorem magando: quare explicamus, le conducunt, qui propter cur metalla hoc ipso a Deo in his corporibus cumulamocrito observato ordine citatur. *sed quo — puriorque*
tius calecant et frigescant, est. Hoc haud dubie verum quam ligna, vitra et bituminosa: quamquam Sauvurius (Voyages dans les Alpes II. p. 517.) eudiometri ope con-

C. 10. Continuatio. *Iam* trarium reperiisse sibi visus autem — *receptum* — Re- est.

centiorum experimenta et obss. docent, non omnipino

C. 11. Continuatio. 1. Con-referre, qua densitate et fo- tra — sunt. Hoc Anaxago-liditate corpus sit, sed quam ras et eius asseclae putasse facultatem aut capacitatem videntur, quippe qui (Ari-habent, calorem conducen- stot. de Coelo I, 3 extr. Medi. Lana, e. c., lecti plu- teorol. I, 3, teste) contendunt,

militas. Inter se vincuntur, et vincunt. Ceterum 2 in tantum nihil attollitur, ut collatione totius nulla sit vel maximis portio: quod nisi esset, non dicemus, totum orbem terrarum pilam esse. Pilae proprietas est, cum aequalitate quadam rotunditas: aequalitatem autem hanc accipe, quam vides in lusoria pila. Non multum illi commissurae et rimae earum nocent, quo minus par sibi ab omni parte dicitur. Quonodo in hac pila, nihil illa intervalla 3 officiunt ad speciem rotundi, sic nec in universo quidem orbe terrarum editi montes, quorum altitudo totius mundi collatione consumitur. Qui dicit altiorem montem, quia solem proprius excipiat, magis calere debere: idem dicere potest, longiorē hominem citius quam pusillum debere calefieri, et citius caput eius quam pedes. At quisquis mundum 4 mensura sua aestimaverit, et terram cogitaverit tenere puncti locum, intelliget nihil in illa posse ita eminere, ut coelestia magis sentiat, velut in propinquum illis acceperit. Montes isti quos suspicimus, et vertices aeterna nive obsecilli, nihilominus in imo sunt: et proprius quidem soli est mons, quam campus aut vallis, sed sic, quo modo est pilus pilo-

R 2 craſ-

runt, superiora igne plena comprehendantur ambitu, esse. 2. *Ceterum in tan-* figuram absoluti orbis effici-
tum etc. Hanc eandem ra- re. 4. *At quisquis mun-*
tionem a recentioribus quo- dum mensura sua, propria,
que adhiberi solere ad orbis iusta et vera, absoluta quam
terrarum rotunditatem et ae- vocamus, non relativa, *ae-*
qualitatem tuendam constat. stim. *Mundus* h. l. omnes
 Plinius tamen II. N. H. 64. planetas aliasque stellas com-
 absoluti orbis formam negat plectitur, quae in sensum ca-
 in tanta montium excelsitate, dunt et observantur, itaque
 tanta camporum planitie; systemata omnia, quae vo-
 addit interim terrae ample- camus coelestia.
 xum, si capita linearum

^a crassior, arbor arbore, et mons monte maior esse dicitur. Isto enim modo, et arbor alia magis quam alia dicetur vicina coelo: quod fallum est: quia inter pusilla non potest esse magnum discrimen, nisi dum inter se comparantur. Ubi ad collationem immensi corporis ventum est, nihil interest, quanto alterum altero sit maius: quia etiamsi magno discrimine, tamen minima vincuntur.

XII. Sed ut ad propositum revertar, propter has quas retuli causas, plerisque placuit, in ea parte aëris nivem concipi, quae vicina terris est: et ideo minus alligari, quia minore frigore coit. Nam vicinus aér et plus habet frigoris, quam ut in aquam et imbreū transeat, et minus, quam ut duratur in grandinem. Hoc medio frigore non nimis intento nives fiunt coactis aquis.

XIII. Quid istas, inquis, ineptias, ^a quibus nec literatior fit quisquam, nec melior, tam operose per-

a. *crassior, arbor arbore, et mons monte maior esse dicitur.* Sic cūn codd. mss., Erasmo et Fortunato repolui. Muretus enim temere illa, *arbor — dicitur*, resecuerat, quippe haud sincera esse autemans: qua in opinione fuit Gruterus quoque, sine ulla tamen causa luculenta.

a. *quibus nec literatior fit quisquam, nec m.* Duo palatinī hac vulgata repudiata dant, *quibus literatior est quisque, non m.* Quae quidem lectio specie sua non caret, quum haud dubie, qui his quaestionibus occupetur, doctior fiat necesse sit, melior non item. Sed vulgata defendi potest: qui enim ineptias scit, non est literatus. Mox Erasmus, *Ha, ha! iubesne cūm l.:* mss. tamen refragantibus, qui illud, *ha, ha, omittunt, et mentem, non, me, praefstant, compendio τοῦ μ̄ moti.*

C. 12. Continuatio. *Ple-* Haec parum conveniunt cum risque, in primis stoicis et iis, quae de magna harum peripateticis. Cf. c. 3. disquisitionum dignitate sae-

C. 13. Abusus nivis occa- pe in his libris iam exsequionem dat invectivae in lu- tus est. Nec esse eas revera xuriam Roman. orationi. 1. ineptias cuique rem recte ae- Quid istas — persequeris? stimanti facile est intellectu, modo

persequeris? Quomodo fiant nives, dicis; quum multo magis ad nos dici a te pertineat, quare emendae non sint nives. Iubes me cum luxuria litigare. Quotidianum istud et sine effectu iurgium est. Litigemus tamen: etiam si superior futura est, pugnantes ac reluctantives vincat. Quid porro? Hanc ipsam inspectionem naturae nihil iudicas ad id, quod vis, conferre? Quum quaerimus, quomodo nix fiat, et dicimus illam pruinae similem habere naturam, plus illi spiritus quam aquae inesse, non putas exprobrari illis, quum emere aquam turpe sit, si nec aquam quidem emunt? Nos vero quaeramus potius, quomodo fiant nives, quam quomodo ferventur: quoniam non contenti vina diffundere ve-

R 3 terana,

modo rite pertractentur. Ari- quamcunque occasionem li- stoteles certe Meteorol. I, 12. bentissime arripiat morales, non pro ineptiis habuit. Sed ut ita dicam, excursus inseren- ipsius auctoris haec non fuit di, in quibus temporis sui in- sententia: recte autem eam eptias traducat. Ut propo- adscribit homini, qui bono- fito non usquequaque con- rum morum amantissimus veniant, tamen est laudanda omnia ad ethicam, quam nos voluntas optima. — 2. si vocamus practicam, refert, *nec aquam quidem emunt!* omniaque susque deque ha- quandoquidem plus illi spi- bet, quae non statim ad eam ritus s. aëris inest. Ne aqua ducant. Tales fuerunt sunt- quidem pura est secundum que etiamnunc inter nos, nostrum, cap. sup. *vina dif-* qui bonis adeo literis atque *fundere veterana* h. e. ex scientiis in contemtum revo- doliis, quando vinum defer- catis nihil nisi religionem bo- buerat et defaecatum erat, in nosque mores crepent, non amphoras et cados transfun- reputantes, sine iis ad suas dere ad veterascendum, ve- delicias, quas tamen, ut quis- terana (cf. Ep. CXIV, 25): que est optime eruditus, ita vina enim sapore, a loco maximi facit, haud recto li- aut anno felice et uvas per- mite perveniri posse. Nec coquente, praecipua sive in tamen negandum est, Sene- testas i. e. amphoras cados- cae hoc quoque esse, ut que sive in utres, quorum locum

terana, et per sapores aetatesque disponere, invenimus quomodo stiparemus nivem, ut ea aestatem evinceret, et contra anni fervorem defenderetur loci frigore. Quid hac diligentia consecuti sumus? Nempe ut gratuitam mercemur aquam. Nobis dolet, quod spiritum, quod solem emere non possumus, quod hic aer etiam delicatis divitibusque ex facili nec entus venit. O quam nobis male est, quod quidquam a rerum natura in medio relictum est! Hoc quod illa fluere et patere omnibus voluit, cuius haustum vitae publicum fecit; hoc quod tam homini, quam feris avibusque, et inertissimis animalibus, in usum large ac beate profudit, contra se ingeniosa luxuria redegit ad pretium. Adeo nihil

locum apud nos lagenae ob- Charete mitylenaeo auctore
tinent, perfusa, in plurimos ap. Athenae. III. p. 123 f.
annos servare solent vinitores Plutarch. Sympol. VI, 6. p.
et nostri, uti veteres. Sed 259. Vol. XI. Hutt. paleis et
nota sunt haec e Plin. XIV. vestibus ($\alpha\chiύροις$ καὶ $\iotaμάτοις$
Scriptorib. de Re Rust. etc. $\alpha\gammaγάπτοις$) nivem intectam
invenimus — loci frigore. conservasse narrat, Seneca
Mos nivem potandi, ut Pli- infra §. 8. confirmante. Si-
nii N. H. XIX, 4, verbo utar, mili ratione hodieque in fo-
apud antiquos aequae viguit veis glaciei servanda apud
ac apud eorum posteros nos paratis nix stipata habe-
etiam nunc viget. Primum tur. Cf. Burmann. ad Pe-
quidem huius luxuriae vesti- tron. c. 31. et Io. Beckmann
gium occurrit, quod sciam, Beyträge zur Geschichte der
in Prodigii eleganti narratio- Erfindungen IV, 2. p. 161 sq.
ne de Hercule apud Xe- Colo autem nivario, s. facio
noph. Memor. II, 1. In Si- nivario usos esse, quod etiam
cilia, Italia, insulis mature nunc fit, ad paleas seponen-
hic mos obtinuisse videtur, das, natura docuit. vid. Ste-
ubi et etiam nunc floret. Ale- phani Thes. L. L. voc. niva-
xander M. in India foveas rius. — 3. nempe ut —
nive impleri, et ut conser- aquam, ut aquam etiam,
varetur, ramis querceis, qui- gratis alioqui habendam, ve-
bus aer arceretur, tegi iussit, nalem faciamus et pretiosam.

4. fo-

hil potest illi placere, nisi carum! Unum hoc erat, quod divites in aequum turbae deduceret, quo non possent antecedere pauperrimum. Illi cui divitiae molestae sunt, excogitatum est, quemadmodum etiam aqua caperet luxuriam. Unde ad hoc perventum sit, ut nulla nobis aqua satis frigida videretur quae flueret, dicam. Quamdiu sanus et salubris cibi capax stomachus est, impleturque, non premitur, naturalibus fomentis contentus est. Ubi quotidianis 5 cruditatibus non temporis aestus, sed suos sentit, ubi ebrietas continua visceribus infedit, et praecordia bile, in quam vertitur, torret, aliquid necessario quaeritur, quo aestus ille frangatur, qui ipsis aquis incaleficit, remediis incitat vitium. Itaque non aestate tantum, sed et media hieme nivem hac causa bibunt. Quae huius rei causa est, nisi intestinum malum, et luxu corrupta praecordia, quibus nullum intervallum unquam quo interquiescerent, datum est, sed prandia coenis usque in lucem perductis ingestis sunt, et distentos copia ferculorum ac varietate comissatio altius mersit? Deinde nun-6

R 4 quam

4. *fomentis*, alimentis, quae vel decima die hora (Horat. et sovent, exhilarant re- Epp. I, 7, 71.) usque ad lu- creantque, non solum alunt. cem perductas, antelucanas, Cf. Ep. LI, 5. CII, 26. De intempestivas, male audiisse Benef. III, 29, 5. E quibus constat, v. c. e Senecae De locis Horatius Epist. I, 2, 52. Ira II, 28. et multis Cicero- Ut lippum pictae tabulae, nis locis: quo spectat epula- fomenta podagrum — con- ri vel vivere de die, et co- tra Buherium ad Anthol. Lat. messatio post coenam (Cic. Burmann. II. p. 485. *tomen-* Clav.), computatio, ἀφ' ημέ- ta emendantem, et Wake- ρας πίνειν ap. Polyb. VIII, fieldium, bene defenditur. 29, 6. Schweigh. Cf. Io. Toup. Podagricum enim abstinen- Emendatt. Suid. P. 3. p. 495. tia decet. — 5. *coenis* — ed. angl. (Vol. II. p. 267 Lipf.) *perductis*: coenas a nona — 6. *Deinde numquam* —

quam intermissa intemperantia, quidquid ante decixerat, effeſeravit, et in desiderium ſemper novi rigoris accedit. Itaque quamvis coenationem velis ac ſpecularibus muniant, et igne multo doment hiemem, nihilominus ſtomachus ille ſolutus, et aeftu ſuo languidus, quaerit aliquid quo erigatur. Nam ſicut animo relictos ſtupentesque frigidā ſpargimus, ut ad ſenſum ſui redeant: ita viſcera istorum viṭiis torpentia nihil ſentiunt, niſi frigore illa vehemen-
7 tiore ^b peruafferis. Inde eſt, inquam, quod nec ni- ve contenti ſunt, ſed glaciem, velut certior illi ex ſolido rigor fit, exquirunt, ac ſaepe repetitis aquis diluunt: quae non e ſummo tollitur, ſed ut vim maiorem habeat, et pertinacius frigus, ex abdito effoditur. Itaque ne unum quidem eſt preium: ſed habet iſtitores aqua, et annonam, pro pudor! variam.

b. *peruafferis*. Ita Erasmus aliique. Fortunati tamen mſl. *perfuderis*, et Pinciani mſl. *percufferis*. Sed prius eſt magis proprium rei et doctius. Mox quidem poſt verba, nec nive, Muretus ex ingenio intulit.

accedit. Cibos antea in ri Sabina p. 327. ed. 1. *Speſtomachum demiſſos novi ex- cularibus* loco noſtrarum fe- citant et ita ferrefaciunt, ut neſtrarum, f. viṭearum. Cf. infrigidatione nova egeant. De Providentia IV, 9. not. — Sic fit, ut languor ſtoma- 7. *quae glacies ex abdito i-* chum occupet, qui frigore e. ex iñfima fovea glaciei erigendus eſt. *coenatio i. conservandae destinata. ſed coenaculum, diaeta, velis habet iſtitores* —. Aqua ianuarum loco: nam cubicu- adeo, ſic e diluta glacie fa- la interiora in domibus no- cta, diverſo preio vendit. biliorum ianuis carere ſole- *Inſtitores* enim, qui proprie bant, velis plerumque pre- negotio gerendo iſtabant, tiosis et, frigori arcendo, aut servi aut homines vilioris densis instructa. Hinc servi conditionis fuere, qualis C. oſtiarii et velarii memoran- Terentius Varro ap. Livium tur. Cf. poſt Lipſium ad Ta- XXII, 25. ad merces ſingulas cit. Annal. XIII, 5. Boettige- vendendas a mercatoribus ad-

variam. Unguentarios Lacedaemonii urbe expulerunt, et propere cedere finibus suis iusserunt, quia oleum disperderent. Quid illi fecissent, si vidissent 8 reponendae nivis officinas, et tot iumenta portandae aquae deservientia, cuius colorem saporemque paleis, quibus custodiunt, inquinant? At dii boni, quam facile est extinguere sitim sanam! Sed quid sentire possunt emortuae fauces, et occallatae cibis ardentibus? Quemadmodum nihil illis satis frigidum, sic nihil satis calidum est. Sed ardentes bo- 9 letos, et raptim condimento suo mersatos, demittunt paene fumantes, quos deinde restinguant nivatis potionibus. Videbis, inquam, quosdam gracieles, et palliolo focalique circumdatos, pallentes et aegros, non forbere solum nivem, sed etiam esse, et frusta eius in scyphos suos deiicere, ne inter ipsam bibendi moram tepeſcant. Sitim istam esse putas? Febris est: et quidem eo acrior, quod non tactu venarum, nec in cutem effuso calore deprehenditur. Sed cor ipsum excoquit luxuria, invictum malum, et ex molli fluidoque durum atque

R 5 patiens.

adhibiti. Cf. Ruperti ad Iu- mandatum dignum fuille man-
venal. VII, 222. *Unguen-* nifestum est, et similibus ri-
ta nos — disperderent. goris disciplinae veteris ex-
Idem narrasse Chrysippum emplis illustrari posset, nisi
testatur Athenae. XV. p. 686 res nota esset. Similia nar-
f., quo quidem loco omisso rat Plin. XIII, 3. de Roma-
Casaub. ad Theophrast. p. 89. nis. — 9. *palliolo focali- ed.* Fisch. nostrum locum lai- que, quae sunt proprie ve-
daverat. E Chrysippo au- stimenta aegrotantium ad tem locum nostrum expref- corpus faucesque velandas sum esse, patet: Λακεδαιμό- apta. Cf. Quintil. XI, 3.
νιοὶ τε ἐξελαύνουσι τῆς Σπάρ- Horat. Sat. II, 3, 255. ne
της τοὺς τὰ μύρα πατασπενά- tepeſcant, sc. scyphi. —
ζούτας, ὡς διαφθείροντας 10. et ex molli fluidoque
τοῦλαιον. Lacedaemoniis hoc — patiens. Luxuriosi enim
mol-

patiens. Non intelligis, omnia consuetudine vim suam perdere? Itaque nix ista, in qua etiamnunc natatis, eo pervenit usu, et quotidiana stomachi servitute, ut aquae locum obtineat. Aliquid adhuc quaerite illi frigidius, quia pro nihilo est familiaris rigor!

c. *Itaque nix ista, in qua etiamnunc natatis, eo pervenit etc.* Sic Erasin. e Fortun. conjectura. Olim impreissi: *Itaque etc. etiam iam natatis: affentientibus palatinis codd.* Sed codd. Fortun. *Nix inquam ista eo affiditate pervenit usu etc.* Et in seqq. magna varietas est: alii, *usu ad quotidianam stomachi consuetudinem: alii, eo per usque ad quotidiana stomachi servitute s. eo affiditate per usque ad quotidiana stomachi servitute.* Sed nostrum est ex divinatione Fortunati, a qua non abit codex bonae notae, coloniensis. Gruterus locum non sanum esse putat, sed, ut mihi quidem videtur, sine ratione. Vulgata haud dubie omnibus se probabit. Non diversae codicum familiae h. l. deprehendendae sunt, sed varietates satis vulgares, ut in libro quacunque aetate a docentibus, discentibusque teri manibus solito atque multoties describi. Denique *quaerite illi praferendum est haud dubie lectioni s. conjecturae illa. Illi sc. stomacho.*

molles et fluxi, sed duri ta- *In qua etiamnunc natatis:* men ac pertinaces adversus ita natabant in piscinis sive medicinam et remedia, qui- in balneis nivatis. Suctonibus reducise ad sanam men- Ner. 17. tem non sinunt. Fromondus.

L. ANNAEI SENECAE
 AD LUCILIUM
 NATURALIUM QUAESTIONUM
 LIBER QUINTUS.
 IN QUO DE VENTIS ET AERIS
 MOTU AGITUR.

Argumentum.

Disserit, quid ventus. Democritum refellit, qui censet ventum esse, cum multae et confertae atomi in angusto inanitate se comprimunt, ut superfundantur. Igitur ventum fieri potius, partim aere a sole extenuato ac diffuso, partim, quia aer animal est, et vim se movendit ac flagellandi habet. Tota deinde doctrina ventorum, tam communium XII, quam provincialium. Declinat denique sub finem suo more in hominum mores, qui ventis ad custodiendam coeli terrarumque temperiem, ad prudentiam comparandam et noscenda transmarina a Deo datis, ad bella, ambitionem, et avaritiam abutimur. Unde in incerto ponit, an nasci magis ventos, quam non nasci, profuerit: quod de Iulio Cæsare Livius olim dixit.

C A P U T I.

VENTUS est fluens aëris. Quidam ita definierunt: Ventus est aëris fluens in unam partem. Haec definitio videtur diligentior: quia nunquam aëris tam immobilis est, ut non in aliqua sit agitatione. Sic tranquillum mare dicitur, quum leviter commovetur, nec in unam partem inclinatur. Itaque si legeris,

Quum placidum ventis staret mare:

2 scito illud non stare, sed succuti leviter: et ^a dici tranquillum, quia nec huc nec illo impetum capiat. Idem et de aëre iudicandum est, non esse unquam immobilem, etiam si quietus sit. Quod ex hoc intelligas licet. Quum sol in aliquem clausum locum infusus est, videmus corpuscula minima in adversum ferri, alia sursum, alia deorsum, varie concursantia. Ergo parum diligenter comprehendet quod
 3 vult, qui dixerit, Fluctus est maris agitatio: quia tranquillum quoque agitatur. At ille abunde sibi caverit, cuius haec definitio fuerit: Fluctus est maris in unam partem agitatio. Sic in hac quoque re, de qua cum maxime quaerimus, non circumscribetur, quia ita se gesserit, ut dicat: Ventus est
 fluens

a. *dici.* Sic boni codd. At antiquiss. edd. et duo palat. exhibent, *et duci tr.* Utrumque bonum est: nec multum refert, mare dicas tranquillum, an pro tranquillo habeas.

Lib. V. C. 1. Quid est I, 6. init. Ventus, ait, est ventus? 1. *Ventus est fluens aeris fluens unda, cum in-aer.* Sic primus Anaximander ventum definivit, auctore Versus est Virgil. Ecl. II, 26. Plutarch. Placit. Phil. III, 7. ubi recte argutantis philo-p. 427. XII. Hutten. Se-sophi sequentia verba esse quuti eum sunt omnes re-declarat Heynius. 2. *Quum liqui,* Aristoteles Meteorol. *sol — concursantia.* Simile II, 4—6, Stoici etc. Vitruv. exemplum Lucret. II, 24 sq. habet.

fluens aër in unam partem: aut, Ventus aër est fluens impetu, aut vis aëris in unam partem euntis, aut cursus aëris aliquo concitatioꝝ. Scio quid responderi pro definitione altera possit. Quid ne- 4
cessere est adiicere te, in unam partem fluens aër? Utique enim quod fluit, in unam partem fluit. Nemo aquam fluere dicit, si tantum intra se moveatur, sed si aliquo fertur. Potest ergo aliquid moveri, et non fluere: at e contrario non potest fluere, nisi in unam partem. Sed siue haec brevitas satis a calumnia tuta est, hac utamur: siue aliquis circumspectior est, verbo non parcat, cuius adiectio cavillationem omnem poterit excludere. Nunc ad ipsam rem accedamus, quoniam satis de formula disputatum est.

II. Democritus ait, quum in angusto inani multa sunt corpuscula, quae ille atomos vocat, sequi ventum. At contra, quietum et placidum aëris statum esse, quum in multo inani pauca sunt corpuscula. Nam quemadmodum in foro aut vico quamdiu paucitas est, sine tumultu ambulatur: ubi turba

habet. — 4. *formula*, defi- systemate, cuius inventores, nitione, definiendi ratione. Leucippus et Democritus, Sic utuntur et Iurisconsulti ab Aristotele passim sub no- rōm. e. c. ap. Cic. de off. III, mine physiologorum, e. c. 13. formulae Aquillii de do- Phyl. IV, 6—9. celebrantur: lo malo sunt definitiones et Epicurum autem hanc do- verborum follennium prae- ctronam atomis s. figuris (Ari- scriptiones.

I, 6. σώματα ἀδιάίρετα vo-

C. 2. Continuatio. De- cat) nixam imitatum esse mocriti sententia exponitur. constat, Lucretio apud Ro- Democriti hoc fragmentum manus interprete. Pulsu, insigne uni Sencae acce- mixtura, situ et positione ptum referimus, servatum atomorum ventos oriri de- ex atomistico, quod vocant, monstratum iverunt, tam in- felici

turba in angustum concurrit, aliorum in alios incidentium rixa fit: sic in hoc quo circumdati sumus spatio, quum exiguum locum multa corpora impletverint, necesse est alia aliis incident, et impellantur ac repellantur, implicenturque et comprimantur, ex quibus nascitur ventus, quum illa quae colluctantur, incubuere, et diu fluctuata ac dubia inclinavere se. At ubi in magna laxitate corpora pauca versantur, nec arietare possunt, nec impelli.

III. Hoc falsum esse, vel ex eo colligas licet, quod tunc interim minime ventus est, quum aër nubilo gravis est. Atqui tunc plurima corpora se in angustum

felici tamen successu, ut Ari- corruptioni et deletioni extot. ne verbo quidem opipositis sermonem suis in nionis absurdæ meminisse loco nunc deperdito, totum opera dignum censuerit, ubi Democriti systema docere de ventis l. I. exposuit. Ce-debuisset. Similiter videnterum *Cartesii* verticibus dum est, ne Seneca subtili- præluisisse iam Leucippum tamet Democriti non recte eiusque asseclas, monuere ceperit, quippe qui non so- Huetius et Baelius, obser- lum motum, sed situm quo- vante Bruckero Hist. cr. phil. que et positionem (Θέσιν I. p. 1176. In refutatione *ναι ταξιν*) suis atomis tri- huius sententiae non aliena- buerit. Aristot. de Gener. et num fuerit, monere, Demo- Corrupt. I, 1. Phys. I, 5. Re- critum saepe male intelle- spondere forsan potuisset De- ctum esse; quapropter cau- mocritus, at in nebula etiam tio non est dimittenda. Quam motum aliquem observari, infeliciter et iniuste, ut hoc quem quidni ventum vocare utar, Plinius N. H. VII, 55. velis? et similia. — 2. cor- Democritum exagitarit, no. *poribus*, istis atomis, σωμα- tum est: quum in eo esset *σι αδιαιρέτοις*. Vix dubitari Plin., ut Democriti dogma, potest, hanc Democritum re- corpora quae secundum for- futandi rationem e Posido- mam externam, formaliter, nii, aut certe Stoicorum Me- ut nunc loquuntur, perie- teorologia sumtam esse, ut- rint, reviviscere, irridetur: pote quos plus minus cum quum tamen de atomis nulli Peripateticis sensisse constat.

gustum ^a contulere, et inde spissatarum nubium gravitas est. Adiice nunc, quod circa flumina et lacus frequens nebula est, arctatis congestisque corporibus, nec tamen ventus est. Interdum vero tanta caligo effunditur, ut conspectum in vicino stantium eripiat: quod non eveniret, nisi in parvum locum corpora se multa compellerent. Atqui nullum tem-
pus magis, quam nebulosum, caret vento. Adiice nunc, quod e contrario venit, ut sol matutinum aëra spissum et humidum ortu suo tenuet. Tunc surgit aura, quum datum est laxamentum corporibus, et stipatio illorum, ac turba resoluta est.

IV. Quomodo, inquis, ergo venti sunt, quos non negas fieri? Non uno modo. Alias enim terra ipsa magnam vim aëris eiicit, et ex abdito spirat: alias quum magna et continua ex imo evaporatio
^a in altum egit quae emiserat, immutatio ipsa hali-

tus

a. *contulere*. Vulgata est, et ea haud mala. Fuit quum arbitrarer legendum esse, *contudere*; nam de impetu, quo illa corpora coarctantur, fermo est. *Se conferre* occurrit c. 12 fin., et quidem sine impetu. Sed vulgatum bene tenebimus. Mox *spissatarum* e cod. Fortun. receptum est, Gronovio comprobante. Alii *spissarum*. Deinceps mutat Gronov. vulgatam *effunditur* in *offunditur*. Sed quidni *caligo* *effunditur*, sc ex ista frequenti nebula, dici possit, quum *tenebras* *effundere* in usu fuerit, v. c. ap. Valer. Flacc. VII, 566, ubi Heinsius quoque titillatione critica motus vulgat. *effudere* mutatum ibat in *offudero*, Burmanno tamen recte refragante.

a. *in altum egit quae emiserat*. Sic codd. obtemperans probavit Gronovius. Vetustae edd. *in a. agit quae merserat*. Pin-

C. 4. Continuatio, de ven. ματα vocat hos ventos Autorum origine. 1. *Alias enim* ctor *anonymus* *De mundo — spirat*. Iam supra III, (in Aristot. Opp. T. II. p. 20 sq. vidimus, terram ae- 1209. E. lugd.) cap. IV. que ac aquam ventis esse *alias — vertitur*: haec est perviam, et magnas specus Aristotelis Meteorol. II, 4—6. ab iis occupari. Ἀναφεση. sententia. *halitus mixti, humili*

tus mixti in ventum vertitur. Illud enim nec ut credam, mihi persuaderi potest, nec ut taceam: quomodo in nostris corporibus ex cibo fit inflatio, quae non sine magna narium iniuria emittitur, et ventrem interdum cum sono exonerat, interdum secretius: sic putant et hanc magnam rerum naturam alimenta mutantem emittere spiritum. Bene nobiscum agitur, quod semper concoquit: alioquin immundius aliquid timeremus. Numquid ergo hoc verius est, dicere, multa ex omni parte terrarum et assida ferri corpuscula: quae, quum coacervata sint, deinde extenuari sole cooperint, quia omne quod in angusto dilatatur, spatium maius desiderat, ventus existit?

V. Quid ergo? hanc solam esse causam venti existimas, aquarum terrarumque evaporationes? Ex his gravitatem aëris fieri, deinde solvi impetu, quum quae densa stent, ut est necesse, extenuata nituntur in ampliorem locum? Ego vero et hanc iudico. Ceterum illa est longe verior causa, valentiorque,

Pincian. emendabat, quae mersa erant. In his vocibus saepe librariorum calamis vagari constat.

a. stent. Reducendum hoc e cod. putavi cum Grutero, qui recte improbat, quod Fortunatus steterat ex ingenio mutaverat: unde steterant omnes edd. invaserat. Mox et inagi-

midi et sicei, sed ita, ut copinat. 2. Nunquid — *ven*-
pia siccii maior sit: hanc ex-tus — existit? Sic opinatio-
halationem sicciam ventorum tus est Aristoteles quoque
principium esse putabat Ari- Meteorol. II, 6. quae ven-
toteles, Stoicis sequacibus. *tus existit*, ex quibus ven-
Illud — taceam: Stoae sen-
tus fit.

fentia est: secundum quam C. 5. Continuatio. Aer
rerum naturam pro animali naturalem vim movendi se
habebat: Seneca autem de- habet. 1. Ceterum illa —
ridendam Lucilio recte pro- potentiam. Aer enim est
elemen-

que, habere aëra naturalem vim movendi se: nec aliunde concipere, sed inesse illi ut aliarum rerum, ita huius potentiam. An hoc existimas, nobis quidem datas vires esse, quibus nos moveremus, aëra autem inertem et inagitabilem relictum esse? quum aqua motum suum habeat, etiam ventis quiescentibus: nec enim aliter animalia edere posset. Muscum quoque innasci aquis, et herbosa quaedam videmus, summo innatantia.

VI. Est ergo aliquid in aqua vitale. De aqua dico? Ignis qui omnia consumit, quaedam etiam creat: et quod videri non potest simile veri, sed tamen verum est, animalia igne generari. Habet ergo aliquam vim talem aër, et ideo modo spissat se,

inagitabilem Gruterò suadente e codd. palat. aliisque restitui, quum alibi copula neglecta esset.

a. *generari* omnes codd. mss. et primae edd., non, *generantur*, quae est vulgata, quam Erasm. e Fortunati libris assumpsit. Infinitivus pendet a *verum est*. Ibi *sed tamen* follicitari non debet.

elementum. Cicero, ut Stoicodusque non desint, qui Academ. I, 7. Aer et tueantur, e. c. generatione ignis, ait, movendi vim havent, quae sub nomine verium, quae sub nomine veniunt, in cere- partes accipiendi et quasi bro. Sed nemini harum repatriandi, aquam dicò et ter- rum perito, opinor, persuaram —. cf. Lipsii Manuduct. serunt.

II, 11. 15. 16. — 2. *Muscum*

— *innatantia*. Vides hic C. 6. Continuatio. Aeri generationem quam vocant hanc qualitatem, ποιότητα, aequivocam aquae vi adiu- esse tribuendam docet. et tam: quae tamen recentio- *quod videri — generari:* ribus observatis, atque ad- probat Plin. N. H. VIII, 36, eo rationi tantopere adver- nostris tamen historiae natu- fatur, ut eam, unde nata est, ralis auctoribus talia, e. c. in regnum fabularum dimit- de salamandra narrata, ut tere possimus, quamquam fabulas reiicientibus.

se, modo expandit et purgat: alias contrahit, alias diducit, ac differt. Hoc ergo interest inter aëra et ventum, quod inter lacum et flumen. Aliquando per se ipse sol causa venti est, fundens rigentem aëra, et ex denso coactoque explicans.

VII. In universum de ventis diximus: nunc viritim incipiemos illos excutere. Fortasse apparebit quemadmodum fiant, si apparuerit, quando et unde procedant. Primum ergo antelucanos flatus inspiciamus, qui aut ex fluminibus, aut ex convallisibus, aut ex aliquo sinu feruntur. Nullus ex his pertinax est, sed cadit fortiore iam sole: nec feratur ultra terrarum adspectum. Hoc ventorum genus incipit vere, nec ultra aestatem durat. Et inde maxime venit, ubi aquarum plurimum et montium est. Plana licet abundant aquis, tamen carent aura: hac dico, quae pro vento valet.

VIII. Quomodo ergo talis flatus concipitur, quem Graeci ^a ἐγκολπίαν vocant? Quidquid ex se paludes et flumina emittunt, id autem et multum est, et assiduum, per diem solis alimentum est: nōcte

a. ἐγκολπία. Sic Fortunatus primus restituit, h. e. ventus qui e finibus flat, quem finalem dieas. Codd. mss. *eurolpiam*, *eucolpiam* latinis literis praestant. Prius publicabatur

C. 7. Varii venti, eorum nino, tum vero maxime de que causae. *Antelucanos* his ventis Muschenbroekius *flatus*, qui in meridiem dū. Introduct. ad Philosoph. nat. rānt, auctor opusculi De T. II. §. 2558 sq. et Dalem-Mundo c. 4. p. 1208. memobertus in Reflexions sur la rat, vocatque ventos, qui e cause générale des vents etc. terra uliginosa et humefacta *Plane licet — valet*. Idem (*ἐκ νευοτισμένης γῆς*) prod- observavit iam Herodot. de eunt, *Apogaeos*, qui e fini- Nilo II, 27. bus profiliunt, Encolpias etc. C. 8. Ventus encolpias. Egerunt cum de ventis om- i, per diem solis alimen- tum

cte non exhaustur, sed montibus inclusum, in unam regionem colligitur. Quum illam implevit, et iam se non capit, sed exprimitur aliquo, et in unam partem procedit: hic ventus est. Itaque eo incumbit, quo liberior exitus invitat, et loci laxitas, in quam coacervata incurvant. Huius rei argumentum est, quod prima noctis parte non spirat. Incipit enim fieri tunc illa collectio, quae circa lucem iam plena est, et onerata quaerit quo defluat: et eo potissimum exit, ubi plurimum vacui est, et magna ac patens area. Adiicit autem ei stimulos ortus solis, feriens gelidum aëra. Nam etiam antequam appareat, lumine ipso valet: et nondum quidem aëra radiis impellit, iam tamen lacellit et irritat, luce praemissa. Nam quum ipse processit, alia superius rapiuntur, alia diffunduntur tempore. Ideo non ultra matutinum illis datur b. fluere. omnis illorum vis conspectu solis extin-

S 2 gu-

tur εὐκοπλας eo imperius, quo apertius tam auctor incertus opusculi de Mundo c. 4. Tom. II. p. 1208. F. ed. Laemar. Opp. Aristotelis, quam qui hoc opusculum in latinum sermonem converterat, Appuleius de Mundo To. II. p. 258. bip. eius meminerunt. b. fluere ex omnibus eodd. reduxi prob. Grutero. Fortunatus suo periculo posuerat flare. De ventis in usu fuisse docet e. c. Lucret. I. 281: venti fluunt.

tum est. Stoae hanc sententri existimant. Solis enim tiam fuisse heracliteam iam calore et solis radiis libras supra ab Aristotele derisi mentum aëris tollitur, sive propinatam vidimus. Cf. Me- existit loci laxitas, in quem teorol. II, 2. Arist. Ibi ait: coacervati per noctem in διὸ καὶ γελοῖοι πάντες, ὅσοι currunt, donec meridie fere τῶν προτέρων ὑπέλαβον, τὸν illud aëris libramentum ἥλιον τρέψασθαι τῷ ὑγρῷ etc. stituitur. Nec ignoravit haec Ceterum rationem, qua illud Aristoteles, a quo Stoici tam- ventorum genus explicat, na- quam a fonte perenni plurimi- turae convenire, etiam re- ma, quae ad hanc doctrinam centiores harum rerum ar- spectant, depromserunt, non- nullis

guitur: etiam si violentiores flavere, circa medium tamen diem relanguescunt: nec unquam usque in meridiem aura producitur. Alia autem imbecillior ac brevior est, prout valentioribus minoribusve collecta causis est.

IX. Quare tamen tales venti vere et aestate validiores sunt? Levissimi enim cetera parte anni, nec qui vela impleant, surgunt. Quia ver aquosius est, et ex plurimis aquis, locisve ob humidam coeli naturam saturis et redundantibus, maior evaporationis est. At quare aestate profunditur? Quia post occasum solis remanet diurnus calor, et magna noctis parte perdurat: qui evocat exeuntia, ac vehementius trahit, quidquid ex his sponte reddi solet: deinde non tantum habet virium, ut quod evocavit, absumat. Ob hoc diutius corpuscula, emanare solita et efflari, terra ex se atque humor emittit. Facit autem ventum sol ortus, non calore tantum, sed etiam ictu. Lux enim, ut dixi, quae solem antecedit, nondum aera calefacit, sed percutit tantum: percussus autem in latus cedit. Quanquam ego ne illud quidem concederim, lucem ipsam sine calore esse, quum ex calore fiat. Non habet forsitan

nullis tamen, quorum syste- Iam solis lux calorve dilama fuit tenacius, firmiter ob- tant loca adiacentia, unde tentis atque defensis, quam- ventus existit. Sic Aristote- quam Aristoteli haud placere les quoque Meteorol. II, 4. postea intelligebant. p. 770. D., ubi ait, evapo-

C. g. Continuatio. 1. *Quid rationem* ($\tauὴν ἀναθυματικὴν$) — *evaporatio est*. Humiditas sole et caliditate, quae terdam evaporationem comitare insit, differri ($\deltaιαφέρεται$ etiam sicca, quae fumo στοιχεῖ). *qui evocat* *exeuntia* similis est, tempore quo teatia corpuscula, i. e. evaporator ingruit. Sol enim εξ- rationes. — 2. *Quamquam ατμίζει* aquam, ut voce — *ex calore fiat*. Vides Diog. Laert. VII, 152. uter. hic, nisi fallor, primum ve- stigium

tan tantum teoris, quantum actu appareat. Opus tamen suum facit, et densa diducit ac tenuat. Praeterea loca, quae aliqua iniuitate naturae ita clausa sunt, ut solem accipere non possint, illa quoque nubila et tristi luce calefiunt, et per diem minus quam noctibus rigent. Etiamnunc natura calor omnis abigit nebulas, et a se repellit. Ergo sol quoque idem facit. Et ideo quibusdam videtur, inde fatus esse, unde sol. Hoc falsum esse ex eo appetit, quod aura in omnem partem vehit, et contra ortum plenis ^a ventis navigatur. Quod non eveniret, si semper ventus ferretur a sole.

S 3

X.

a. *ventis.* Sic reposui codd. omnibus suadentibus. Fortunatus autem, qui non meminisset forsan, dici quoque ventis et iis plenis navigare, coniecit *velis*, quippe quod usitatus est. Sed plenis ventis melius est h. l. quam plenis *velis*.

stigium opinionis de affini- dem habeas. Cf. Meteorol. tate lucis et caloris; qua de Arist. II, 4 sq. Nec infitian- re etiam recentiores physici dum est, primo obtutu, Se- fere omnes Senecae assen- necae rationem esse praefetiuntur. Aristoteles de Ani- rendam: sed si reputes, at- ma II, 7, loco perquam me- mosphaeram a sole in regio- morabili, lumen et ignem ne tropica ab oriente ad oc- accurate distinguit separat- cidentem currente calefieri, que. Fortasse tamen lucem ideoque laxari, et inprimis tantum a solis radiis Seneca versus orientem moveri, at- separaverit, et si actu idem que aërem inferiorem et eum valent: hoc colligas e se- frigidorem, ut aequilibritas quentibus, ubi ait, loca servetur, in loca laxata ver- quae solem, i. e. solis radios, sus occidentem succedere; accipere non possint, tamen vix ab Halleio (An historical luce, i. e. calore solis dis- account of the Tradewinds minato ac propagato cale- and Monsoons) discedas, fieri. 3. Et ideo quibusdam quum doceat, necessario sic —sol. Haec fuit Aristotelis, contra solis ortum plenis ven- quem fortasse Stoici quidam tis navigari etc. Hoc ipsum sequuti sunt, sententia, si sequitur etiam ex iis, quae Diogeni Laert. VII, 152. si noster cap. X. docuerat.

X. Etesiae quoque, qui in argumentum a quibusdam advocantur, non nimis propositum adiuvant. Dicam primum, quid illis placeat: deinde, cur displiceat mihi. Etesiae, inquiunt, hieme non sunt: quia brevissimis diebus sol definit, priusquam frigus evincatur. Itaque nives et ponuntur et durantur. Aestate incipiunt flare, quum et longius extenditur dies, et recti in nos radii diriguntur. Veri ergo simile est, concussas calore magno nives plus humidi efflare. Item terras exoneratas nive, reiectasque spirare liberius. Itaque plura ex septentrionali parte coeli corpora exire, et in haec loca, quae submissiora ac tepidiora sunt, deferri. Sic impetum Etesias sumere: ^a et ob hoc a solstitio illis ini-

^{a.} *et ob hoc a solstitio illis initium est.* Recedit ab haec vulgata codex brit. Gronovii et exhibet: *et ob hoc solstitione*

C. 10. Etesiae. Hi venti antecedunt, quos prodromoi (οἱ ἑτησιαὶ ἀνεμοί), quorum mos appellant. Columella Herodotus II, 20. primus metamen auctore l. l. hi prominunt, in ventorum numero dromi sexto Id. Iul. (10. Iul.) sunt, motiones vocat Mu-flare incipiunt. Post biduum schenbroekius l. l. les vents autem exortus (d. 20. Iul.) alises, the monsoons, tra-iidem aquilones constantius dewinds, Passatwinde, qui perflant diebus quadraginta, certa coeli plaga per anni quos Etesias vocant. Differ- partem flare solent. Sunt rentia, quae apud Herodo- stati venti, quibus venti li- tum l. l. est, vix in censum beri, vagantes, opponuntur. venit. Etesiae igitur flare Caniculae exortum, sole pri- desinunt Septembre ineunte. mam Leonis partem ingre- Ex opposita coeli parte flare diente, qui dies XV. ante incipiunt Ornithiae, s. Λευ- Calend. Aug. est (d. 18. Iulii), πόνοτοι, quo tempore desin- secundum Plin. N. H. II, 47. nunt Etesiae. Cf. Aristotel. coll. XVIII, 28. 31., sed se- Meteorol. II, 5. p. 774. con- cundum Columell. XI, 2, 52. firmante Iac. Brucio in itine- hoc fit XIII. Calend. Aug., ris descriptione ad Aethiop. diebus ferme octo aquilones II, c. 4. — 2. corpora, evapo-

initium est, ultraque ortum Caniculae non valent: quia iam multum e frida coeli parte in hanc egestum est. At sol mutato cursu in nostram rectior tenditur: et alteram partem aëris attrahit, aliam vero impellit. Sic ille Etesiarum flatus aestatem frangit: et a mensium ferventissimorum gravitate defendit.

XI. Nunc, quod promisi, dicendum est, quare Etesiae illos non adiuvent, nec quidquam huic conferant caufae. Dicimus autem luce auram incitari, tandem subsidere, quum illam sol attigit. Atqui Etesiae ob hoc somniculosia nautis, et delicati vocantur, quod, ut ait Gallio, mane nesciunt surge-re: eo tempore incipiunt prodire, quo ne pertinax quidem aura est. quod non accideret, si ut auras,

S 4 ita

tum illis initium est, probante ut multo elegantius Gronovio. Sensus est idem. In seqq. *At sol mutato cursu in nostram rectior tenditur*. Pincianus queritur, vitiosissimum esse locum, putatque igitur castigandum: *at sol mutato cursu nostra regione cedit*. Sed vulgata bene habet. Cf. not.

evaporationes. *ultraque or- qua re Aristotelis l.l. expref- tum — non valent.* Septi- fuisse videtur.
mo Cal. Aug. Canicula appa- C. II. Continuatio. *Dici- ret (d. 26. Iul.) teste Colu- mus autem — sol attigit.*
mell. XI, 2, 53. Idem refert A tertia diei hora oriri Ete-
§. 56. Calendis Augustis Ete- sias tradit Plinius N. H. II,
siae flant. Addit §. 58. Ete- 47. *Gallio*, frater Senecae,
siae desinunt flare. Hinc et fortasse ille, cuius mentio ex locis Plin. laudatis appa- facta est libr. IV. praef. §. 9.,
ret, ultra Caniculae ortum ubi cf. not. *quo ne — au-*
omnino valere. Quid igitur *ra est*. Auram distinguit
Senecae faciamus? Respon- noster a vento ita, ut aura
dendum esse videtur, laxius sit aër gelidus. Cf. c. VIII.
haec eius verba interpretan- et IX. Hoc ipsum, quod
da esse: non ultra ortum Ca- aura desit esse pertinax, in
niculae vim Etesiarum tan- causa est, quod Etesiae prodtam esse, quam antea: in eant. Cf. ad cap. IX, 5.
Cete-

ita illos sol comminueret. Adiice nunc, quod si causa illis fatus est spatium diei ac longitudo, etiam ante solstitium flarent, quum longissimi dies sunt, et cummaxime nives tabescunt. Iulio enim mense iam dispoliata sunt omnia, aut certe admodum pauca iacent adhuc sub nive.

XII. Sunt quaedam genera ventorum, quae ruptae nubes et in pronum solutae emittunt. Hos Graeci ventos ἐκνεφίας vocant. Qui hoc, ut puto, modo fiunt. Quum magna inaequalitas ac dissimilitudo corporum, quae vapor terrenus emittit, in sublime eat, et alia ex his corporibus sicca sint, alia humida: ex tanta discordia corporum inter se pugnantium, quum in unum congregata sunt, verisimile

Ceterum obiectio a Seneca diit: ἐκκρίνεται συγιόντων h. l. proposita haud indigna τῶν νεφῶν. Cf. III. Meteorol. 1. init. Addit praeterea

C. 12. Venti e nubibus l. l. gigni maxime autunno, ruptis emergentes. Hos tum vere, et in primis apar Graeci — vocant. Aristot. ctiam, thraesciam et argesien: Meteorol. II, 6. fin. eorum illos boreales, hunc austrameminit. Putat autem, eva lem. Theophrastus idem porationes, partim siccias, docuit. Eandem cum Sene partim humidas, ex Aristote- ca habet sententiam auctor lis praecepto, congregatas, anonymus, stoicus, ut mili sed secum luctantes, primum quidem videtur, De Mundo spatia, five intercapedes, c. 4. p. 1208 sq. οἱ δὲ κατὰ intervalla creare: spiritu five ἔγχιν νέφους γινόμενοι καὶ aère haec spatia impleta esse ἀνάλυσιν τοῦ πάχους πρὸς conveniat, quia, quum va- εἴσαντος ποιέμενοι ἐκνεφίας euum non statuat, nulla alia καλύπται. Plin. N. H. II, re compleri possint. Iam 48. consentit. Ceterum vim quum lucta illa continuetur, electricam his ventis procel adeoque aér ille inclusus losis non deesse, verbo mo- frictionem patiatur, tum in- nendum esse videtur, quare caleficit, tum erumpit: un- ipse auctor, cui haec quidem de ventus procellosus, aliis vis nondum innotuerat, ad accedentibus, oriri debet. Si- dit, eos aliquando non sine militer Aristoteles rem expe- igne ac coeli sono venire.

simile est quasdam cavas effici nubes, et intervalla inter illas relinqu fistulosa, et in modum tibiae angusta. His intervallis tenuis includitur spiritus, 2 qui maius desiderat spatium, quem everberatus cursu parum libero incaluit: et ob hoc amplior fit, scinditque cingentia, et erumpit in ventum, qui fere procellosus est, quia superne demittitur, et in nos cadit vehemens et acer: quod non fusus, nec per apertum venit, sed laborat, et iter sibi vi ac pugna parat. Hic fere brevis flatus est. Quia re- 3 ceptacula nubium per quae ferebatur, ac munimenta perrumpit; ideo tumultuosus venit aliquando non sine igne ac sono coeli. Hi venti multo maiores diurnioresque sunt, si alios quoque flatus ex eadem causa ruentes in se abstulere, et in unum confluxere plures: sicut torrentes modicae magnitudinis eunt, quamdiu separatis suus cursus est: quum 4 vero plures in se aquas convertere, fluminum iustorum ac perennium magnitudinem excedunt. Idem credibile est fieri et in procellis, ut sint breves quamdiu singulae sunt: ubi vero sociavere vires, et ex pluribus coeli partibus elitus spiritus eodem se contulit, et impetus illis accedit, et mora.

XIII. Facit ergo ventum resoluta nubes: quae pluribus modis solvit. Nonnunquam congregacionem illam spiritus rumpit, inclusi et in exitum nitentis luctatio: nonnunquam calor, quem modo sol fecit, modo ipsa arietatio ^a magnorum inter se

S 5 corpora-

^a. *magnorum*. Sic Gruteri codd., et Gronovii britann., qui vocula *ut* carent, quam edd. ante *magnorum* habent.

C. 13. Turbinis et vorti- attritus *magna corpora* i. e. cis origo. Addit causam al- nubes disrumpunt. Vicina teram antea non memora- quaeftio est de turbine, qui tam, solem, cuius calor et ab Aristot. Meteorol. III, 1. *o tu-*

corporum, et attritus. Hoc loco, si tibi videtur, quaeri potest, cur turbo fiat. Evenire in fluminibus solet, ut, quam diu sine impedimento feruntur, 2 simplex et rectum illis iter sit: ubi incurrere in aliquod saxum ad latus ripae prominens, retorqueantur, et in orbem aquas sine exitu flectant, ita ut circumlatae in se sorbeantur, et vorticem efficiant. Sic ventus, quamdiu nihil obstat, vires suas effundit. Ubi aliquo promontorio repercussus est, aut vi locorum coëuntium in canalem devexum tenuemque collectus: saepius in se volutatur, similemque illis, quas diximus converti, aquis facit vorticem. 3 Hic ventus circumactus, et eundem ambiens locum, et se ipsa vertigine concitans, turbo est. Qui si pugnacior est, ac diutius volutatur, inflammatur, et efficit quem *πρηστήρα* Graeci vocant. Hic est igneus turbo. ^b Hi fere omnia pericula venti erupti de

b. Hi fere. Ita ex suis Fortunatus, ut presteras intelligamus. Alii, *Hic fere, haec vere, hoc fere, haec fere, hinc fere.* Vetusae edd., *Sed fere.* Quae varietas Fortunati conjecturam probare videtur, fuisse hic vocem graecam, e. c. Typhones. Nam presteris mentionem statim subsequitur apud alios Typho quoque, quem praecipuam navium pestem nominat Plin. N. H. II, 48. Cf. Aristoteli tributum opusc. de Mundo p. 1210. B. et Appulei. de Mundo p. 262. Vol. II. bip. Accedit, quod presteris non est armamenta rapere etc.

ο *τυφών* vocatur, et ο *πρηστήρ*. Clarius est Aristot. I. l. in σήρι; quos utrosque explicat describenda turbinis natura eodem fere modo, quem et effectione: quaedam etiam noster sequutus est. 3. *Tur-* huc spectantia in libro De *bo* etiam est *έννεφλας*, sed Mundo c. 4. reperiuntur. quoniam nubes, in quibus *Hic est igneus turbo*. Cf. inclusus tenetur, perrumpe Aristot. Meteorol. III, 1. et re non potest, circum Gehler sub voce. *Wind, Was-* agitur in nubibus illis *eun- serhoze, Typhon*. *Etiam-* demque semper ambit locum, *nunc*, *praeterea*. — Obser- dum in terram descendat. vavit haec iam Aristoteles et Theo-

de nubibus produnt, quibus armamenta rapiantur, et totae naves in sublime tollantur. Etiamnunc quidam venti diversos ex se generant, et impulsum aëra in alias quoque partes, quam in quas inclinaveret, dispergunt. Illud quoque dicam, quod mihi 4 occurrit, quemadmodum stillicidia, quamvis iam inclinent se et labantur, nondum tamen effecere lapsum, sed ubi plura coiere et turba vires dedit, tunc fluere et ire dicuntur: sic quamdiu leves sunt aëris motus, agitati pluribus locis, nondum ventus est; tunc esse incipit, quum omnes illos miscuit, et in unum impetum contulit. Spiritum a vento modulus separat. vehementior enim spiritus ventus est; invicem spiritus leviter fluens aér.

XIV. Repetam nunc quod ^a in primo dixeram,
edi e specu ventos, recessuque interiore terrarum.
^b Non tota solido contextu terra in imum usque
fundatur, sed multis partibus cava,
— — *et caccis suspensa latebris.*

- a. *in primo.* Optime Gronov. praepositionem *in* reposuit e tribus codd. Grut., et veneta editione. Erasmus et sequentiae edd. male omiserant. Cf. ad Epist. 108. §. 26. not. i.
 b. *Non tota sol. cont. ter. in imum usque f.* Grutero commendante recepi, quum sic quoque codd. Pinciani et Colon.

Theophrastus: poetas sub pore humano, addensque, imagine luctae rem extulisse terram esse σομφὴν καὶ ὑπαν-
constat. τρον. Sed prīcum illud,

C. 14. Venti subterranei. philosophemam dicam an
i. *Repetam* — *terrarum*. ventum, de magna in terrae
Antiquissimos homines hoc visceribus abyssi et aquarum
una cum recentissimis obser- receptaculo, de quo Plato
vasse constat, de illis qui- To. I. p. 253 sq. bip. secun-
dem ex Homero aliisque dum antiquiores exposuit,
poetis subsequutis. Etiam Aristoteles non agnovit Me-
Aristot. Meteorol. II, 8. ali- teorol. II, 2. Versum Ovi-
quatenus assensus est, terram dii Metamorph. I, 388. *coe-*
quippe comparans cum cor- cis obscura latebris consilio
suo

alicubi habet inania sine humore. Ibi etiam si nulla lux discrimin aëris monstrat, dicam tamen nubes **2** nebulasque in obscuro consistere. Nam ne hae quidem supra terras, quia videntur, sunt: sed quia sunt, videntur. Illic quoque nihilominus ob id sunt, quod non videntur. Flumina illic scias licet, nostris paria, sublabi: alia leviter ducta, alia in confragosis locis praecipitando sonantia. Quid ergo? non illud aequa dabis, esse aliquos et sub terra la-**3** cus, et quasdam aquas sine exitu stagnare? Quae si ita sunt, necesse est et illud, aëra onerari, oneratumque incumbere, et ventum propulsu suo concitare. Ex illis ergo subterraneis nubibus sciemos nutririri inter obscura flatus, quum tantum virium fecerint, quanto aut terrae obstantia auferant, aut aliquod apertum ad hos efflatus iter occupent, et **4** per hanc cavernam in nostras sedes efferantur. Illud vero manifestum est, magnam esse sub terris vim sulphuris, et aliorum non minus ignem alienum. Per haec loca quum se, exitum quaerens, spiritus torfit, accendat flammarum ipso affrictu necesse est. Deinde flammis latius fusis, etiam si quid ignavi aëris erat, extenuatum moveri, et viam cum fremitu vasto atque impetu quaerere. Sed hoc diligentius persequar, quum quaeram de motibus terrae.

XV.

lon. habeant. Erasmus: *Non t. s. c. t. in unum u. f.*
Illud, in unum, ne auctor continuo idem repeatat, stare nequit. Optimum est haud dubie *in unum*, quocum et usque et fundatur convenienter.

suo accommodasse videtur sententia passim. — 4. *Sed* Seneca. — 2. *Flumina — hoc — terrae.* Fecit hoc *lissonantia.* Cf. III, 8 sq. Nec bro VII. satis accurate. abhorret Aristoteles ab hac

XV. Nunc mihi permitte narrare fabulam! Asclepiodotus auctor est, demissos quam plurimos a Philippo in metallum antiquum olim destitutum, ut explorarent quae ubertas eius esset, qui status, an aliquid futuris reliquisset vetus avaritia: descendisse illos cum multo lumine, et multos duraturos dies: deinde longa via fatigatos, vidisse flumina ingen-

a. et multos duraturos dies. Sic feci ex illo, quod Gronovii britann. opportune obtulit duraturo, quod Gron. adeo in

C. 15. Confirmatur nar- p. 453 lipf. Diodor. Sic. XVI, ratione ex Asclepiodoto pe- 88. Wessel. ad ol. 105, 3. tita. Metallifodinae veterum Iustin. VIII, 3., ubi Pomp. reclusae. 1. Narrat *fabulam* Trogus cum Diodoro euni. e. traditionem, fando ac- dem consecutatus auctorem ceptam, Asclepiodoti. Fal- Theopompum melius cum fam aut fictam eam esse ne- Diodoro conciliari potest, que creditit, neque dicere quam b. Meiners Geschicht voluit: Asclepiodotus autem der Wissensch. II. p. 577. op- fide dignus fuit auctor, et nabatur. Ceterum Asclepio- res ipsa fide non indigna. dotum illud philosophema Cf. ad II, 26, 5. Sine his platonicum l. l. ab Aristotele et reliquis duobus Senecae l. l. refutatum ante oculos locis ne sciremus quidem, habuisse, recte statuit Hey- Asclepiodotum has αἰτίας nius ad Virgil. T. I. p. 552. Φυσικὰς, e quibus Seneca ed. II., quamquam vera illi hanc narrationem hausit, exploratores retulerint. Nam composuisse. a Philippo, quum maiores Philippi mea- Alexandri M. patre, quippe tus satis altos et longos de- quem scimus metallis, auri pressisse in his metallis ap- argentique fodinis antea tum pareat, et iis destitutis deser- destitutis tum recens inven- tisque omnes machinas et tis magnam sibi vim pecu- corrugos s. canales, quibus niae parasse ad bella geren- aquae deducebantur, ne- da et consilia sua incepta- glexisse, facile est ad intel- que exsequenda Graecorum ligendum, exploratores om- subiugandorum, verbo ad nia sic invenisse, uti postea magnum imperii fastigium reduces traderent. Lumen adscendendi. Cf. Strabo VI, illud, cuius meminit, fuere haud

ingentia, et conceptus aquarum inertium vastos, partes nostris, nec compressos quidem terra superimminente, sed liberae laxitatis, non sine horrore vi-
zos. Cum magna haec legi voluptate: intellexi enim seculum nostrum, non novis vitiis, sed iam inde antiquitus traditis laborare: nec nostra aetate pri-
mum avaritiam, venas terrarum lapidumque rima-
tam, in tenebris male abstrusa quaeſisse. Illi quo-
que maiores nostri, quos celebramus laudibus, qui-
bus dislimiles querimur nos esse, ſpe ducti montes
ceci-

in textum recipi iuſſit. Duo codd. Grut. habebant *durām*. Facile autem eſt intelligere, τὸ *lumine* nulla amplius adiectione indigere, homines vero apprime dici, iuſſos eſſe multos dies durare, i. e. in hoc metallo commorari tantisper, dum explorarent eius ubertatem etc. Sane putidum eſt, adiucere, multum eos olei fecum tuliffe, quum *multo lu-
mine* iam dixiſet. Sic intellexit locum Erasmus quoque et alii, quippe qui ex illo ſiglo perperam fecerunt. *du-
raſſe*. Quum haec ſcripsiſſem, vidi Vincent. bellowacenſ. in Spec. Historiaſ. V, 20. etiam *duraturos* exhibuiſſe. Bene mox corriexit Gron. *superimminente* pro *supereminente*, h. e. et quidem, quibus terra non de proximo incumbe-
ret, ſed ingenti et alto fornice ſuper ſuspendetur. Recepī.
b. et

haud dubie lampades pe- tatem exagitandam: quam-
ctori aut fronti, ſicut hodie- quam pauca adsint,
que fit, adaptatae. Cf. Flo- quibus hac quidem in re de-
rencourt über die Berg- fendi homines poſſint. Sed
werke der Alten, Götting. noſter abuſum taxat, uſum
1785. ſub init., qui tamen non dainnat. Illi quoque
Philippi nullam fecit men- *maiores — nos eſſe*. Iam
tionem. 2. Senem noſtrum ex Homero Il. ε, 304. ubi
Senecam rurſus in vitia ho- vid. Heynii Obſſ. ſcimus,
minum invehentem videmus, hanc opinionem ſuiſſe anti-
quum alia omnia, quae ad quifſimam, priores homines
quaefiſtiones naturales pro- excelluiſſe poſteroſ omni vir-
pius ſpectant, exſpectaſſes. tutum genere et corporis et
Sed quaeviſ occaſio ei ſuffi- animi: teſtatur quoque illa
cit ut ſioico ethices amantiſ apud Hefiodum et inſequun-
dmo ad hominum improbi- toſ poetas celebratiſſima qua-
tuor

cederunt, et supra lucrum sub ruina steterunt, Ante Philippum Macedonem reges fuere, qui pecuniam in altissimis usque latebris sequerentur, ^b et relicto spiritu libero in illos se demitterent specus, in quos nullum noctium dierumque perveniret discrimen, et a tergo lucem relinquerent. Quae tanta spes fuit? Quae tanta necessitas hominem ad sidera erectum incurvavit, et defodit, et in fundum telluris intimae mersit, ut erueret aurum, non minore periculo quaerendum, quam possidendum? Propter ⁴ hoc cuniculos egit, et circa praedam lutulentam incertamque reptavit, oblitus dierum, oblitus naturae melioris, a qua se avertit. Nulli ergo mortuo terram gravis est, quam istis, supra quos avaritia urgens terrarum pondus iniecit, quibus abstulit coelum, quos in imo, ubi illud malum virus latitat, infodit. Illo descendere ausi sunt, ubi novam rerum positionem, terrarumque pendentium habitus, ventosque per coelum inane experientur, et aquarum nulli fluentium horridos fontes, et altam per-

petuam-

^{b.} *et relicto spiritu libero.* Sic recte reposuit Fortunatus, quem Erasmus aliquique sequuti sunt. Nam primae edd. et omnes Gruteri codd. exhibebant, *et recto spiritu liberoque*, ubi non sine duritate supplendum erat, a recto, i. e. post. Recto in codd. est relicto. Nec sequentia, *et a tergo lucem relinquerent*, impediunt. Mox §. 4. *et aquarum nulli fluentium*, i. e. in nullius commodum fluentium, amplexus sum cum Gronovio scriptam lectionem apud Gruterum, olim probatam doctis. cf. VI, 7, 5.

tuor aetatum generis humani est. Spectant haec ad illa fictio. Nec infitias ire posse celebrata: sit tibi terra lessimus, non usquequaque vis, sepulchris communia. et falsa esse, quae eo spectent, *aquarum nulli fluentium*, falsis tamen, ut sit, multis i. e. neminis usui s. Laudat adiunctis. Sed confer. Wie- Gronovius VI, 7, 5. Nec land. Opp. T. XIV. p. 351 sq. enim video, quid prohibeat ubi egregie de hac re ex- vel obstat, quo minus illie posuit. 4. *Nulli — gravis habeatur etc.*

petuamque noctem. Deinde quum ista ficerint, inferos metuunt!

XVI. Sed ut ad id, de quo agitur, revertar, venti quatuor sunt, in ortum, occasum, meridiem, septemtrionemque divisi. Ceteri, quos variis nominibus appellamus, his applicantur.

*Eurus ad auroram Nabathaeaque regna recessit,
Persidaque, et radiis iuga subdita matutinis.
Vesper et occiduo quae litora sole tepescunt,
Proxima sunt Zephyro. Scythiam septemque
triones*

Horriter invasit Boreas. contraria tellus

Nubibus affiduis, pluvioque madescit ab Austro.

2 Vel, si brevius illos complecti mavis, in unam tempestatem, ^a quod fieri nullo modo potest, congregentur.

*Una Eurusque Notusque ruunt, creberque pro-
cellis*

Africus: — — —

et

a. *quod fieri nullo modo potest.* Sic omnes codd. et edd. Heynus tamen, praceptor olim meus, quem parentis carissimi loco veneror, Exc. III. ad Virgil. Aen. I. p. 133. ed. II. veretur, ne haec verba ab alio affluta sint.

C. 16. Venti cardinales et flare nequeunt. Confirmat principales. 1. Versus sunt Aristoteles quoque Meteorol. Ovid. Metamorph. I, 61 sq. II, 6. p. 778. B. δῆλον ὅτι ἦ- Virgilii Aen. I, 85. ubi cf. μα πνεῦν τοὺς μὲν ἐναντίους Heynii Excursum doctissi- οὐχ οἶσθε τε πατέρα διάμετρον mum. 2. *quod fieri nullo γάρ.* ἀτέρος οὖν παύσεται modo potest. Si verba haec ἀποβιασθεῖσ. Poetae tamen a Seneca sunt, sensus est: in hanc regulam non curant, unam tempestatem congregandi quidem, quod degari non possunt illi quatuor subitis ventorum conversio- venti, quippe qui ut contra- nibus ac procellarum ab rii in eadem regione simul omnibus plagis circumagen- tium

et qui locum in illa rixa non habuit, Aquilo. Quidam illos duodecim faciunt. Quatuor enim coeli partes in ternas dividunt, et singulis ventis binos suffectos dant. Hac arte Varro, vir diligens, illos ordinat: nec sine causa. Non enim eodem semper loco sol oritur, aut occidit. Sed alius est ortus occasusque aequinoctialis, bis autem aequinoctium est, alius solstitialis, alius hibernus. Qui surgit ab oriente aequinoctiali, subsolanus apud nos dicitur: Graeci illum ἀφγλιώτην vocant. Ab oriente hiberno Eurus exit: quem nostri vocavere Vulturnum. Et Livius hoc illum nomine appellat, in illa pugna Romanis parum prospera, in qua Hannibal et contra solem orientem exercitum nostrum, et contra ventum constituit: quum venti adiutorio ac fulgoris praestringentis oculos hostium vicit. Varro quoque hoc nomen usurpat. Sed et Eurus iam civitate donatus est, et nostro sermoni non tanquam alienus

tium se vicissitudine ibi co- der. de vita et scriptis M.
gitandum est, recte obser- Terent. Varronis in Scriptor.
vante Heynio. *et qui lo-* Rei Rust. Tom. II. p. 226 sq.
cum — Aquilo i. e. cui 3. *Subsolanus* ap. Aristot.
poeta in isto quem describit l. l. et Aul. Gell. II, 22. $\alpha\pi\gamma$ -
ventorum concursu locum $\lambda\acute{a}\tau\eta\varsigma$ audit: *Eύρος* est et-
dare neglexit. *Quidam* — iam ap. Aristot. *Vulturnus.*
saciunt e. c. Aristoteles Me- 4. *Livius* XX, 43 et 46. extr.
teorol. II, 6, quem Varro Nos vocamus Südost. Fa-
et Seneca sequuti sunt. cf. vorinus Gellii l. l. ait, pleri-
Koeleri Allgemeine Geogra- que Graeci mixto nomine,
phie der Alten I. p. 286, ubi quod inter Notum et Eurum
loca class. collecta exhiben- fit, *Eύροντος* appellant. *in*
tur, addita tabula, ubi venti *illa* celeberrima *pugna* ad
duodecim designati sunt. M. Cannas a Livio l. l. descri-
Terent. *Varro.* Optime haec pta. *fulgoris* folis: hoc ta-
posita esse videntur in eius men Livius non memorat,
libris navalibus. Cf. Schnei- quippe qui solem ait per-

5 nus intervenit. Ab oriente solstitiali excitatum, Graeci *Kαιναῖς* appellant: apud nos sine nomine est. Aequinoctialis occidens Favonium mittit, quem Zephyrum esse dicent tibi, etiam qui Graece ne-
sciunt loqui. A solstitiali occidente Corus venit, qui apud quosdam Argestes dicitur.. Mihi non vi-
detur: quia Cori violenta vis est, et in unam par-
tem rapax; Argesles fere mollis est, et tam eunti-
bus communis, quam redeuntibus. Ab occidente
hiberno Africus furibundus et ruens, apud Graecos
λύψ dicitur. A septemtrionali latere summus est
Aquilo, medius Septemtrio, imus Thracias. Huic
deest apud nos vocabulum. A meridiano axe Eu-
ronotus est. deinde Notus, Latine Auster. deinde
Libonotus, qui apud nos sine nomine est.

XVII. Placet autem duodecim ventos esse: non
quia ubique tot sint, quosdam enim inclinatio ter-
rarum excludit, sed quoniam plures nusquam sunt.

Sic

opportune utriusque parti ob- placebant, non refragante
liquum fuisse. 5. *Ab orien-* ap. Aul. Gell. II, 22: quam-
te — est. In villa Albana quam octo venti plerisque
marmor vetus habetur duo- placuisse videantur. Cf. Vi-
decim laterum, nominum- truv. I, 6. Plin. II, 47. *quos-*
que XII ventorum, in qui- *dam enim inclinatio — ex-*
bus et Καιναῖς est, qui Vul- *cludit*: climata f. plagae
turnus ibi vocatur, sed per- quatuor non eundem vento-
peram, si Livium contendere rum numerum habent: ex-
ris. *Argestes — redeunti-* ortus enim et occasus sex
bus, quatenus serenitatem habent, meridies et septem-
affert. Si tamen frigidi si- triores tantummodo duos:
mul sunt, serenitatem secum illi mobiles et varii sunt, hi
non habent, teste Aristotele l. l. flatu perpetuo stant et ma-
nent Favorino iudice. Aliam

C. 17. Venti duodecim. rationem affert Arisiot. Me-
r. *Placet* Stoicis mihi que. teorol. II, 6. p. 777. extr. Ar-
Hi et posteris haud paucis gumentum, tamen quo pro-
placuere, Favorino, cui octo batum it Seneca, plures nus-
quam

Sic casus sex dicimus: non quia oinne nomen sex recipit, sed quia nullum plures quam sex. Qui duodecim ventos esse dixerunt, hoc secuti sunt, totidem ventorum esse, quot coeli discrimina. Coelum enim dividitur in circulos quinque, qui per mundi cardines eunt. Est septentrionalis, est solstitialis, est aequinoctialis, est brumalis, est contrarius septentrionali. His sextus accedit, qui superiorem partem mundi ab inferiore secernit. Ut scis enim, dimidia pars mundi semper supra, dimidia infra est. Hanc lineam, quae inter aperta et occulta est, Graeci ὁρίσονται vocant: nostri finitorem dixere, alii finientem. Adiiciendus est ad hunc meridianus circulus, qui horizonta rectis angulis fecat. Ex his quidam circuli in transversa currunt, et alios interventu suo scindunt. Necesse autem est, tot aëris discrimina esse, quot partes. Ergo horizon sive finiens circulus quinque illos orbes, quos modo dixi fieri, fecat, et efficit decem partes, quinque ab ortu, quinque ab occasu. Meri-

T 2 dianus

quam esse ventos quam duo- crob. I, 15.), de aequatore, decim, vereor ut cuiquam quem Graeci ἡσημεριόν, Ro- placuerit: refutatur certe mani circulum aequinoctia- nostra rosa nautarum (cadran lem vocabant, de circulis des vents). *Sic casus — sex.* tropicis, arctico et antar- De lingua latina tantum ser- ctico. Cf. Koeler Allgemeine mo est: Graeci enim tan- Geographie der Alten I. p. tum quinque, et Slavi (Po- 218 sq. *nostri* Stoici. *alii*, loni et Russi) septem habent Cic. Divin. II, 44. 3. Quae casus, Francogalli et Itali ad demonstrandum duode- omnino casibus carent. — cim ventorum numerum af- 2. *Est — secernit.* Brevi- feruntur, per se clara sunt. ter haec exponit de circulis Monendum tamen est, ven- Geographiae mathematicae, tos non satis accurate sepa- ruit notissima. Agitur antem rari a circulis, quos a Geo- de circulis parallelis (cf. Ma- graphis egregie excogitatos in

dianus circulus, qui in horizonta incurrit, regiones
duas adiicit. Sic duodecim aér discrimina accipit,
et totidem facit ventos. Quidam sunt quorundam
locorum proprii, qui non transmittunt, sed in pro-
ximum ferunt. Non est illis a latere universi mun-
di impetus. Atabulus Apuliam infestat, Calabriam
Iapyx, Athenas Sciron, Pamphyliam Cataegis, Gal-
liam Circius: cui aedificia quassanti, tamen incolae
gratias agunt, tanquam salubritatem coeli sui de-
beant ei. Divus certe Augustus templum illi, quem
in Gallia moraretur, et vovit et fecit. Infinitum
est, si singulos velim persequi. Nulla enim prope-
modum regio est, quae non habeat aliquem flatum
ex se nascentem, et circa se cadentem.

XVIII. Inter cetera itaque Providentiae opera
hoc quoque aliquis, ut dignum admiratione, suspe-
xit. Non enim ex una causa ventos, aut invenit,
aut

in coelo constat, haecque valiflat. Idem est apud Atti-
figmenta non spectare ad ticos *Sciron* Aristot. l.l. *Iapyx*
aeris discrimina, sed ad ra- quoque est occidentalis, quem
tiones astronomicas et geo- cum Cauro comparat Aul.
graphiccas, quibus nihil com- Gell. II, 22. *Cataegis*, nu-
mune est cum ipsis. Latitu- *ταίγις*, fatus ingruens subito
do enim et longitudo loco- superne ap. Auctorem De
rum, adeoque eorum situs Mundo c. 4. p. 1209 D. Ap-
proprie his circulis consti- pulei. II. p. 259. bip. qui
tuuntur. — 4. *Non est illis* graeca in latinum sermonem
— *impetus* i. e. non ab or- vertit. *Circius* ab occidenti
ta etc. proficiscuntur. *Ata-* brumali flat. cf. A. Gell. l. l.
bulus, ferventissimus, cala- ibique Henr. Valef. Plin.
mitosus ap. Horat. Sat. I, 5, II, 47.
78. vocatur. cf. Plin. XVII, C. 18. Ventorum usus et
25. ubi eum coniungit cum abusus in rebus humanis.
Euboeae vento Olympia. Hic Eodem fere modo etiam
Olympias auctore Aristotele Chrysostomus in Psalm.
Met. II, 6. ab occidente aesti. CXXXIII. p. 362. de hac re
expo-

aut per diversa dispositus: sed primum ut aëra non sinerent pigescere, sed assidua vexatione utilem redderent, vitalemque tracturis. Deinde ut imbræ terris subministrarent, iidemque nimios compescerent. Nam modo adducunt nubes, modo diducunt, ut² per totum orbem pluviae dividi possent. In Italiā Auster impellit, Aquilo in Africam reiicit: Etesiae non patiuntur apud nos nubes consistere. Idem totam Indiam et Aethiopiam continuis per id tempus aquis irrigant. Quid, quod fruges percipi non possunt, nisi flatu supervacua admixta servandis ventilarentur, nisi esset quod segetem excitaret, et latentem frugem, ruptis velamentis suis, quae folliculos agricolæ vocant, adaperiret? Quid, quod³ omnibus inter se populis commercium dedit, et gentes dissipatas locis miscuit? Ingens naturae beneficium, si illud in iniuriam suam non vertat hominum furor! Nunc quod^a de Caesare maiore

T 3 vulgo

a. de Caesare maiore. Sic optimi codd. Antea: *de Caesare olim maiore.* Cur enim illud *olim* repetatur, quum T. Livii

exposuit. 1. *aut per diversa* est *Aquilo*, ad quem Etesiae loca, ut ex quaque coeli pertinent Aristot. Meteorol. regione flarent: *invenit* II, 5. *Iidem totam — ir-* quasi iam materiae proprios *rigant*. Herodotus verisimilis providentia nacta est, ita lius hoc tribuit austro et afrique creari non oportuit hos co II, 25. Molas autem ventos. 2. *Auster* quare pneumaticas ignorasse Senepluvius apud Ovid. Metam. cae aetatem ex silentio col. I, 66. vocatur. Ab Horatio ligit Io. Beckmann in Gesch. I. Od. 7, 16. imbræ perpera der Ersind. II, 1. p. 32., tuos parturire dicitur. *Ifi* quamquam talis collectio ex dor. Origg. XIII, 11. auster silentio alioqui haud magni ab hatriendo aquas vocatus, pretii esse folet. 3. *Nunc* unde et crassum aërem facit *quod de Caesare maiore — et nubila nutrit.* Oppositus *positum*. Locus hic solum a nostro

vulgo dictatum est, et a Tito Livio positum, in incerto esse, utrum illum magis nasci reipublicae profuerit, an non nasci; dici etiam de ventis potest: adeo quidquid ex illis utile et necessarium est, non potest his repensari, quae in perniciem suam generis humani dementia excogitat. Sed non ideo non sunt ista natura sua bona, si vitio male utentium nocent. Nimirum in hoc Providentia, ac dispositor ille mundi Deus, aëra ventis exercendum dedit, et illos ab omni parte, ne quid esset situ squalidum, effudit: non ut nos classes partem freti occupaturas compleremus milite armato, et hostem in mari aut post mare inquireremus. — Quae nos dementia exagitat, et in mutuum ^b componit exitium? Vela ventis damus bellum petituri, et perielitamur periculi causa. Incertam fortunam experimur: vim tempestatis

Livii mentio fiat? b. componit e duobus palat. et Obopoei codd., Grutero suadente, recepi. Antea: compellit.

nostro servatus est, libro Hi- et conditorem et disposito-
tor. Titi Livii CXVI, nisi fal- rem potentissimum et bel-
lor, quo haec contineban- nignissimum esse docuerunt.
tur, nunc deperdito. Freins- Cf. Cic. de N. D. II, 30 sq.
hemium hic locus in Supple- Diog. Laert. VII, 138. Egre-
mentis fugisse videtur. Gro- gie de hoc Stoa dogmate
novii nota ad verba: *Nasci* exposuit D. Lennep. ad Pha-
reipublicae — *nasci*, haec larid. Epist. XL. p. 142 sq.
est: Hoc ob oppressam li- Non ut nos classes etc. Non
bertatem, illud ob auctum ad bellum exercendum. —
Gallia imperium: non enim, post mare, in litore, conti-
quod sub eo occasio fuerit nenti. — 5. periculi ta-
rempublicam transferendi in men — causa: argute di-
monarchiam pacatiorem (si ctum est. Periculi, quod
Diis placet) et feliciorem, ut experimur in mari, iam satis
loquitur Fromondus. 4. Pro- est, sed hoc ipso periculo
videntia ac Deus non sepa- utimur, ut aliud incurra-
rantur a Stoicis, sed deum invenimus, hostem in terra peti-
turi.

pestatum nulla ope humana superabilem, mortem sine spe sepulturae. Non erat tanti, si ad pacem per ista veheremur. Nunc autem quum evaferimus tot scopulos latentes, et insidias vadosi maris; quum effugerimus procellos desuper montes, in quos praeceps navigantes ventus impingit; quum involutos nubilo dies, et nimbis ac tonitruis horrendas noctes, quum turbinibus divulta navigia: quis erit huius laboris ac metus fructus? quis nos fessos tot malis portus excipiet? Bellum scilicet, et obvius in litore hostis, et trucidandae gentes tracturae magna ex parte victorem, et antiquarum urbium flamma. Quid in arma cogimus populos? quid exercitus scribimus, directuros aciem in mediis fluctibus? quid maria inquietamus? Parum videlicet ad mortes nostras terra late patet! Nimis delicate fortuna nos tractat: nimis dura dedit nobis corpora, felicem valetudinem. Non depopulatur nos casus incurrens: emetiri cuique annos suos ex commode licet, et ad senectutem decurrere. Itaque eamus in pelagus, et vocemus in nos fata cessantia. Miseri, quid quaeritis? mortem, quae ubique supereft? Petet illa vos et ex lectulo; sed utique

T 4

inno-

turi. Caeterum ingeniosius everiae! 7. Quamvis nobis quam verius haec dicta esse tam felicibus esse licet, ut appareat: quis enim finis bona semper valetudine uta- dusque alius bellicorum pe- mur, tamen pericula app- riculorum et ipsorum bello- timus. *ex commodo*, i. e. rum fuerit quam pax, quam commode. Proprium enim tamen istorum ope tandem est Sencae et sequenti sae- expugnari oportet? — 6. culo adverbiorum loco usur- *Bellum scilicet — flamma*. pare adiectiva cum praepo- Bella Romanorum in Africa, sitionibus, praesertim *ex*, Hispania etc. gesta exemplis composita. Sic ex facili, ex sint, Carthago, Corinthus etc. aequo, ex afflenti, ex con- trario,

innocentes petat: occupabit vos in vestra domo; sed occupet nullum molientes malum. Hoc vero quid aliud quis dixerit, quam insaniam, circumferre pericula, et ruere in ignotos iratum, sine iniuria occurrentia devastantem, ac ferarum more occidere, quem non oderis? Illis tamen in ultionem, aut ex fame morbus est: nos sine ulla parsimonia nostri alienique sanguinis, movemus maria, et navigia deducimus, salutem committimus fluctibus, secundos optamus ventos, quorum felicitas est ad bella perferriri. Quousque nos malos mala nostra rapuere? Parum est, intra orbem suum furere. Sic Persarum rex stolidissimus in Graeciam traiicit, quam exercitus non vicit, quum impleverit. Sic Alexander ulterior Bactris et Indis volet quaerere, quid sit ultra magnum mare, et indignabitur aliquid esse ultimum sibi. Sic Parthis avaritia Crassum dabit. Non horrebit revocantis diras tribuni, non tempestates longissimi maris, non circa Euphratem torpae saga fulmina, et deos resistentes. Per hominum deorumque iras ad aurum ibitur. Ergo non immemrito

trario, ex diverso, ex ini- suffitibusque injectis factis- quo etc. utuntur, graeca for- que libaninibus diras capiti ma loquendi. — 9. *Sic* eius atroces et horrendas im- *Perfarum* — *impleverit.* precatus est. Plutarch. T. Xerxis copiae, quas secum III. p. 447 sq. Reisk., qui duxisset in Graeciam, nume- nec prodigia ominaque omi- rum fecerunt decies septies sit, quae poltea evenisse di- centenorum millium militum, cebantur, e. c. fulmen deie- auctore Herodot. VII, 60. cit pontem, quo Crassus Eu- *Sic Alexander sibi.* Cf. ad phratem iunxerat. Ceterum VII. De Benef. 2, 6. *Non* avaritia Crassum ductum horrebit etc. Trib. pl. At- eamque caedis causam fuisse, teius Metellus retinendi Cras- notissima res est, vel ex Plu- li causa ab hac expeditione tarcho. — 10. *Ergo* — pecum ante portam incendit, *nasceretur.* Has ὑπερβολὰς Stoi-

rito quis dixerit, rerum naturam melius acturam fuisse nobiscum, si ventos flare vetuisset, et inhibito discursu furentium, in sua quemque terra stare iussisset. Si nihil aliud, certe suo quisque tantum ac suorum malo nasceretur. Nunc parum ^{c.} mihi domestica, externis quoque laborandum est. Nulla terra tam longe remota est, quae non emittere aliquo suum malum possit. Unde scio, an nunc aliquis magnae gentis in abdito dominus, fortunae indulgentia tumens, non contineat intra terminos arma, an paret classes ignota moliens? Unde scio, hic mihi, an ille ventus bellum invehet? Magna pars erat pacis humanae, maria paecludi. Non tamen, ut paulo ante dicebam, queri possumus de auctore nostri Deo, si beneficia eius corrumpimus, et ut essent contraria, efficimus. Dedit ille ventosia ad custodiendam coeli terrarumque temperiem, ad evocandas supprimendasque aquas, ad alendos fatorum atque arborum fructus: quos ad maturitatem cum aliis caulis adducit ipsa iactatio, attrahens ci-

T 5 bum

c. mihi. Sic primae edd. et codd. quidam: et hoc convenit orationi Senecae. Muretus aliquique: *Nunc parum vi dome-
stica.* Mox *emittere* optimi dant codices, non, *mittere.*

Stoico nostro Senecae austero corruptelaque hominum turis, quod tribus quatuorve sui aevi praesertim iracundo, saeculis post expletum, erue- magis honori quam dedeco- ris. Haec autem migratio ri esse appareat. Nulla ter- Senecae tempore non magis ra — aliquo malum suum, evenire potuisset, quam illa, i. e. avaritiam, cupiditatem quae Hunnorum motibus a alienas nationes invadendi, saeculo tertio quartove us- praedandi ac sub iugum mit- que ad saeculum sextum me- tendi, quin adeo iis ipsis ad dium, Alarico, Genserico, alias ex aliis bello subiugan- Attalo al. ducibus orbem ter- das. 11. *Unde scio — mo-* rarum occidentalem inqui- liens? Facile hinc vaticinium tabat devastabatque. 12. *at- trahens*

bum in summa, et ne torpeant, movens. Dedit ventos ad ulteriora noscenda. fuisse enim imperitum animal, et sine magna experientia rerum homi, si circumscriberetur natalis soli fine. Dedit ventos, ut commoda cuiusque regionis fierent communia: non ut legiones equitemque gestarent, nec ut pernicioſa gentium arma transvehement. Si beneficia naturae utentium pravitate perpendimus, nihil non nostro malo accepimus. Cui videre expedit? cui loqui? Cui non vita tormentum est? Nihil invenies tam manifestae utilitatis, quod non in contrarium transferat culpa. Sic ventos quoque natura bono futuros invenerat: ipsi illos contrarios fecimus. Omnes in aliquod nos malum ducunt. Non eadem est his et illis causa solvendi: sed

d. *gentium*. Sic omnes codd. et edd. praeter Mureti, qui dedit, *gentibus*. Gronovius observat, in codd. brit. habet, *civium*, quod verum esse putat. Mihi quidem glossema τοῖς *gentium* esse videtur. Universo loquitur b. l. Seneca, nullo ad res patrias et in primis ad bellum sicutum et achaicum respectu habito. e. *bono futuros* est ex emanatione

trahens cibum in summa, non valet consequentia. Sic aristas in summis culmis colligunt ventos — fecimus. Similia locando cibis, σίτους deinde Plato T. IX. p. 248. bip. adaptandas. — 13. Si bebet: ἀλλ' ἐπει παρὰ ταῦτα neficia — accepimus. Νογύγεται πρὸς τὸ Φλαῦρον, οὐ tionem hanc, quae Senecae τὴν θελαν, ἀλλὰ τὴν ἀνθρωπινοῦ animo in primis obversabatur, πίνην αἰτιᾶσθαι χρῆ Φύσις, recurrere et repeti (§. 3. extr.) εὖ ἐν δίην διανέμουσαν τὸν non mirandum est: quam- αὐτῶν βίον. — 14. Omnes quam vereor, ut, vel ipsa venti — ducunt. Verum multorum (nam de omnibus est, omnes in aliquod malum quis hoc contenderit?) ab nos ducere posse; sed si hoc utentium pravitate concessa, auctor posuisset, sententia haec sententia cuiquam se sit fuisse tritior: quin potius probatura. Ab uno paucis dicit, homines esse tam ma- que ad omnes plurimosve los, ut qui navigatione ven- to-

sed iusta nulli. diversis enim irritamentis ad tentandum iter impellimur. Utique alicui vitio navigatur. Egregie Plato dicit, qui nobis circa exitum iam testium loco dandus est: *f* minima esse quae homines emant vitâ. Immo, Lucili carissime, si bene furorem illorum aestimaveris, id est, nostrum, in eadem enim turba volutamur, magis ridebis, quum cogitaveris, vitae parari, in quae vita consumitur.

datione Gronovii, quum antea esset, *bonos f.* *f. minima.* Gronovius emendat *minimi*. Ingeniose quidem, et egregie, sed vulgata ferri potest. Senfus tamen idem manet. Bene fecisset, si locum Platonis indicasset: nam nisi hunc attuleris, cave emendas. Mox, *vitae parari, in quae vita consumitur.* Sic codex Nicot. apud Obsopoeum, et sic iam antea Pincianus egregius coniecerat. Haud multum abludit codex Colon. Antea: *vita parari ea, quibus vita consumitur.*

torum ope utantur, suo id riora noscenda, ad commofiant malo. *sed iusta nulla* cuiusque regionis exploli. Abusus cogitatio tanto- randa bono publico solveret pere animum Senecae occu- etc. 14. *Egregie Plato* — pavit, ut videre negligeret, *vita.* Sententia haec saepe multas esse navigandi causas ap. Platonem occurrit: sed iustas, e. c. si quis ad officii verba ista, quae Seneca lausui munera obeunda, quae dat, nondum reperi, bonas multa sunt, mittatur et na- licet aliquot horulas iis quae- viget, si quis, quod ipse su- rendis insumserim.
pra §. 13. posuit, ad ulte-

L. ANNAEI SENECAE
 AD LUCILIUM
 NATURALIUM QUAESTIONUM
 LIBER SEXTUS.
 IN QUO DE TERRAE MOTU
 AGITUR.

Argumentum.

Naturam et causas terrae motus docte et explicata enarrat.
Ipsa iam sene sub Imperio Neronis, Pompeii celebre Campaniae oppidum terrae motu defedit; in iuventute eius et Imperio Tiberii, XII urbes Asiae perditae. Non metuendus tamen terrae motus; quia magnificum a tam magna causa perire. In causas deinde terrae motus inquirit. Thales terram, ceu navigium, aqua ferri et fluctuari, alii aquarum sub terra latentium fluctu agitari crediderunt. Hac occasione ad quaestionem famosam digreditur, de Origine Nili. Aristoteles, Theophrastus, Callisthenes (aeternum Alexandri crimen, a quo iniuriose necatus) spiritum terrae motorem faciunt: quibus noster accedit. Ex motu Campano pestilentia orta, quae ovium ibi greges exanimavit: quidam etiam terrore lymphatici erravere. Denique in mores relapsus, non terrae motus, non fluctus, non arma metuenda docet; quia rem pusillam, hominis vitam tantum petunt, quam auriculae dolor, aut pes leviter offensus, auferre potest.

C A P U T I.

POMPEIOS, celebrem Campaniae urbem, in quam ab altera parte Surrentinum ^a Stabianumque litus, ab altera Herculanense convenient, mareque ex aperto ^b reductum amoeno sinu cingunt, desedisse terrae motu, vexatis quaecunque adiacēbant regionibus, Lucili virorum optime, audivimus: et quidem diebus hibernis: quos vacare a tali periculo maiores nostri solebant promittere. Nonis Febr. ² fuit motus hic, Regulo et Virginio Consulibus, qui Campaniam nunquam securam huius mali, indemnum tamen, et toties defunctam metu, magna stra-

ge

a. *Stabianumque*. Hanc vulgatam et eam optimam lectionem corruperat Muretus, *Sabianumque*, etiam contra Plin. N. H. 32, 2. b. *reductum*. Sic omnes codd. mss. Sed Fortun. coniecit, *ex aperto conductum am.*, quia *conductum* magis convenire putabat, ut ingenii, non naturae opus intelligeremus. Optime tamen Gronovius veterem lectionem reposuit. *Reductus* est sinuatus, interior, abditus etc. Sed haec nunc vel e Virgilio nota sunt. Cf. Lexica.

C. i. *Pompeios — pro- Herculatum et Stabias, et mittere*. Factum hoc est a. harum urbium antiquitates u. 817., post Chr. nat. 64. sub titulo Pitture d'Ercolano Sed si Taciti Annal. XV, 22. inde ab a. 1757 edi coeptas sequaris, factum est a. 816. esse constat. Winkelmann Is ait: Et motu terrae cele- enim literae ad Comit. de bre Campaniae oppidum, Brühl, Murr, Martini, Ha- Pompeii, magna ex parte milton, Barthelemy al. über- proruit. — Funditus autem tim de iis exposuerunt. — sedecim annis post (a. 79 post Muretus notat: Aristoteles Christ. nat.) mersum esse re- quidem auctor est (Meteorol. petito terrae motu novimus II, 8. p. 782. init.), vere, et e Dionae Caff. LXVI, 23. ubi autumno saepius terram mo- cf. not. Nostro demum ae- veri, aestate et hieme rarius: vo ex alta voragine, in quam sed tamen nullam esse anni motus terrae condiderant, partem ab hoc mali genere resuscitatos esse Pompeios, tutam, experimenta docue- runt.

ge vastavit. Nam et Herculaneensis oppidi pars ruit, dubieque stant etiam quae relicta sunt. Et Nucerinorum colonia, ut sine clade, ita non sine querela est. Neapolis quoque privatim multa, publice nihil tamisit, leviter ingenti malo perstricta. Villae vero praeruptae passim sine iniuria tremuere. Adiiciunt his sexcentarum ovium gregem exanimatum, et divisas statuas: motae post hoc mentis aliquos atque c. impotentes sui errasse. Quorum ut causas excutiamus, et propositi operis contextus exigit, et ipse in hoc tempus congruens casus. Quaerenda sunt trepidis solatia, et demendus ingens timor. Quid enim cuiquam satis tutum videri potest, si mundus ipse concutitur, et partes eius solidissimae labant? 4 Si, quod unum immobile est in illo fixumque, ut cuncta in se intenta sustineat, fluctuat: si quod pro-

c. *impotentes* reduxi ex antiqq. edd. et omnibus eodd. mss. Fortunatus e conjectura, *impotes*. Impos est antiquior sed mox obsoleta forma vocis, melioribus ling. lat. auctoribus *impotens* praeferentibus. Hoc mutandi studium debetur amori archaismorum, qui multos et eos egregios viros doctos faeculi decimi quinti et sexti invaserat: nec Gronovium ipsum hoc vitio caruisse scimus. Sed Senecam parum

runt. — 3. *Villae* — *tre-* ex Posidonio. — 4. *Si quod muere*. In vicinia Neapolis, — *fluctuat*, i. e. terra, circa haud dubie propter regionis quam stantem omnes stellas amoenitates, multas fuisse astraque moveri credebant. villas in collibus aedificatas Infra c. VII, 2. dubius noster appareat: hinc Strabo V. p. est. Sequitur ergo Aristotele¹⁹⁷ sq. lips. lucem accipit. Iem Stoa, quippe qui de *Adiiciunt* — *exanimatum*, Coelo II, 14. demonstratum haud dubie halitu tetrico. it, terram non habere modivias, disiectas et fractas tum, sed stare, μένειν. Py- statuas. *motae* — *errasse*. Thagorei tamen et Plato op- Similem casum de terrae mo- positam tenuere opinionem, tu insularum liparaearum terram non siare, sed volvi narrat Strabo VI. p. 281 sq. et moveri circum axem pro- ten-

proprium habet terra, perdidit, stare: ubi tandem resident metus nostri? Quod corpora receptaculum invenient? quo solicita confugient, si ab imo metus nascitur, et funditus trahitur? Consternatio omnium est, ubi tecta crepuere, et ruina signum dedit: tunc paeceps quisque se proripit, et penates suos deserit, ^{d.} ac se publico credit. Quam latetram prospicimus, quod auxilium, si orbis ipse ruinas agitet? si hoc, quod nos tuetur ac sustinet, supra quod urbes sitae sunt, quod fundamentum quidam orbis esse dixerunt, discedit ac titubat? Quid tibi esse non dico auxilii, sed solatii potest, ubi timor fugam perdidit? Quid est, inquam, fastis munitum? quid ad tutelam alterius ac sui firmum? Hostem muro repellam: praeruptae altitudinis

rum aut nihil dum his archaismis, quibus A. Gellii et Apuleii opera abundant, tribuisse constat. ^{d. ac se publico credit.} Delicata in primis lectio britannici regii, ^{ac se publico condit.} Quasi diceret, coelum habet pro suffu-
gio. Tale est illud, *coelo tegitur, qui non habet urnam.* Gronov. Elegantiam lectionis lubenter agnosco, sed aber-
rationi calami librarii tribuere pronior sum, quam Sene-
cae. Nec locum Lucani VII, 819. a Gron. adductum huc traxerim: non enim de inhumato funere sermo est, sed de studio vitam conservandi fuga. Vulgatam itaque non de-
feram.

tensum, quod Aristot. docet *fundamentum — dixerunt.* de Coelo II, 13. spectans ad Haec omnium, qui terram Platon. Tim. IX. p. 323. bip. stare, et locum universi me-
cf. Ruhnk. ad Lexic. plat. dium fixumque tenere sta-
Timaci p. 69 sq. ed. II. Sed tuerent, sententia fuit: quod Boeckh. in programmate de colligas v. c. ex Aristot. de platonico systemate coele- Coelo II, 13 et 14. de Ge-
stium globorum, 1810. do- ner. Anim. I, 2. coll. Aucto-
ctissime explanatum ivit, Pla- re de mundo, quem exscripti-
tonem quoque docuisse, ter- Io. Stobaeus p. 642. Heer.
ram stare. Sed Aristotelis Stoae hoc quoque placuisse testimonium gravissimum est patet e Cic. de N. D. II, 36.
obstaculum. — 5. quod Diog. Laert. VII, 155. not. —

6. Ignis

dinis castella vel magnos exercitus difficultate adi-
6 tus morabuntur. A tempestate nos vindicant por-
 tutus: nimborum vim effusam, et sine fine cadentes
 aquas tecta propellunt: fugientes non sequitur in-
 cendium: adversus tonitrua et minas coeli, subter-
 raneae domus, et defossi in altum specus, remedia
 sunt. Ignis ille coelestis non transverberat terram,
 sed exiguo eius obiectu retunditur. In pestilentia
 mutare sedes licet. Nullum malum sine effugio est.
 Nunquam fulmina populos perusserunt. Pestilens
7 coelum exhausit urbes, non abstulit. Hoc malum
 latissime patet, inevitabile, avidum, publice noxium.
 Non enim domos solum, aut familias, aut urbes
 singulas haurit, sed gentes totas, regionesque sub-
 vertit: et modo ruinis operit, modo in altam vor-
 aginem condit: ac ne id quidem relinquit, ex quo
 appareat, quod non est, saltem fuisse: sed supra
 nobilissimas urbes, sine ullo vestigio prioris habitus,
 solum extenditur. Nec desunt qui hoc genus mor-
 tis magis timeant, quo in abruptum cum sedibus
 suis eunt, et e vivorum numero vivi auferuntur,
 tanquam non omne fatum ad eundem terminum ve-
8 niat. Hoc habet inter cetera iustitiae suae natura
 praecipuum, quod quum ad exitum ventum est,
omnes

6. Ignis — retunditur. Re- *malum*, sc. terrae motus.
 cte observarunt veteres, ter- *sed supra nobilissimas ur-*
ram aquamve ultimam fulgu- bes. Exempla sunt hae ipsae
 ris metu esse, ultra quam urbes, quae huic disputatio-
 non penetret, omni quippe ni ancam dederunt, Pompeius
 effectu tunc cessante, peii, Herculanium, Stabiae
 quandoquidem fulgur, uti et duodecim Afiae urbes Ti-
 recentiores, docente inpri- berii Caelaris principatu una
 mis Reimaro, exponunt, hu- nocte prostratae (Plin. N.H.
 more conducente, clam sen- II, 84): nostro aevo Lima,
 sumque dissipatur. *7. Hoc* Lisboa, Guatimala etc. Cf.
Gata-

omnes in aequo sumus. Nihil itaque interest, utrum me lapis unus elidat, an monte toto premar: utrum supra me domus unius onus veniat, et sub exiguo eius tumulo ac e pulvere exspirem, an totus caput meum terrarum orbis abscondat: in luce hunc et in aperto spiritum reddam, an in vasto terrarum dehiscentium sinu: solus in illud profundum, an cum magno comitatu populorum concidentium ferar. Nihil interest mea, quantus circa mortem meam tumultus sit: ipsa ubique tantundem est. Proinde magnum sumamus animum adversus istam cladem, quae nec evitari, nec provideri potest. Desinamus audire istos, qui Campaniae renuntiavere,
qui-

a. pulvere. Omnes codd. et edd. praeter Gronov., qui in brit. regio suo inventum, *sub exiguo eius tumulo ac pulvere* in textum immittere non dubitavit. Hinc Londinenses, qui Stephani Thes. L. L. anno 1735 auctum edidere, perperam loco laudato VIII, 1, operi isti intulerunt: unde etiam Gesnerus sumit, qui tamen locum nostrum reperire non potuit. Sed primum vox *complanatio*, et si analogia defendit, quandoquidem *complanare* et *complanator* bonae latinitatis sunt, nisquam tamen occurrit nisi in hoc codice: deinde *tumulus* et *complanatio* ibi non tam bene sibi respondent, quam *tumul.* et *pulvis*, quin adeo sibi adverfantur. E margine itaque, ubi haec explicandi gratia applicta fuerint, perperam in textum immigrasse potius putaverim. Quidquid sit, nulla causa satis luculenta adest, cur vulgatam deseram. Reduxi proinde *pulvere*, voce *complanatione* expulsa, unde pedem intulerit. — Mox se ipsos cum Erasmo et plerisque codd. amplexus sum, Mureto Curionem perperam sequuto, vocem *ipso*s expellente.

Gatacker ad M. Antonin. IV, praesertim illius, undique ad 48. — 8. *Omnes in aequo inferos tantumdem viae est. loco sumus.* Mors omnes — 9. *ipsa ubique tantum-aequat.* Exitu aequamur. *dem est*, ubique eiusdem est Cf. Ep. XCIX. et multis aliis pretii. *Desinamus — ac- locis.* Spectant huc Anaxa- *cessuros:* spectant haec forgorae et Diogenis Sinopensis talse ad illos, qui in his redicta celeberrima, quorum gionibus aestivare et otio Cic. Tusc. I, 43. meminit: frui volebant solebantque in
Vol. V. U villis

qui post hunc casum emigraverunt, negantque se ipsos unquam ipsam regionem accessuros! Quis enim illis promittet melioribus fundamentis hoc iuaut illud solum stare? Omnia eiusdem fortis sunt, et, si nondum mota, tamen mobilia: hunc fortasse in quo securius consistit locum, haec nox, aut hic ante noctem dies scindet. Unde scies, an melior eorum locorum conditio sit, in quibus iam vires suas fortuna consumit, f an quae in futuram ruinam suam fulta sunt? Erramus enim, si ullam terrarum partem exceptam immunemque ab hoc periculo credimus. Omnes sub eadem iacent lege. Nihil ita, ut immobile esset, natura concepit. Alia temporibus aliis cadunt. Et quemadmodum in urbibus magnis, nunc haec domus, nunc illa suspeditur:

f. *an quae in futuram ruinam suam fulta sunt?* Recepit hanç optimam cod. brit. regii lectionem, Gronovio egregie prudente et probante, nec codice pal. quarto olimque impressis, qui habent, *et quae in futuram ruinam suam f. s.*, multum abludentibus: quum Fortun. et alii coiid. haberent, *et quae in futurum ruina sua f. s.?* Postulat nostram lectionem sententiarum quoque nexus. Indicatum enim it Seneca, nec illa loca, quae terrae motum nondum passa sint, securitatem praebere. Neque loca malum hoc passa, neque adhuc consistentia, meliore gaudent conditione. Fortasse praestitisset, si Seneca posteriorem enuntiationem priore loco posuisset, sed hoc naturalem loquendi ordinem invertendi more noster interdum uti solet. Mox §. 12. *Nos tamen vulgata et bona est lectio, quam tamen Gron. prae amore codicis brit., qui dabat, Quo ergo nobis, relinquendam duxit. Idem codex mox habet: Neque Campaniae, neque*

villis suis, aut Neapoli Tarentine. Etenim indigenas tuerent, insulas huic malo neque istis neque nostris multo minus esse expositas, temporibus ex ista regione quam continentem (*εν δε hoc malo afflita emigrasse, ταῖς νήσοις· ταῖς ποντίαις ηττηνεμο, quod sciam, traditον γίγνεται σεισμὸς τῶν dit.* — 10. Refellit in his *προσγελών*). — 11. *Et quem opinionem eorum, e. c. Ari-* admodum — suspenditur,
i. ex-

ditur: ita in hoc orbe terrarum nunc haec pars facit vitium, nunc illa. Tyros aliquando infamis ruinis fuit. Asia duodecim urbes simul perdidit. Anno priore Achaiam et Macedoniam quaecunque est ista vis mali, quae incurrit, nunc Campaniam laetit. Circuit fatum, et si quid diu praeterit, repetit. Quaedam rarius sollicitat, saepius quaedam.¹² Nihil immune esse et innoxium finit. Non homines tantum, qui brevis et caduca res nascimur; urbes oraeque terrarum et litora, et ipsum mare in servitatem fati venit. Nos tamen nobis permansura promittimus bona fortunae, et felicitatem, cuius ex omnibus rebus humanis velocissima est levitas, habituram in aliquo pondus ac moram credimus! Perpetua sibi omnia promittentibus in mentem non¹³ venit, id ipsum, supra quod stamus, stabile non esse. Neque enim Campaniae istud, neque Tyri, nec Achaiae, sed omnis soli vitium est, male cohaerere, et ex causis pluribus resolvi; [§] et summa manere, partibus ruere.

U 2

II.

neque Tyri, nec Achaiae, sed omnis soli vitium hoc est, male cohaerere. Recepit Gronovio quoque probante, — g. et summā. Sic omnes codd. et prilcae edd. summā invexerat Curio, sequaci Mureto, al.

i. extra perpendicularum in- res Syriae non infrequentes. clinata in ruinam. *Tyros* Cf. Iuslin. XL, 2, 1. Curtii — *ruinis fuit*. Crebris enim IV, 4, 20. ibique Rader. et terrae motibus cultores istius Freinsheim. Diu tamen hoc regionis ita fatigati esse tra- malum ibi desisse videtur, duntur, ut nova et ea ex- quia addit aliquando. *Asia* terna domicilia armis sibi — *perdidit*. Memorat Taquaerere cogerentur. Ac- citus quoque Ann. II, 47. cessit, quod propter aedium res anni 770 narrans, ibique altitudinem ex terrae motu Intpp. Gatacker ad M. An- maximam labem acceperit tonin. l.l. et Schneider Anal. oportet *Tyrus*: nam tremo- crit. p. 17. *Achaia et Ma- cedo-*

II. Quid ago? Solatium adversus pericula dare promiseram: ecce undique timenda denuntio. Nego quidquam esse quietis aeternae, ^a quod perire possit, et perdere. Ego vero hoc ipsum solatii loco pono, et quidem valentissimi, quandoquidem sine remedio timor stultus est. Ratio terrorem prudentibus excutit: imperitis sit magna ex desperatione securitas. Hoc itaque generi humano dictum puta, quod illis subita captivitate inter ignes et hostem stupentibus dictum est,

Una salus victis, nullam sperare salutem.

- 2 Si vultis nihil tinere, cogitate omnia esse timenda: circumspicite, quam levibus causis discutiamur. Non cibus nobis, non humor, non vigilia, non somnus, sine mensura quadam, salubria sunt. Iam intelligitis nugatoria nos esse corpuscula, et imbecilla, fluida, non magna molitione perdenda. Sine dubio id unum periculi satis esset, quod tremunt terrae, quod subito dissipantur, ac superposita dividunt. Magni se aestimat, qui fulmina et motus terrarum hiatusque formidat: ^b vult ille imbecillitas

a. *quod perire possit, et perdere.* Hanc omnium cod. et edd. lectionem mutavit Muretus: *quod et perire non possit et p.* Mox *magna* in vitii suspicionem vocabat Gruterus, pronior in magis. b. *vult ille.* Fromondus scribi

cedonia saepe huic malo ex mundum terramque, quiposita, iam observante Ari- bus est etiam facultas per-Itot. Meteorol. II, 8. p. 785. dendì, tum homines om- E. Senec. Epist. XCI, 9. not. nesque in mundo res.

C. 2. Sed quum huma- Versus est Virgilii Aen. I, 354, nae res sint incertae, mors ubi sermo est de Aenea ti-viro forti et sapienti non est mente, ne subito captivus extimescenda. — 1. Nego siat, et eo quidem cum Tro- quidquam — perdere. Mo- ianis in Graecos Troiam te-bilia esse omnia aio, cum nentes irruente. 3. vult ille

tis suae sibi conscientius timere pituitam? ita videlicet nati sumus, tam felicia fortiti membra, et in hanc magnitudinem crevimus, et ob hoc nisi mundi partibus motis, nisi coelum intonuerit, nisi terra subfederit, perire non possumus! Unguiculi nos, et ne 4 totius quidem dolor, sed aliqua a latere eius scissura conficit: et ego timeam terras trementes, quem crassior saliva suffocat? Ego extimescam emotum sedibus suis mare, et ne aestus, maiore quam solet cursu, plus aquarum trahens superveniat; quum quosdam strangulaverit potio, male lapsa per fauces. Quam stultum est, mare horrere, quum scias, stillicidio perire te posse! Nullum est maius solatium mortis, 5 quam ipsa mortalitas: nullum autem omnium istorum quae extrinsecus terrent, quam quod innume-

U 3 rabilia

scribi iubet: *non vult*, sensu tamen refragante, qui quidem est: potestne ille induci, potestne recordari, sibi pituitam esse pertimescendam? Scilicet ille nescit, multo minora mala sibi perniciosa et formidanda esse. Nam per apostrophen dixisset: Vis tu imbecillitatis tuae tibi conscientius timere pituitam? Haec Gronov., qui laudat Horat. II. Sat. 6, 92, in nota ad IV praef. §. 12. egregie observavit.

ille — pituitam? Κατάρρεος Plutarch. Sympoſ. VII, 1 sq. innuitur. Destillationes vo- Vol. XI. Hutt. — *Quam cantur Epift. LXXVIII, 1. stultum — te posse.* Gutta Graecorum medici distinxere unica, seu modico humore πόρυσσαν, αντιαδας, βρόγχους, in fauces deciduo. Et ut σαφύλαξ: de quibus cf. Foë- intelligeremus, quam ex leſi Oeon. Hipp. his vocc. vibus causis examinari possi- 4. *quum quosdam — fau- mus*, Fabius senator praetores. Si nempe contraria via rius, ait lib. VII, 7: Plinius in asperam arteriam, inter N. H., in lactis haustu uno edendum bibendumve epi- pilo strangulatus est, Anaglottide (apposita lingula) creon poeta acino uvae pa- opertam atque protectam, sae (Val. Max. IX, 12. Extr. praeterlabatur, quum in ven- 8.), Niger nobilis in Galatriculum potius labi debuiſ- tia orator tempore Plutarchi set. cf. Aul. Gell. XVII, 11. (VII. p. 393. Hutt.) spina pifcis

rabilia pericula in ipso sinu sunt. Quid enim dementius, quam ad tonitrua succidere, et sub ter-
5 ram correpare fulminum metu? Quid stultius, quam timere nutationem aut subitos montium lapsus, ir-
ruptiones maris extra litus electi, quum mors ubique
praeesto sit, et undique occurrat; nihilque sit tam exiguum, quod non in perniciem generis hu-
mani satis valeat? Adeo non debent nos ista con-
fundere, tanquam plus in se mali habeant, quam
vulgaris mors: ut contra, quum sit necessarium e
vita exire, et aliquando emittere animam, maiore
6 perire ratione iuvet. Necesse est mori ubicunque,
quandoque. Stet licet ista humus, et se teneat suis
finibus, nec ulla iactetur iniuria: supra me quandoque erit. Interest ergo, illam ego mihi, an ipsa
se mihi imponat? Diducitur ingenti potentia ne-
scio cuius mali: rumpitur, et me in immensam al-
titudinem abducit. Quid porro? Mors levior in
plano est? Quid habeo quod querar, si rerum na-
tura non vult me iacere in ignobili loco? si mihi
7 iniicit sui partem? Egregie vero Vagellius meus
in illo inclyto carmine:

*Si cadendum est, inquit, mihi, coelo cecidisse
velim.*

Idem

c. *Egregie vero.* Rescripsi e cod. Nicotiano, ceteris τὸν vero
omittentibus. Ille *Vagellius meus* non eadem ratione a
codd. mss. exhibetur: nonnullis *Vagellius*, et *Vagellis*,
aliis *Nagellius*, Nicotiano autem *Agellius* praestantibus.
Sed

piscis unica et tenui suffoca- men ista non eiusmodi, ut
tus. — 5. *ut contra — iu-* nos debeant possintque *con-
vet.* Maior ratio est, e. c. *fundere*, turbare. 7. *Egre-
illa nutatio subitusque mon-
gie vero Vagellius meus etc.*
tium lapsus, terrae motus, Quis hic Vagellius sit, ex-
quo quis intereat. Sunt ta- putare non possum, Cf. Var.

Lect,

Idem licet dicere. Si cadendum est, cadam orbe concusso: non quia fas est optare publicam cladem, sed quia ingens mortis solatium est, terram quoque videre mortalem.

III. Illud quoque proderit praesumere animo, nihil horum deos facere, nec irâ numinum aut coelum ^a converti, aut terram. Suas ista causas habent: nec ex imperio laeviunt, sed ex quibusdam vitiis, ut corpora nostra, turbantur: et tunc, quum facere videntur iniuriam, accipiunt. Nobis

U 4

autem

Sed in poetis istius aevi, qui inclytum carmen scripserint, neque Vagellius, neque Nagellius, nec Agellius splendet. Proinde in suspicione in vitii locus merito vocandus est. An fuit T. *Valgius*, cuius Tibull. IV, 1, 180, ubi cf. Heyninus, meminit? Is T. Valgius Rufus celeberrimus aevi Augustei fuit poeta, ab Horatio quoque Sat. I, 10, 82. cum laude memoratus. Etiā de Saleio Basso cogitavi, de quo multus est Wernsdorf. P. L. M. Vol. IV, 1. p. 43 sq. aliisque locis Indice III. Operis p. 772 sq. indicatis. Sed multo prouior sum ad suspicandum, in corrupta lectione *Vagellius* s. *Agellius* latere nomen fratris Annaei Gallionis, quem quidem doctum et eo ipso poetam celebravit Marialis. Facile autem ex A. Gallio fieri potuit *Agellius*, si quidem Agelli nomen librarii, qui ita auctorem Noctt. Atticē nominare solebant (cf. Fabric. Bibl. Lat. libr. III. c. 1. init.) notius erat, quam A. Gallionis. Fortasse e particula quoque *vero* in plurimis codd. omissa depravatio nominis ortum duxisse potuit. Sed meliores codd. expetandi sunt. Mox variant codd. *quandoque* et *quoque*: posterius praetuli.

a. *converti*. Omnia codd. et edd. lectio est, a Fortunato tamen mutata in *concuti*. Sed vulgata bene habet. Zeugmata ad terram trahitur verbum, quod proprie ad coelum spectat.

Lect. Nullum aliud eius car-

C. 3. Continuatio. Indaminis incliti vestigium mihi ges potius causas rerum et reperire licuit. Similis sen- vanos deorum metus excusentia est ap. Horat. Od. III, tias. 1. *nec ex imperio* — 3, 7. *Sed quia — morta- turbantur*. Ut mundus, sic *lem*. Hoc noster statuebat terra animalis modo omnes Ep. LXXI, 11 sq., Stoa non habet affectus, quibus corpora refragarte.

Egre-

autem ignorantibus verum, omnipia terribilia sunt,
 2 utpote quorum metum raritas auget. Levius acci-
 dunt familiaria: ex insolito formido est maior.
 Quare autem quidquam nobis insolitum est? quia
 naturam oculis, non ratione comprehendimus: nec
 cogitamus, quid illa facere possit, sed tantum, quid
 fecerit. Damus itaque huius negligentiae poenas,
 tanquam novis territi: quum illa non sint nova,
 sed insolita. Quid ergo? Non religionem incutit
 mentibus, et quidem publice, sive deficere sol vi-
 fuis est, sive luna, cuius obscuratio frequentior, aut
 3 parte sui, aut tota, delituit? longeque magis illae
 actae in transversum faces, et coeli magna pars ar-
 dens, et crinita sidera, et plures solis orbes, et
 stellae per diem vifae, subitique transcursus ignium,
 multam post se lucem trahentium? Nihil horum
 sine timore miramur: et quum timendi sit causa
 nescire; non est tanti scire, ne timeas. Quanto
 satius est, causas inquirere, et quidem toto in hoc
 intentum animo? Neque enim illo quidquam in-
 veniri

Egregie haec dicta esse, unus- rae *religionem*, metum ter-
 quisque fatebitur: e sequen- roremque creare, incutere
 tibus intelliges, haec fieri solent, et non solum huic
 ideoque emendari a natura, i. illive, sed adeo *publice*,
 e. providentia divina; quippe omnibus, magistratibus. Cf.
 quae nihil quoad materiam Plin. II, 9 sq. intpp. 3. lon-
 interire finit; sed si nostra *geque — trahentium*. De
 opinione pereunt, in aliam his meteoris, cometis etc.
 transeunt formam. Perire dixerat noster libro primo,
 enim est mutari, ἄλλοιοῦσθαι. qui est de Ignibus. *et quum*
 Cf. Cic. de N. D. III, 39. — *timeas*, et quum igno-
 Gatack. ad M. Antonin. X, rantia timoris superstitionis-
 7. XI, 35. — 2. *non reli- que* mater fit, nonne sci-
gionem — delituit. Quid, tia res est gravissima, qua
 quod apparitiones haud ra- timorem dimoveas deleas-
 que

veniri dignius potest, cui se non tantum commo-
det, sed impendat.

IV. Quaeramus ergo, quid sit quod terram ab infimo moveat, quid tanti molem ponderis impellat, quid sit illa valentius, quid tantum onus vi sua labefactet: cur modo tremat, modo ^a laxata subsidat, nunc in partes divisa discedat: et alias intervallum ruinae suae diu servet, alias cito comprimat: nunc amnes magnitudinis notae convertat introrsus, nunc novos exprimat: aperiat aliquando aquarum calentium venas, aliquando refrigeret: ignesque nonnunquam per aliquod ignotum antea ² montis aut rupis foramen emitat, aliquando notos et per secula nobiles comprimat. Mille miracula movet, faciemque mutat locis, et ^b defert montes, subrigit plana, valles extuberat, novas in profundo insulas erigit. Haec ex quibus causis accident, digna res est excuti. Quod, inquis, erit pretium operae? quo nullum maius est, nosse naturam. Neque enim 3

U 5 quid-

a. *laxata* e pluribus codd. praetuli lectioni, quam Erasmus dedit, *luxata*. Illud magis convenit τῷ *subsidat*.

b. *desert.* Sic plurimi codd. Nicotianus codex praestat *dif- fert*, quod et ipsum defendi potest, non tamen assumen- dum est in textum. Noster τῷ differri alio sensu utitur, e. g. cap. q. extr. Confusio horum verborum facilis est.

que funditus? *cui rei — im-* gulos rectos iactant terram,
pendat animus. *xαστυατλα,* hiatus in terra

C. 4. Causae terraemotus. facientes, ῥηται, qui hiatus
1. Varia terraemotus genera aperiunt, terram eructando,
afferuntur, quorum nomina ὄσαι, qui uno obnixu sub-
servavit Auctor de Mundo vertunt, quod impulerunt,
c. 4. p. 1211. D. sq. Enu- παλιαται, qui quassabundi-
merantur ibi ἐπικλινται, qui atque utroque declinantes
ad angulos acutos in obli- vibrantesque, quod move-
quum quatiant, βράσαι, qui rint, semper erigunt, μυη-
sursam deorsumque ad an- ται, terram cum mugitu qua-
tientes.

quidquam habet in se huius materiae tractatio pulchrius, quum multa habeat futura usui, quam quod hominem magnificentia sui detinet, nec mercede, sed miraculo colitur. Inspiciamus ergo, quid sit, propter quod accidentant haec: quorum est adeo mihi dulcis ^c inspectio, ut quamvis aliquando de motu terrarum volumen iuvenis ediderim, tamen tentare me voluerim, et experiri, an aetas aliquid nobis aut ad scientiam, aut certe ad diligentiam adiecerit.

V. Causam, qua terra concutitur, alii in aqua esse, alii in ignibus, alii in ipsa terra, alii in spiritu putavere: alii in pluribus, alii in omnibus his. Quidam liquere ipsis aliquam ex istis causam esse dixerunt; sed non liquere, quae esset. Nunc singula persequamur. Illud ante omnia mihi dicendum est, opiniones veteres parum exactas esse, et rudes. Circa verum adhuc errabatur. Nova omnia erant primo tentantibus, post eadem illa limata sunt: et si quid inventum est, illis nihilominus referri

c. inspectio. Sic Fortunati codd. et Gruteri. Occurrit II, 53.
extr. inspectio fulminis. Reduxi. Erasmus: *inspectatio*.

tientes. De reliquis vide dam, Platonis optimis dialogis. Plin. N. H. II, 79 sq. — 3. ut gis, Apollonii Rhodii Argonautis — *ediderim*. Vogenauticis, Ciceronis non lumen illud quidem periit, nullis libris etc. merito an sed quum auctor secundis numerari meretur. Cf. Valcuris correctum et expolicken. Praef. ad Eurip. Hippum servaverit posteritati, pol. p. XVIII. et Wolfi Proiectura prioris facile ferri legom. ad Homer. p. CLII. potest. Ceterum hunc lib. n. 14. brum in iis esse, qui retractati et secundis curis elabo- C. 5. Continuatio. I. *alii* in pluribus h.e. uno alterorati f. διεσκευασμένοι dice- ve ex his quatuor causis combantur, in propatulo est: iunctis, e. c. aqua cum igne. qua re dramatis quibus- cf. infra c. XI. Persequitur has

ferri debet acceptum. Magni animi res fuit, rerum naturae latebras dimovere, nec contentum exteriori eius conspectu, introspicere, et in deorum secreta descendere. Plurimum ad inveniendum contulit, qui speravit posse reperiri. Cum excusatione itaque veteres audiendi sunt. Nulla res consummata est, dum incipit. Nec in hac tantum re omnium maxima atque involutissima, in qua etiam quum multum actum erit, omnis tamen aetas quod agat inveniet; sed in omni alio negotio longe semper a perfecto fuere principia.

VI. In aqua causam esse, nec ab uno dictum est, nec uno modo. Thales Milesius totam terram subiecto iudicat humore portari et innatare: sive illud oceanum vocas, sive magnum mare, sive alterius naturae simplicem adhuc aquam et humidum elementum. Hac, inquit, unda sustinetur orbis, velut aliquod grande navigium et grave his aquis, quas premit. Supervacuum est reddere causas, propter quas existimat, gravissimam partem mundi non posse spiritu

has causas in sequentibus. iam apud illum scriptorem, et in deorum secreta unde hanc Thaletis sententia descendere: nam mundus, iam hauserit, invenisse: Thaqui est divinus, habet mentelem enim nullum librum tem. Cic. Acad. IV, 54. Tiescripsisse constat, et si fuedemann System der stoisch. runt, qui tribuerant. Aristophil. II. p. 116 sq. teles semper ait Φασι, de

C. 6. An in aqua causa eius systemate loquens. Stoicorum motus sit? 1. *Thales* cis autem fuit familiaris haec Milesius — premit. Eadem sententia. Docuit, ex aqua iam occupavit Seneca supra aut humore (*υδωρ* hoc principium, ubi cf. not. 2. *supercipium* vocavit) omnia cetera elementa, aerem, ignem, patet, Senecam eandem elementa, aerem, ignem, rarefactionem, et, nis et condensationis operem, ut ita dicam, gradationem, Quae sententia, et si parumper

spiritu tam tenui fugacique gestari: non enim nunc de situ terrarum, sed de motu agitur. Illud argumenti loco ponit, aquas esse in causa, quibus hic orbis agitatur, quod in omni maiore motu erumpunt fere novi fontes: sicut in navigiis quoque evenit, ut, si inclinata sunt et abidere in latus, aquam sorbeant, quae in omni onere eorum quae vehit, si immodice depressa ^a sunt, aut superfunditur, aut certe dextra sinistraque solito magis surgit. Hanc opinionem falsam esse, non est diu collendum. Nam si terram aqua sustineret, ^b et ea aliquando concuteretur; semper moveretur, nec agitari illam miraremur, sed manere. Tum tota concuteretur, non ex parte: nunquam enim navis dimidia iactatur. nunc vero non terrarum universarum, sed ex parte motus est. Quomodo ergo fieri potest, ut quod totum vehitur; totum non agitetur, si eo quo 4 vehitur, agitatum est? At quare aquae erumpunt?

Pri-

a. *sunt*. Recte se habet. Noli fuerit depravare. Coniungas: *quae aqua in omni — sunt* navigia, *aut superf.*

b. *et ea a.* Sic omnes codd. et edd. Fortunatus tamen coniicit: *tota aliq. c.* Recte vulgata habet. Sermo est de concussione: qua quidem facta aliquando, sempiternus foret motus. Hinc demum colligit, totam concuti. Mox restitui, Grutero iam monente, vulgatam Mureti licentiosa manu mutatam, *eo quo vēhitur*. Muretus: *id quo v.*

per mutata, ionicae philo- stot. I. I. Thales comparat sophiae propria fuit. De motum terrae, cui ovi formocritus discessit, quippe mam tribuebat, cum navigii qui sententiam a Thalete re-motu. 3. Aristotelem I. I. futatam tuitus est. Cf. Ari- non inspexisse videtur, qui stot. de Coelo II, 13. ubi alio modo hanc opinionem tum hanc Thaletis opinio- fallam esse collegit. Aqua, nem, tum illam Democriti, ait, levior est quam terra, quae et Anaximeni Anaxa- itaque eam gestare nequit, goraeque placuit, memorat nec videmus, quidni tota refutatque. *non enim — terra immergatur.*
agitur. Idem observat Ari-

Primum omnium saepe tremuit terra, et nihil humoris novi fluxit. Deinde si ex hac causa unda prorumperet, a lateribus terrae circumfunderetur: sicut in fluminibus ac mari videmus accidere, ut incrementum aquarum, quoties navigia desidunt, in lateribus maxime appareat. Ad ultimum non tam exigua fieret quam dicit eruptio, nec velut per rimam sentina subreperet, sed fieret ingens inundatio, ut ex infinito liquore, et ferente universa.

VII. Quidam motum terrarum aquae imputaveret: sed non ex eadem causa. Per omnem, inquiunt, terram multa aquarum genera decurrunt. Alicubi perpetui amnes, quorum navigabilis etiam sine adiutorio imbrum magnitudo est. Hinc Nilus per aëstatem ingentes aquas invehit: hinc qui medius inter pacata et hostilia fluit, Danubius ac Rhenus, alter Sarmaticos impetus cohibens, ^a et Europam Asiamque disterminans, alter Germanos, avadam

a. et Europam Asiamque disterminans. Haec verba aliena et adulterina esse suspicabatur Gruterus atque Fromondus. Sed cf. not.

C. 7. Continuatio. An aqua ab Africa, Nilo Africam ab subterranea causa sit terrae Asia, ex adverso latere Asiam motus? 1. *Quidam — cau-* ab Europa Tanaide dispesci: *fa.* Auctor huius opinionis vide Lucan. III, 273 sq.: fuit Democritus Abderita. quid, quod vix credam, eum Cf. Aristot. Meteorol. II, 7. et alteram orbis terrarum Seneca coniunxit illam Ana- dividendi rationem latuiflisse, ximenis sententiam, ab Ari- qua duas eius partes non stot. I. l. relatam. Nili, Da- nulli faciebant, Asiam et Eu- nubii et Rheni exempla pa- ropam: cf. Schäferi Mele- rum valent; sibi tamen con- tem. crit. I. p. 36: sed lo- stat. Cf. IV, 2, 1. 19. et Eu- quitur h. l. de Danubio Eu- ropam — disterminans. Se- ropam Asiamque distermi- neca probe quidem noverat, nante ita, ut de Rheno. mari mediterraneo Europam Ut Germanos coerceri dixit Rheno,

2 dam gentem belli, repellens. Adiice nunc patentissimos lacus, et stagna populis inter se ignotis circumdata, et ineluctabiles navigio paludes, nec ipsis quidem inter se pervias, quibus incoluntur. Deinde tot fontes, tot capita fluminum, subitos, et ex occulto amnes vomentia. Tot deinde ad tempus collectos torrentium impetus: quorum vires quam repentinae, tam breves. Omnis haec aquarum, et 3 iam intra terram, natura faciesque est. Illic quoque aliae vasto cursu deferuntur, et in praeeeps volutae cadunt: aliae languidiores in vadis refunduntur, et leniter ac quiete fluunt. Quis autem neget, vastis illas receptaculis concipi, et cessare multis inertes locis? Non est diu probandum, ibi multas aquas esse, ubi ^b omnes sunt. Neque enim sufficeret tellus ad tot flumina edenda, nisi ex re 4 posito multoque funderet. Si hoc verum est, necesse est aliquando illic amnis ex crescere, et relictis ripis violentus in oblitantia incurrat. Sic fiet motus alicuius partis, in quam flumen impetum dedit, et quam,

^b. *omnes*. Sic omnes edd. et codd., evincitque lectionis veritatem Stoae dogma. Noli proinde ex Auctore carminis Aetna inscripti verl. 120. colligere, h. i.ele legendum, *amnes*.

Rheno, ita Sarmatas ab Euluntur. Fortasse de palude tropha humanitatis cultu ex maeotica, mari caspio, stapolita propelli ait Danubio, gnis aethiopicis (c. VIII, 4.) qui eatenus utramque orbis et simil. noster cogitavit. terrarum partem dividat. Ce- *Deinde tot fontes — voterum* ex hoc loco colligas, *mentia*: exemplo est Timatunc temporis ultra Rhenum vns. cf. Heynii Excurs. VII. nullas dum Germaniae pos- ad Virgil. Aen. I. — 3. *quis* fessiones retinuisse Romanos: *autem — sunt*. Quatenus consentit Tacit. Mor. Germ. aqua alimentorum unum est. c. XXXIII. Dio Cass. LX, Cf. III, 26. Idem expressit 30. — 2. *Adiice — inco-* auctor Aetnae 115 sq. in Werns-

quam, donec decrescat, verberabit. Potest fieri, ut aliquam regionem rivus affluens exedat, ac secum trahat aliquam molem: qua lapsa, superposita quatiantur. Iam vero nimis oculis permittit, nec ultra 5 illos scit producere animum, qui non credit esse in abscondito terrae sinus maris vasti. Nec enim video, quid prohibeat vel obstat, quo minus illic habebatur aliquid etiam in abscondito litus, et per occultos aditus receptum mare, quod illic quoque tantundem loci tenet, aut fortassis hoc amplius, quod superiora cum tot animalibus erant dividenda: abstrusa enim, et sine posseffore deserta, liberius undis vacant. Quas quis vetat illic fluctuare, et 6 ventis, quos omne intervallum terrarum, et omnis aér creat, impelli? Potest ergo maior solito exorta tempestas aliquam partem terrarum impulsam vehementius movere. Nam apud nos quoque multa, quae procul a mari fuerant, libito eius accessu vapulavere; et villas in conspectu cellocatas, fluctus, qui longe audiebatur, invasit. Illic quoque potest accedere pelagus infernum: quorum neutrum fit sine motu superstantium.

VIII. Non quidem existimo diu te haesitatum, an credas esse subterraneos amnes et mare absconditum. Unde enim ista ^a prorumpunt, unde ad

a. *prorumpunt.* E brit. reg. Gronovius ut suavius praefert *prorepunt.* Sed lectio nostra sana est; nam praeter con-

fenser Wernsdorf. Poet. min. lat. confirming et testantur, ta-
IV, i. p. 112 sq. — 4. *Potest* men nunc illa aquae nimia
fieri — *quatiantur.* Haec copia, litus sinusque nemini
fuit Anaximenis opinio, re- se probaturi sint. *quod su-*
*ferente Aristot. Meteorol. l. *periora* — *dividenda,* mul-*
l. — 5. Iam vero — vasti. tae enim lacuum partes ex-
Etsi non negandum est, esse siccatae et habitationibus he-
aquam in abscondito terrae, *minum aptatae* sunt.
quandoquidem metalia hoc

ad nos veniunt, nisi quod origo humoris inclusa est? Age, quin vides interruptum Tigrim in medio itineris siccari, et non universum averti, sed paulatim, non apparentibus damnis, minui primum, deinde consumi: quo illum putas abire nisi in obscura terrarum; utique quum videas emergere iterum, non minorem eo, qui prior fluxerat? Quid quum vides Alpheum, celebratum poëtis, in Achaia mergi, et in Sicilia rursus transiecto mari effundere amoenissimum fontem Arethusam? Nescis autem, inter opiniones, quibus narratur Nili aestiva inundatio, et hanc asse, a terra illum erumpere, et augeri non supernis aquis, sed ex intimo redditis? Ego quidem centuriones duos, quos Nero Caesar, aut aliarum virtutum, ita veritatis in primis amantissimus, ad investigandum caput Nili miserat, audivi narrantes, longum illos iter peregrisse, quum

sensum omnium reliq. codd. et edd., nosfer hac in re semper hoc verbo utitur. Sic statim de Nilo §. 2. extr. ~~ha~~
~~be~~, a terra illum erumpere: Cap. 6, 4. At quare aquae violenter in conspectum prodeunt, ut h. l. Tigris etc.

b. maris movendi potentia. Sic Fortun. et boni alii codd. Erasmus tamen aliquie omittunt vocem *maris*. Mox brit. et alter gallicus: *graecorum didicit*. Sic interdum amare Latinos probavit Gronov. Porro, ait Gronov., et britanicus: *scit illum apud eos Mesiptone vocari*, sine mentione Homeri. Apparet autem Graecam vocem esse debere σειστίχδων. Reliqui codd. praestant, *sibithona*, *sibichana*, *sibiphthona*, *μεσιπτόνα*, *mesiptone*. Iam quum σειστίχδων apud Homerum non occurrat, monente iam Mose Solano ad Lucian. Vol. IX. p. 511. bip., haec autem vox sine controversia a Seneca profecta sit, lectionem a brit. cod. oblatam et a Gronovio commendatam recipere non dubitavi. Antea: *Quisquis pr. literas Graecas didicit, scit illum apud Homerum ἐγνωσίγνων vocari*.

morte exponenda atrocissi- Ez. Spanhem. ad Callim. Hy. ma adhibitus. 3. *Hic Cal-* in Del. 100 sq. p. 465 sq. *listhenes — dictum est.* Oc- Rudera harum urbium in curren- haec in Hellenicis, mari conspicere licebat Ovidii opere eius historico, ubi ha- tempore Metamorph. XV, rum urbium in Achaia ad 294. et adhuc ostendere finum Corinthiacum Pelo- nautae Inclinata soleant cum ponnesi sitarum interitum, moenibus oppida. Consen- qui biennio (Strab. VIII. p. tiunt recentiores, qui illa 294.) ante cladem leuctri- loca adierunt, e. c. Scrofani cam i. e. ante ol. 102, 4. aliique. 4. *Ideo frequen-* accedit, memoraverat. Cf. *tissime — potentia.* De- sumta

tia. Quisquis primas literas Graecorum didicit, scit illum apud eos σεισίχθονα vocari.

XXIV. Spiritum esse huius mali causam, et ipse consentio: de illo disputabo, quomodo intret hic spiritus: utrum per tenuia foramina, nec oculis comprehensibilia; an per maiora ac patentiora: et utrum ab imo, an etiam per summa terrarum. Hoc incredibile est. Nam in nostris quoque corporibus cutis spiritum respuit: nec est illi introitus, nisi per quem trahitur: nec consistere quidem a nobis a receptus potest, nisi in laxiore corporis parte. Non enim

sumta haec esse videntur ex sis resorbentibus in cute Aristot. Meteorol. II, 8. p. tentibus nulladum dubitatio 781. E. F. *Antiquis — vo-* est. Vasa enim exsorbentia cari. Cf. Ez. Spanhem. ad ἐξατμίζοντα, ἐξιμαζόμενα Callim. Hy. in Del. 31. p. vocat Aristot. Hist. Anim. III, 403 sq. qui uberioris hoc ex- 11. De Gener. Anim. V, 3. posuit, et locis vett. poett. p. 1337. D. De part. Animal. confirmavit. Rem attigit Aul. IV, 4: sed de vasis resorbentia Gell. II, 28. Agathias Hist. bentibus nullam apud veteres II. p. 52. eadem in re ait: res mentionem reperire li- Aegyptios ὁ γαιηρόχου, ἀλλὰ cuit, et si Hippocrates exsor- ἐνοσίχθονος πειράσθαι τοῦ bentia et resorbentia vasa in- Ποτειδῶνος. tra corpus memoravit, qui

C. 24. Sencae sententia, quidem una cum Galeno in- huius mali praecipuam cau- halationem et exhalationem sam esse spiritum. 1. *Hoc* spiritus per totum corpus incredibile est. Discedit ita- (ὅλον τὸ σῶμα) crediderunt. que Seneca ab Aristot. II, 8. cf. Cruikshank Geschichte Meteorol., quippe qui et- und Beschreibung der ein- iam per summa terrarum in- saugenden Gefäße p. 13 sq. trare putabat spiritum. Nec (verfl. germ. Ludwig. Lipfl. causa, quam noster addit de 1789). Si recentiores Leeu- cuse corporis humani spiri- wenhoekii specillis caruif- tum respuente, deque pul- sent, nec illis tam felicibus monibus tantuinmodo spiri- esse licuisset, ut haec vasa, tum trahentibus, satis firma quae facillima repertu vi- et idonea intelligentibus vasa dentur, invenirent: unde fuerit: quippe quibus de va- veteres excusari debent. —

2. pul-

enim inter nervos pulpasve, sed in visceribus et patulo interioris partis recessu commoratur. Idem de terra suspicari licet, vel ex hoc, quod motus non in summo terrae, circave summa est, sed subter et ab imo. Huius indicium est, quod altitudinis profundae maria iactantur, motis scilicet his, supra quae fusa sunt. Ergo verisimile est, terram 3 ex alto moveri, et illic spiritum in cavernis ingentibus concipi. Immo, inquit, ceu quum frigore inhorruimus, tremor sequitur, sic terras quoque spiritus extrinsecus accidens quassat. Quod nullo modo potest fieri. Algere enim debet, ut idem illi accidat, quod nobis, quos externa causa in horrorem agit. Accidere autem terrae simile quiddam nostrae 4 affectionis, sed non ex simili causa, concesserim. Illam interior et altior iniuria debet impellere: cuius rei argumentum vel maximum hoc potest esse, quod quum vehementi motu adapertum ingenti ruina solum est, totas nonnunquam urbes et recipit hiatus ille, et abscondit. Thucydides ait, circa Pelopon- 5 nesiaci belli tempus, Atalantam insulam aut totam, aut certe maxima ex parte ^a suppressam. Idem Sidoni

a. *suppressam*. Sic omnes codd. et a Pinciano revocatum. Tamen nescio, cur editores tantum sibi permiserint, ut hac sincera lectione omissa *superfusam* praetulerint. Sequentia autem

2. *pulpasve*, quos musculos 3. *Immo, inquit*, e. c. Aristovocamus. Omnes itaque mortales, qui terrae motum cūtus, quos saepe in summa τρόμῳ et σφυγμῷ, tremore corporis parte observare libet hoc et pulsu comparavit l. l. cet, ab imo profectos esse 5. *Thucydides* III, 89. Faputavit. Etiam si quae de cūtum hoc est anno sexto terrae marisve motibus aferri bellī peloponn. ol. 88 $\frac{2}{3}$. cf. fert, concedantur, tamen de ibi not. *Idem Sidoni* — corporis motibus haud fācere, qui in libris De Nācile quisquam concesserit. tura hoc ipsum narrasse videtur.

doni accidisse, Posidonio crede. Nec ad hoc testibus opus est. Meminimus enim, terris interno motu divulsis, loca disiecta, et campos interisse. Quod iam dicam, quemadmodum existimem, fieri.

XXV. Quum spiritus magnum et vacuum terrarum locum penitus opplevit, coepitque rixari, et de exitu cogitare; latera ipsa intra quae latet, saepius percutit, supra quae urbes interdum sitae sunt: haec nonnunquam adeo concutiuntur, ut aedificia superposita procumbant: nonnunquam in tantum, ut parietes quibus fertur omne tegimen cavi, decidunt in illum subtervacantem locum, totaeque urbes in 2 immensam altitudinem vergant. Si velis credere, aiunt, aliquando Ossam Olympo cohaesisse, deinde terrarum motu recessisse, et scissam unius magnitudinem

autem docent, nostram lectionem esse sinceram. Mox *Sidoni* a Pinc. est: at mss. Fortunati *Sidone*, quod confirmat unus pal. Caeteri et edd. veteres, *Sidoniae*. Eadem varietas apud Iustin. II, 10, ubi inter *Sidoniae* et *Sidone* fluctuant codd. Gronovius iudicat posterius utrobique esse forte restituendum. Evidem nihil decidam.

detur. Strabo I, 3. p. 155. 120 sq. 2. aiunt poetae — lips. Posidonium ait nar- *Ossam — aquis*. Idem nar- rasse, in Phoenicia terrae mo- rat ex traditione Theffalotu facto urbem absorptam rum Xerxi de hac re expo- fuisse supra Sidonem sitam, nentium Herodot. VII, 129. ipsiusque Sidonis corruisse not., unde Strabo IX, 5, 2. duas fere partes etc. Me- p. 576. lips. hausisse videtur *minimus — interisse*: for- idem tradens. Theffaliam tasse de Campaniae clade enim cingunt quatuor quin- cogitavit. queve montes, Pelium, Ossa,

C. 25. Quomodo spiritus Olympus, et Pindus Othrys- repercussio fiat. 1. *Quum spi-* que, ut craterem, in quem ritus — vergant. Hanc ean- ex illis fluvii quinque dedem sententiam amplexus est, fluunt, Peneus, Apidanus, praeter caeteros, auctor Aet- Onochonus, Enipeus et Pa- nae poematis apud Werns- misus, qui terrae motu olim dorf. Poet. min. lat. IV. p. facto per Tempe in mare con-

dinem montis in duas partes. tunc effugisse Penem, qui paludes quibus laborabat Thessalia, siccavit, abductis in se quae sine exitu stagnaverant aquis. • *Ladon* flumen inter Elim et Megalopolin medius est, quem terrarum motus effudit. Per hoc quid probo? In laxos specus, quid enim aliud appellem loca vacua sub terris? spiritum convenire. Quod nisi esset, magna terrarum spatia commoverentur, et una multa titubarent. Nunc exiguae partes laborant, nec unquam per ducenta millaria motus extenditur. Ecce hic qui implevit fabulis orbem, non transcedit Campaniam. Quid dicam, quum Chalcis tremuit, ⁴ Thebas fietisse? quum laboravit ^b Aegium, tam propinquas

- a. *Ladon* flumen inter Elim et Megalopolin medius est, quem terrarum motus effudit. Sic omnes libri et scripti et editi praestant. Sed dubito de lectionis sinceritate. Quaenam singularis fluvii Ladonis declaratio est, quum Megalopolis tanto discrimine distet ab Elide! Deinde quaenam barbara nominis urbis Megalopoleos formatio, quae ferenda esset, si haberemus Megalopolin, nam sic quoque ap. Graecos haec urbs interdum scribitur: cf. Tzschucke ad Strabon. IX. p. 316 sq. Tum sensus haud clarus est. Nam si Strabonem IX. p. 322. l. ipsi. audias, terrae motus usque ad fontes fluvium obstruxit, non effudit: quamquam huius mali facilis occurrit medicina, offudit. Sed totus locus emblematis habet speciem.
- b. *Aegium*. Ita egregie emendavit Pincian., Mureto probante. Est autem urbs Peloponnesi haud procul remota Patria.

coniuncti sub Penei nomine man. Recentiores tamen obexeunt, relictis duobus lacus servationes hanc sententiam bus, Neissonide et Boebeide. satis refutarunt, quippe qui *Ladon* fluvius est Arcadiae, bus docemur, per multo de quo Strabo IX. p. 322 sq. amplius terrae spatium exidem tradit, sed dubitanter. tendi motum: e. c. anno Pausanias, qui huius fluvii aliquando MDCCCLVII. die V Nov. per quoties meminit, rem ignotam fere Europam terrae rasse videtur. Sed cf. Lect. motus qui Lisboam tam atrocavat. 3. per ducenta milia clade prostravit, sentierlaria i. e. per L mill. geratur. 4. *Chalcis* urbs Eu-boeae;

pinquas illi Patras de motu solum audisse? Illa vasta concussio, quae duas suppressit urbes Helicen et Burin, citra Aegium constitit. Apparet ergo, in tantum spatium motum pretendere, quantum illa sub terris vacantis loci inanitas pateat.

XXVI. Poteram ad hoc probandum abuti auctoritate magnorum virorum, qui Aegyptum nunquam tremuisse tradunt. Rationem autem huius rei hanc reddunt, quod ex limo tota concreverit. Tantum enim, si Homero fides est, aberat a continenti Pharnos, quantum navis diurno cursu metiri plenis lata velis potest: sed continenti admota est. Turbidus enim defluens Nilus, multumque secum limum trahens, et eum subinde apponens prioribus terris, Aegyptum annuo incremento semper ultra tulit. Inde pinguis et limosi soli est, nec ulla intervalla in se habet, sed crevit in solidum arescente limo: cuius pressa erat et sedens structura, quum partes glutinarentur, nec quidquam inane intervenire poterat, quum solido liquidum ac molle semper accederet.

Sed

tris. *Aegina* vero, uti antea legebatur, insula in sinu saronico sita est. *de motu solum* (antea: *nihil*) audisse e cod. brit. Gronovius merito reduxit: i. e. non sensisse, sed ex narratione conceperisse.

boeae: e regione sunt *Thebae* Boeotiae. *Aegium* in obstat, illic hyemis. *Tan-* Achaia ad finum Corinth. *tum — est.* Homerus Odyss. IV, 354 sq. His Senecae cla-

C. 26. Aepyptus numeris vestigiis Robert. Woodium quam tremuit. I. *Poteram* nostra memoria egregie in- — tradunt. Hanc eandem stitisse, fidemque Homeri, vulgarem opinionem affert quam tum veteres tum re- Agathias quoque Histor. II. centiores interpretes in du- p. 52. et refutat. Plin. N. bium vocaverant, vindicasse H. II, 80. Galliae ait et Ae- constat. Cf. Ej. Originalge- gyptus minime quauntur, nius of Homer p. 120 sq. verf.

Sed movetur et Aegyptus et Delos, quam Virgilius stare iussit:

Immotamque coli dedit, et contemnere ventos.

Hanc philosophi quoque, credula natio, dixerunt non moveri, auctore Pindaro. Thucydides ait, ante quidem immotam fuisse, sed circa Peloponnesiacum bellum tremuisse. Callisthenes et alio tempore ait hoc accidisse: Inter multa, inquit, prodigia, quibus denuntiata est duarum urbium Helices et Buris eversio, fuere maxime notabilia, columna ignis immensi, et Delos agitata. Quam ideo stabilem videri vult, quia mari imposita, habeat concavas rupes et laxa pervia, quae dent deprehensio aëri redditum. Ob hoc etiam insulas esse certioris soli, urbesque eo tutiores, quo propius ad mare accesserunt. Falsa haec esse, Pompeii et Herculanum sensere. Adiice nunc, quod omnis ora maris obnoxia est motibus. Sic Paphos non semel corruit:

vers. germ. 2. *Virgilius* tum inter prodigia fuisse nū Aen. III, 77. Αἴγυπτος enim meratum, quibus bellum proprio, uti apud Homer., loponn. denuntiatum esset.—est Nilus. Delta autem Ho- 3. *Callisthenes*. cf. ad cap. meri tempore nondum tanta XXIII, 1 sq. Acciderint haec incrementa coperat, quanta necesse est circa ol. 102, 1: nunc novimus. *credula na-* nam *Helices* et *Buris evertio*. Plerumque enim non sio accidit ol. 102, 2. anno tam, verum sit aliquid, nec ante Chr. nat. 370. Discessione sit, quam quod, posito sit itaque in his Callisthenes verum esse, causas cur ita ab Aristotele, quippe qui Mefiat, inquirunt. Muretus. Lo- teorol. II, 8. fin. considerate cus *Pindari* est apud Stra- statuit, in insulis mari alto bon. X. p. 313. lipf., et in sitis minus fieri terrae mo- fragmm. T. III. p. 44 sq. et tum, quam in iis quae sunt 162 ed. Heyn. Cf. Ez. Span- iuxta continentem, ἐν δὲ ταῖς hem. ad Callim. Hy. in Del. νήσοις ταῖς ποντίαις ἡπταὶ 11. p. 380. *Thucydides* II, γίγνεται σεισμὸς τῶν προσ- 3. ubi narrat, illum Deli mo- γείων. 4. *Sic Paphos* urbs Cypri.

ruit: sic nobilis et huic iam familiaris malo Nicopolis. Cyprum ambit altum mare, et agitatur. Tyros et ipsa tam movetur, quam diluitur. — Hae fere causae redduntur, propter quas tremit terra.

XXVII. Quaedam tamen propria in hoc Campano motu accidisse narrantur, quorum ratio reddenda est. Aiunt enim sexcentarum ovium gregem examinatum in Pompeiana regione. Non est quare hoc putas ovibus illis timore accidisse. Diximus solere post magnos terrarum motus pestilentiam fieri. Nec id mirum est: multa enim mortifera in alto latent. At aer ipse, qui vel terrarum culpa vel pigritia, et aeterna nocte torpescit, gravis haurientibus est: vel corruptus internorum ignium vitio, quum est longo situ emissus, purum hunc liquidumque maculat ac polluit, insuetumque ducentibus spiritum, affert nova genera morborum. Quid, quod aquae quoque inutiles pestilentesque in abdito latent, ut quas nunquam usus exerceat, nunquam aura liberior ^a everberet? Crassae itaque, et gravi cali-

^{a.} everberet. Melius, ait Gronov., britannicus: *numquam liberior aura everberat.* Lib. V, 12 etc. Mox §. 4. *corruptas* habet brit. quoque, non, *corruptas*.

Cypri. Senec. Epist. XCI, 9. *ne.* cf. c. I, 3. *Diximus* — Cyprum quoties vastavit haec fieri. Nunc demum dicit. clades? quoties in se Paphos 2. *At aer* — *est.* Corruptum corruit? Dio Cass. LIV, 23. eum dicit vel partibus ter- cf. Meursii Cyprus c. XVIII. rae noxiis in eum resolutis, *Nicopolis* urbs Epiri satis vel quiete situque proprio. celebris ab Augusto condita Recte causas affert, quibus et Epicteto ibi commorato no- oves absuntas putet. Eas- bilitata. *Tyros* — *agitatur.* dem similesve rationes alla- vid. c. I, 11. not. XXIV, 5. tas videmus ab iis, qui do-

C. 27. Propria quaedam eturi sunt, cur lues animalia in Campaniae motu expli- domestica occupare soleat, cantur. 1. *Aiunt* — *regio-* quarumque usus est in ex- pli-

caligine sempiternaque tectae, nihil nisi pestiferum in se et corporibus nostris contrarium habent. Aër quoque qui admixtus est illis, quique inter illas paludes iacet, quum emersit, late vitium suum spargit, et haurientes necat. Facilius autem pecora sentiunt, in quae pestilentia incurrere solet, quo avidiora sunt: aperto coelo plurimum utuntur, et aquis, quarum maxima in pestilentia culpa est. Oves vero mollioris naturae, quo propiora terris 4 ferunt capita, correptas esse non miror, quum afflatus diri aëris circa ipsam humum exceperint. Nocuisset ille et hominibus, si maior exiisset: sed illum copia aëris sinceri extinxit, antequam, ut ab homine posset trahi, surgeret.

XXVIII. Multa autem terras habere mortifera, vel ex hoc intellige, quod tot venena nascuntur, non manu sparsa, sed sponte: solo scilicet habente, ut boni, ita mali semina. Quid, quod pluribus Italiae locis per quaedam foramina pestilens exhalatur vapor, quem non homini ducere, non ferae tutum est? Aves quoque si in illum inciderint, antequam coelo

plicando loco satis celebri Notus est fons Latii Albunes, Hom. Il. α, 50. cf. Ovid. quae saevam exhalat opaca Metam. VII, 536 sq. 4. *No-* mephitim, Am*s*ancti valles, *cui*isset — *exi*isset. Sic in- nunc Lago di Muffeti dicti, teremit haud ita longe post ap. Virgil. Aen. VII, 84. 563 Senecam illa causa C. Pli- sq. ibique Heyn. Cf. Plin. nium Secundum. Cf. Plinii N. H. II, 93. Lacus Averjun. Epist. VI, 16. nus eandem mephitim exha-

C. 28. Continuatio. 1. lasse dicebatur: cf. Virg. *Venena*, ut in herbis, e. c. Aen. VI, 237 sq. qui tamen aconitum, Plin. XXIV, 5. antiquiorem de eo traditio- Sic in quolibet naturae re- nem sequebatur, e. c. de gno res se habet. Egregius avibus, quae volantes super Plinii II, 63. N. H. locus con- illum mortuae deciderent: tendi meretur. *Quid — est.* nam Strabo V. p. 191 sq. lipf.

coelo meliore leniatur, in ipso volatu cadunt, liventque corpora, et non aliter quam per vim elicitae fauces tument. Hic spiritus quamdiu terris continetur, tenui foramine fluens, non plus potentiae habet, quam ut despiciantia et ultiro sibi illata conficiat. Ubi per secula conditis tenebris ac tristitia loci crevit in vitium, ipsa ingravescit mora; peior, quo segnior. Quum autem exitum nactus est, aeternum illud umbrosi frigoris malum, et infernam noctem solvit, ac regionis nostrae aera infuscat.

3 Vincuntur enim meliora peioribus. Tunc etiam ille

narrat, nunc, i. e. Strabo- Recentiores de aere eiusque nis tempore, silva ab Agrip- speciebus melius instructos, pa excisa circa Avernum lo- quam veteres, in hoc spiritu cisque istis aedificiis occupa- diversas aeris species illas, tis, omnes illas narrationes quae sub nomine gas ve- apparere fabulas esse. Cete- niunt, detexisse, et hinc ef- rum cf. Heynii Excurs. II. ad fectus hos spiritus egregie Aeneid. Virg. (ed. 1787.) ubi declarasse constat. Sic no- tamen Strabonis nulla est xios effectus cavernae, quae habita ratio, nec Ephorus nomen a cane gerit, circa ad partes vocari debebat, Neapolin (la grotta del capippe cuius auctoritas de ne) recte ab illo spiritu di- hisce regionibus nulla fuit. versimode nato, mutato, di- — Spectant eo etiam campi luto iunctoque deduxerunt. phlegraei et cavernae ac spi- Seneca autem, si nostri aevi ramenta huius generis circa hac de re luce uti licuisset, Neapolin. Cf. Büsching. IV. mephitum s. aërem inflamma- p. 450 sq. 2. *Hic spiritus* bilem hic facile agnovisset, — ex tenui for. fluens, ter- quippe qui modice aeri atram relinquens — despe- mosphaericō admixtus exhibetantia — illata animalcula, larat, niuum ei additus de- e. c. oves. — 3. *Vincuntur* liquum animi aut mortem enim tum meliora, melius affert, morbosve gignere so- coelum, melior aëris, peiori- let. Hinc illa morborum bus, malo hoc aëre, nisi ven- genera haud temere aëris at- tus disturbat, fecernit, et mosphaericī in peius mutati meliorem adiungit aërem. naturae interdum adscribi

vide-

ille spiritus purior transit in noxiū. Inde subitae continuaeque mortes, et monstrofa genera morborum, ut ex novis orta causis. Brevis aut longa clades est, prout vitia valuere. Nec prius pestilentia definit, quam spiritum illum gravem exercuit laxitas coeli, ventorumque iactatio.

XXIX. Nam quod aliquot, insanis attonitisque similes, discurrere fecit metus, qui excutit mentes, ubi privatus ac modicus est: ^a qui, ubi publice terret, ubi cadunt urbes, populi opprimuntur, terra concutitur; quid mirum est, animos inter dolorem et metum destitutos aberrasse? Non est facile, inter magna mala non despere. Itaque lenissima fere ingenia in tantum venere formidinis, ut sibi exciderent. Nemo quidem sine aliqua iactura sanitatis ex-
pavit; similisque furenti, quisquis timet: sed alios cito timor sibi reddit, alios vehementius perturbat, et in dementiam transfert. Inde inter bella errave-

Z 2 re

^a. *qui, ubi.* Obsopoeum sequore veteri libro gall. restituente. Repetas, excutit mentes. Antea: *quid ubi.* Mox *inter magna mala non despere* omnes fere codd. praestant, quos sequi malo, quam ex uno gall., qui habet *mala conspicere*, aut ex brit. Gron. *mala concipere*, lectionem quae Gronovio comprobata est exculpere, *mala conspicere*: archaismorum tamen Senecam haud tenacem fuisse constat.

videmus, quibus genus humana num saepe scimus affe- quae somite pestilentis ex abditto loco in aërem protracto ctum, e.c. pestilentiam a Thule labem in Parthos vulgaris et Lucretio descriptam verat.

et contagiosam febrem s. luem C. 29. Continuatio. 1. quae totam fere Europam *Nam quod — aberrasse.* sub nomine l'influenza anno Cf. I. 3. ubi exemplum, quod 1782 contristavit etc. Exempla Strabo de Liparaeorum in plena quaedam ex aëre malo sularum incolis ex Posidonio spiritu infecto factorum vide attulit, conferri meretur. in Heynii Opusc. acad. III. 2. *Inde inter — percussit.* p. 108 sq. 121. de Babylone, Exempla dedit Vespasiani et

re lymphatici: nec usquam plura exempla vaticinantium invenies, quam ubi formido mentes religione mixta percussit. Statuam ^b divisam non miror, quum dixerim montes a montibus recessisse, et ipsum disruptum esse ab imo solum.

3 *Haec loca, vi quondam et vasta convulsa ruina,
Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas,
Disiluisse ferunt, quum protinus utraque tellus
Una foret, venit medio vi pontus, et undis
Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque et urbes
Litore diductas, angusto interluit aeflu.*

Vides totas regiones a suis sedibus revelli, et trans mare jacere, quod in confinio fuerat: vides et urbium fieri gentiumque dilucidium, ^c quum pars naturae

^{b.} *divisam.* Britann. *diffusam*, unde parum aberat quin Gronov. faceret, *diffissam*: et sic quoque legendum esset cap. i. §. 3., ubi tamen nulla lectionis varietas notatur, *et diffissas statuas.* Horatius: *diffissa rate.* Tolerari tamen potest vulgata, ipso Gron. iudice. ^{c.} *quum pars naturae concita est de se, vel aliquo mare, ignis, spiritus imm.*

et Titi oppugnatio Hierosolimorum, referente Iosepho, quod cogitarunt nonnulli, et ipsa historia romana tempore belli punici II. cf. Liv. continentem medium terrae XXV, i. 3. Versus sunt motu desedisse, atque vim Virgilii Aen. III, 414—419. aquae viam sibi munisse, ut Nemo ex veteribus de veri ubi olim terra esset, nunc tate huius a Virgil. relatae mare s. fretum pateret. Excladis dubitavit: eorum loca emplo sit bosporus thracicus, vid. ap. Cluver. Sicil. I, i. propontis et Hellespontus, e. c. Plin. N.H. II, 88. Avel-tum ille canalis, qui nunc lit Siciliam Italiae, Cyprum Britanniam et Galliam, tum Syriæ, Eubœam Boeotiae, ille, qui Hispaniam et Africam distinguit, fortasse crin etc. coll. IV, 12. Ceterum etiam Africa Americaque rum per se manifestum est, olim continentis etc. *quum totas has regiones non e se pars naturae — se terrae pars*

turae concita est de se, vel aliquo mare, ighis, spiritus impegit, quorum mira, ut ex toto, vis est. Quamvis enim parte saeviat, mundi tamen vi- 4 ribus saevit. Sic et Hispanias a contextu Africae mare eripuit. Sic hac inundatione, quam poëtarum maximi celebrant, ab Italia Sicilia resecta est. Ali quanto autem plus impetus habent, quae ex infimo veniunt. Acriora enim sunt, quibus nifus est per angusta. Quantas res ii terrarum tremores, quamque mira spectacula ediderint, satis dictum est.

XXX. Cur ergo aliquis ad hoc stupet, quod aes unius statuae, ne solidum quidem, sed concavum ac tenue, diruptum est; quum fortasse in illud

Z 3

se

impegit. Sic Gronov. veterum librorum ductus sequens restituit. Quas nonnulli singulas agnoscunt, eas agnoscit Seneca omnes tremoris causas. Antea: — *excitata ex se vel aliquod mare ingens spiritus impegit.* Aliquo impegit, ad aliquam terrarum partem offendit, eam obstantem lenit et dimovere conatur, explicante Gronovio. d. Ali quanto. Meliorem hanc lectionem esse quam alteram, *Aliquando*, a Curione Secundo primum invectam, facile quis intelliget, qui sententiā auctoris reminiscitur, et vim τοῦ aliquanto, i. e. multo, longe, v. c. e Clave Cic. Ernest. probe tenuerit. Mox delevi praepositionem *in ante quibus nifus*, auctoritate codd. memmian. et nicot. ap. Obsopœum.

pars desedit motu. Mundum litae in forma, λγδω, ut autem esse animal, quod se cavitatem haberent. Ad ex a se moveat, Stoici credunt. emplar enim pictum artifex Fromondus. — 4. poëta- fabricabat opus figlinum, rum maximi, Aeschylus quod cera obductum instru- Strabonis VI. p. 229. lipf. xit obtexitque forma (λγδω Virgil. l. l. Ovid. Metam. XV, l. χώνω) perforata, per quam 290 sq. Cf. Gelsner. ad Clau- cerae illius liquefactae locum dian. p. 532 sq. obtenturum aes deinde fun-

C. 30. Continuatio. 1. debatur, ut statua fieret. quod aes — tenue. Omnes Tali modo statuae recentiores enim statuae ita conflari so- res quoque Ludovici XIV., XV.,

se spiritus, quaerens fugam, incluserit? Illud vero quis nescit? Diductis aedificia angulis vidimus moveri, iterumque componi. Quaedam vero parum aptata positu suo, et a fabris negligentius solutiusque composita, terrae motus saepius agitata compedit. Quod si totos parietes et totas findit domos, et latera magnarum turrium, quae solida sunt, scindit, et pilas operibus subditas dissipat; quid est, quare quisquam dignum adnotari putet, sectam esse aequaliter ab imo ad caput in partes duas statuam? 3Quare tamen per plures dies motus fuit? Non deficit enim assidue tremere Campania, clementius quidem, sed ingenti damno, quia pressa et quassa quatiebat: quibus ad cadendum male stantibus, non erat impelli, sed agitari. Nondum videlicet spiritus omnis exierat, sed adhuc omissa parte maiore oberrabat.

XXXI. Inter argumenta quibus probatur, spiritu ista fieri, non est quod dubites et hoc ponere.

Quum

XV., regnum Daniae, Sueciae, Petri M., Iosephi al. quarum usus in aedificiis confectae sunt. Cf. Nicolai marinis, v. c. ad Baias ex *Beschreibung von Berlin etc.* gilii Aeneid. IX, 711. et Sez. B. Append. IV. p. 75. ed. nec. Ep. LXXVII, 1. notus 2. (nam tertia editio hac ap- est. Vitruv. V, 12. vocat eas pendice caret). Una quidem pilas in arca; et Francogalli fusura constabat statua, sed les encaissements, quibus in propterea non erat solida, portu Caesaris Burgi (Cherquod cavitatem et tenuita- bourg) restaurando usos esse tem habebat. 2. *pilas* qui- constat anno 1786. 3. *cle- dem* de columnis, quibus ful- *mentius quidem* quam ini- crorum loco uti solebant, in- tio. *non erat* sc. opus, ne- terpretari licet, sed addita cesse. Cf. ad libr. I. praef. vox *operibus* hanc interpre- 3. Var. lect. tationem reddit dubiam: C. 31. Spiritu terrae mo- quare magis inclino, ut cre- tus fieri, aliter demonstrat. dam, esse h. I. sermonem de 1. Si seinel posueris pro ve- ro,

Quum maximus editus tremor est, quo in urbes terrasque saevitum est, non potest par illi subsequi alius, sed post maximum leves motus sunt, quia ^a vehementius exitum ventis luctantibus fecit. Reliquiae deinde residui spiritus non idem possunt, nec illis pugna opus est: quum iam viam invenerint, sequanturque ea qua prima vis ac maxima evaserit. Hoc quoque dignum memoria iudico, ab ² eruditissimo et gravissimo viro cognitum; forte enim quum hoc evenit, lavabatur. Vidisse se affirmabat in balneo tessellas, quibus solum erat stratum, alteram ab altera separari, iterumque committi: et aquam modo recipi in commissuras, pavimento recedente; modo, compresso, bullire et elidi. Eundem

Z 4

dem

a. *vehementius — fecit.* sc. maximus motus. Igitur nee Pinciani *vehementissimus*, nec Fromondi *vehementior* desideratur. Mox e multis codd. addidi *opus* post: nec *illis pugna*, ne auctor idem statim repetere videatur. Residui spiritus, ait, nec luctantur, nec pugna hac iis opus est. Mox, *ab eruditissimo — viro:* noli putare hic nomen viri cuiusdam, quem coniectando reperire nihil attinet, excidisse: non posuisse videtur ideo, ut eius etiam viventis parceret modestiae.

ro, spiritum solum in causa non aequalem isti celeberritiae motus esse, etiam hoc mae ab Archimede factae iti concedas necesse est, quod dein in balneo, qua gravi Seneca inter argumenta va- tatem specificam cuiuslibet lida hic memorat. Sed sae- corporis invenit. Vitruv. IX, pe observatum est, terrae 3. *tessellas* i. crustas mar- motum satis magnum haud moreas et laminas aut lapi- ita longe post alium subsequi dum secturas, plerumque haud debiliorem, unde col- quadratas, quibus diversae ligi licet, spiritui aliud quid formae et figurae exprime- accedere et iungi, cuius in bantur: quare Graeci $\psi\eta$ - hac terrae motus explicandi Φολόγγτον ἔδαφος vocabant. ratione nulla mentio facta Cf. Intpp. ad Sueton. Caes. est. 2. Vides hic observa- 46. cum Ernest. Excurf. et tionem haud contemnendam Salmas. ad Scriptt. H. Aug. in balneo factam esse, ejfi I. p. 657 sqq.

dem audivi narrantem, vidisse se, molles materias mollius crebriusque tremere, quam natura duras.

XXXII. Haec, Lucili virorum optime, quantum ad ipsas causas. Illa nunc quae ad confirmationem animorum pertinent, quos magis refert ^a nostra, fortiores fieri, quam doctiores! Sed alterum sine altero non fit. Non enim aliunde animo venit robur, quam a bonis artibus, quam a contemplatione naturae. Quem enim non hic ipse ^b casus adversus omnes firmaverit et erexerit? Quid est enim, cur ego hominem aut feram, quid est, cur sagittam aut lanceam tremam? maiora me pericula

a. *nostra*. Haud dubie sincera est lectio: nec *vestra* codd. Fortun., nec *natura* priscarum edd. et codd. Grut. expellere eam valent. *Natura* recte iudicat Grut. a compendaria scribendi ratione ortum duxisse. Mox, *fulminibus*, lectionem memmian. cod. praefero vulgatae: *fluminibus*, etiam propter §. 9. Hic omnia ista dilatat, terrarum motus et fulmina: et deinceps *magnis* quorundam codd. scripturae, *magnae*. Omnes vel minimae res sunt partes magnae naturae, sed non sunt magnae quoque partes, de quibus tamen hic sermo est. §. 3. *contemptus animae*. Vincent. Bellov. Spec. Hist. 9, 110. habet: *cont. vitae*, ex interpret.

C. 3a. Cohortatio ad for- bus literisque bellum indi- titudinem et constantiam con- cendum ducebant, nihilque tra mortis metum. 1. *Sed* nisi quod praesentis ad reli- alterum — fit. Veriore gionem bonosque mores, aut enim rectioreve causarum ad utilitatem praesentem morerum scientia, quae sine menti esset, in bonis num- animi cultura ideoque sine rabant! *bonas artes*: intel- doctrina quadam fieri ue- ligit studium omne literarum, quit, fortitudo illa animi in primis philosophiae. Cf. comparatur, quam commen- Senec. Epist. LXXIII, 4. not. dat noster. Utinam hoc sibi *Quem enim — erexerit*, si dictum putassent putarentve, qui talem casum perpessus qui liberiore omni doctrina aequo fortive animo fuerit. abiecta cum literis omnibus Reliqui enim casus sunt mi- tum vero maxime bonis arti- nimi. ad illum momenti.

2. ma-

ricula exspectant. Fulminibus et terris, et magnis naturae partibus petimur. Ingenti itaque animo mors provocanda est, sive nos aequo vastoque impetu aggreditur, sive quotidiano et vulgari exitu: nihil refert, quam minax veniat, quantumque sit, quod in nos trahat: quod a nobis petit, minimum est. Hoc senectus a nobis ablatura est, hoc auri-³ culae dolor, hoc in nobis humoris corrupti abundantia, hoc cibus parum obsequens stomacho, hoc pes leviter offensus. Pusilla res est hominis anima: sed ingens res est contemptus animae. Hanc qui contemperit, securus videbit maria turbari: etiam si illa omnes excitaverint venti, etiam si aestus, aliqua perturbatione mundi, totum in terras verterit oceanum. Securus adspicit fulminantis coeli trucem ⁴ et horridam faciem; frangatur licet coelum, et ignes suos in exitium omnium, in primis suum, misceat. Securus adspicit ruptis compagibus dehiscens solum. Illa licet inferorum regna retegantur, stabit super illam voraginem intrepidus: et fortasse quo debet cadere, desiliet. Quid ad me, quam sint magna quibus pereo? Ipsum perire non est magnum. Proinde si volumus esse felices, si nec ⁵ hominum, nec deorum, nec rerum timore vexari,

Z 5

si

2. magnae naturae partes Horatii carmen conferri metioice hic nominantur, quip- retur, ubi Mitscherlich. no-
pe natura unum totum con- sirum comparare non oblitus
stituente. *exitu e vita.* *quod* est. 4. *Illa licet — intre-*
in nos trahat, quo nos ob- *pidus.* Egregia hac imagine
ruat. 3. *Hoc i. e. vitam*, post Homerum Il. XX, 60 sq.
animam. Sapientis notio Se- multi poëtae usi sunt, e. c.
necae animo hic obversaba- Virgil. Aen. VIII, 243. Nec
tur, de quo Horat. Od. III, noster hoc phantasmate ma-
3, 7. illud: illabatur orbis le usus esse dicendus est,
etc. celeberrimum est. Hoc quamquam Plato de Rep. III.
princ.

si despiceret Fortunam supervacua promittentem, levia minitantem, si volumus tranquille degere, et ipsis Diis de felicitate controversiam facere, anima in expedito est habenda. Sive illam insidiae, sive morbi potent, sive hostium gladii, sive insularum cadentium fragor, sive ipsarum ruina terrarum, sive vasta vis ignium, urbes agrosque pari clade complexa, b qui volet, illam accipiat. Quid aliud debeo, quam exeuntem hortari, et cum bonis omnibus emittere: *Vade fortiter, Vade feliciter!* Nil hil

b. *qui volet, illam accipiat.* Sie omnes fere codd. Mutabat tamen Muretus: *quum libet illi, eam accipiat.* Quoniam duo codd. praetabant, *illam eam ac.*, Gruterus maliuit, *qui volet illam, a me accipiat.* Sed non opus est emendatione. Mox, *cum bonis omnibus*, quae est Fortunati lectio, praferenda est alteri, *cum bonis omnibus*. Formula illi in hac re follennis est. Ceterum, *omnia, omnia, omnibus, omnibus* saepe confundi in codd. notissima est res, vel e Tibull. III, 4, 9. ubi cf. Heynii Obsl.

princ. haud usquequaque tura et conditione gaudere, probaturus fuisset. 5. Omnia sed uno corpore, cui insit, haec stoica esse constat. Sic impediri, quominus praestanton fortunae, sed virtuti via debita, i. e. illa felicitate vendum esse docebant, for- divina potiatur fruaturque: tunam quippe ut volubilem quippe qua non nisi sapientque fallacem repraesentan- tem frui putabant. Cf. Epist. tes (M. Antonin. III, 6. 2, 17.) CII. 21 sq. not. *insularum*, Horatio Od. III, 29, 41 sq. *νήσων*: moneo, ne de aedi- sequace. Sic adeo ipsis Diis bus pluribus Romae iunctis de felicitate controversiam unius domini et ab omni facere non dubitabat sa- parte seiunctis liberisque copiens qua talis: quae quidem gites: nam de insulis (Aristot. sententia minus mira videbi- laepē vocat τὰς νήσους τὰς τις reputantibus, animum ποντίας) marinis, scilicet in alto mari humanum secundum Stoam sitis, h. l. sermo esse debet, esse divinitatis particulam, tum quia in eas in primis ter- θεται ἀπόμοιραι (cf. Gata- rae motus cadit, tum quia cker. ad M. Anton. II, 1. p. ipsarum terrarum ruina hoc 48.), et cum Deo eadem na- suadet. 6. *Quid — exeun-*
tem

hil dubitaveris reddere. Non de re, sed de tempore est quaestio. Facis quod quandoque facendum est. Nec rogaveris, nec timueris, nec te velut in aliquod malum exiturum tuleris retro. Rerum natura te, quae genuit, exspectat, et locus melior ac tutior. Illic non tremunt terrae, nec inter se venti cum magno nimbus fragore concurrunt, non incendia regiones urbesque vastant, non naufragiorum totas classes sorbentium metus est, non arma contrariis disposita vexillis, et in mutuam perniciem multorum milium par furor, non pestilentia, et ardentes promiscue, communes populis carentibus rogi. Istud leve est: quid timemus? Grave est: potius semel incidat, quam semper impendeat. Ego autem perire timeam, quum terra ante me pereat, quum ista quatiantur quae quatunt, et in iniuriam nostram non sine sua veniunt? Hellenen Burinque totas mare accepit: ego de uno corpusculo timeam? Supra oppida duo navigatur: duo autem, quae novimus, quae in nostram notitiam memo-

tem animum *hortari* facis esse, historia, quantum quinunc, *quod quandoque* i. e. dem sciam, non memorat. aliquando. *Rerum natura* — Sed rhetorice hoc malum extitior. Aniae immortalitatem, saltem continuatam — 8. *Helicen* — *acepit*. vitam hinc colligere licet: Cf. c. XXIII, 3. not. *Supra* quamquam non satis expositi — *oppida* — *navigatur*: vel tam sententiam vides. Per ideo, quod veteres niganmanebitne animus, ex hac modo oras legere solebant. *duo* sententia, separato loco, an *autem*. Particula transitus redibit ad divinitatem, un- est τὸ autem, interdum de profecta erat? Nihil Se- confirmandi et exaggerandi neca definit. 7. *non pesti-* vim habens, quid, quod. *lentia* — *rogi*. Pestilentia adhaec. Attigit hanc vocuquadam populos extinctos lae vim Goerenzius ad Cic.

De

memoria literis servata perduxit. Quam multa alia aliis locis mersa sunt? quot populos aut terra, aut ^g intra se mare inclusit? Ego recusem mei finem, quum sciam me sine fine non esse? immo quum sciam omnia esse finita? Ego ultimum suspirium timeam? Quantum potes itaque, ipse te cohortare, Lucili, contra metum mortis. Hic est qui nos humiles facit: hic est qui ipsam vitam, cui parcit, inquietat ac perdit. Hic omnia ista dilatat, terrarum motus, et fulmina. Quae omnia feres constanter, si cogitaveris nihil interesse inter exiguum rotundus et longum. Horae sunt quas perdimus. Puta dies esse, puta menses, puta annos: ^d perdimus illos nempe perituros. Quid, oro te, refert, nunc perveniam ad illos? fluit tempus, et avidissimos sui deserit. Nec quod futurum est meum est, nec quod fuit. In puncto fugientis temporis pendo:

- c. *intra se optimis codd. suadentibus atque Gruteri probante reduxi. Antea: aut terra in se aut mare inclusit?*
- d. *perdimus illos nempe perituros.* Ita e suis codd. Pincianus: consentiunt duo pal., nec discedunt Erasmus cum Fortunato, nisi in eo, quod dant, *perdidimus*. Unus dedit, *perdituros*. Hoc usus est Gronovius, cuius codex brit. reg. praebebat: *perituri sunt*, ut hanc lectionem, viro ingeniosissimo dignissimam, extenderet: *perdidimus illos nempe, perdituri*. Si citius, addit, moriamur, horae sunt, quas perdimus. Fac tamen dies esse, fac menses, fac annos: nihil novi est: nempe iam ante perdidimus illos (sive fit, consumimus, solum, sive potius, male consumimus) et perdituri sumus, etiam si novos nanciscamur. Enimvero vulgata codicum fide nisa bonum sensum exhibit. Perdimus illos: at manifesto (nempe) illi quoque nobis dati erant, ut perirent. Mox *amissos* egregie restituit Gronov. exedd. venet. et Erasm., quum aliae vulgares edd. habent, *omissos*.

De Legg. I, 17. p. 75. ratione sermo esset. Etiam *Quam multa — inclusit?* nostrae tum historiae tum Hoc factum esse supra con- observations geologicae ta- clusimus, quum de maris les rerum conversiones in eruptione et terrarum sepa- qualibet ora fuisse docent.

deo: et magni est, modicum suisse. Eleganter Laelius ille sapiens dicenti cuidam, Sexaginta annos habeo: Hos, inquit, dicis sexaginta, quos non habes? Ne ex hoc quidem intelligimus incomprehensibilis vitae conditionem et sortem temporis semper alieni, quod annos annumeramus amissos. Hoc affigamus animo, hoc nobis subinde dicamus: Moriendum est. Quando? Quid tua? Mors naturae lex est, mors tributum officiumque mortalium, malorumque omnium remedium est. Optabit illam, quisquis timet. Omnibus omissis, hoc unum, Lucili, meditare, ne mortis nomen reformides: effice illam tibi cogitatione multa familiarem: ut, si ita tulerit, possis illi vel obviam exire.

10. *C. Laelius*, fil. *C. Laelii* auctore iam Africani mortis socii rerum gestarum ab Afri- tempore, h. e. a. u. 624. cano maiore: vel e Cicero- Fannius ait: unum te sapiente, qui librum suum de amitem et appellant et existentia huius praestantissimi vi- mant. Cf. Cic. De offic. II, ri nomine inscripsit, notissi- 11. III, 4 etc. Plut. in mus, et cognomine sapientis. Gracch. Sic Cicerone De amicit. c. 2.

L. ANNÆI SENECAE
AD LUCILIUM
NATURALIUM QUAESTIONUM
LIBER SEPTIMUS.
IN QUO AGITUR DE COMETIS.

Argum en t u m.

Liber hic totus in Cometarum pertractione consumitur, plerique ab Aristotele mutuatus. Sententiam tamen eius, uti Democriti, Epigenis, Apollonii Myndii, Callisthenis, Artemidori, Ephori, immo Zenonis sui refellit: ac tandem in opinionem veterum Chaldaeorum discedit. Cometam verum fidus esse ex illis aeternis, ex altitudine aetheris ingenti in oculos mortalium submitti, deinde rursum recipi. Motus quidem Cometarum nondum satis certos et comprehensos esse, sed futurum olim auguratur tempus, quo posteri tam aperta maiores suos nescivisse mirentur. Quaedam etiam ex duobus aevi sui Cometis dicit, quorum prior sub Claudio, alter sub Nerone effulgit. Denique solemni more cum vitiis in rixam descendit. Non mirum ista et plura alia nesciri, cum nemo nisi libidini, ganeis, histriionibus et pantomimis studeat, vacuis et desertis philosophorum scholis.

C A P U T I.

NEMO usque eo tardus, et hebes, et demissus in terram est, ut ad divina non erigatur, ac tota mente consurgat: utique ubi novum aliquod e coelo miraculum fulsit. Nam quamdiu solita decurrunt, magnitudinem rerum consuetudo subducit. Ita enim compositi sumus, ut nos quotidiana, etiam si admiratione digna sunt, transeant: contra minimarum quoque rerum, si insolitae prodierunt, spectaculum dulce fiat. Hic itaque coetus astrorum, quibus immensi corporis pulchritudo distinguitur, populum non convocat. At quum aliquid ex more ^a mutatum

*a. mutatum e. Gronovius e cod. brit. reg. laudat lectio-
nem var. innovatum est, cuius illud scholion putat. Ne-
que*

C. i. Nova et insolita; posteriores autem res huma magna et quotidiana non minas. Cf. Ernesti Clav. Cic. ramur, licet mira. i. *Di-* v. Divinus. *solita astra*, quae *vina* sunt opposita humanis, miraculorum quoque loco et in primis apud Stoicos sunt, sed nos non adver coelum et quae in coelo aptunt. *Ita enim — dulce* parent, *astra* etc.; *quid fuit.* Idem iam Cic. De N. multa? omnia physica, quae D. II, 38. bene observaverat. sub sensus cadunt, designa — 2. *immensi corporis*, i.e. re solent. Hinc notam phi mundi: nam, ut supra videliciae definitionem flu mus, Stoici docebant, ἔνο xisse constat: divinarum et εἶναι τὸν κόσμον καὶ τοῦτον humanarum rerum eam esse πεπερασμένον καὶ ἡγωσθας cognitionem: i. e. physicam, (Diog. Laert. VII, 140.): ex quae et theologiam natura plicatus Cic. De N. D. II, 52. lem complectebatur, scilicet de continentem mundi unam natura: deinde dialecticam, que naturam appellat. Propter artem sensa et cogitationes inde facilis erat transitus ad animi verbis prudenter enunciatio declarationem, mundum estiandi: tandem de moribus, se animal, corpus. Cf. supra scilicet ethicam. Pars itaque prior III, 15, 2. — *At quum ali- consituebat res divinas, duae quid ex more mutatum est,* i. e.

tum est, omnium vultus in coelo est. Sol spectatorem, nisi quum deficit, non habet. Nemo observat lunam, nisi laborantem. Tunc urbes conclamat, tunc pro se quisque superstitione vana trepidat. Quanto illa maiora sunt, quod sol totidem, ut ita dicam, gradus, quot dies habet, et annum circuitu suo claudit: ^b quod a solsticio ad minuendos dies vertitur, quod a solsticio statum inclinat, et dat spatium noctibus: quod sidera abscondit: quod terras, quum tanto maior sit illis, non urit, sed calorem suum intensioribus ac remissionibus temperando fovet: quod lunam nunquam implet, nisi adversam sibi, nec obscurat. Haec tamen non

anno-

que enim *novare* tantum est, ait, *instaurare*, sed et mutare; et *nova* non modo recentia, integra, sed etiam insolita. Probat hoc exemplis probis. Attamen a vulgata discedere non ausus sum. ^{b. quod a solsticio ad minuendos dies vertitur, quod a solsticio statum incl.} Sic omnes edd. et codd. mlf. Muretus tamen pro lubitu Senecam mutans aut, ut ipse credebat, emendans, non libarium, multas rescidit voces, et edidit: *quod a solsticio statim inclinat*: in quo temerario conatu omnes post eum editores affectas habuit. Enimvero hic non de eo agitur, annon brevior esse potuerit auctor, sed an sententiam suam his verbis extulerit. Miror, Gronovium hanc Mureti licentiam ne verbo quidem tetigisse. Reduxi veterem lectionem, probe quidem intelligens, quasdam voces hic deesse posse, sed meum non esse, auctorem in ordinem cogere.

i. e. non solito, sed quum ali- se confiat. 3. *Sol totidem*, quid morem, consuetudinem *ut ita dicam*, *gradus ha- deseruit*, a more discessit. bet. Sol enim movetur, se- Mutare enim proprie est se cundum Stoam, circa terram, movere, dimoveri. Alias ascendit itaque facitque gra- autem *ex more* est solito, dum quotidie, donec terram vulgo, e. c. ap. Horat. Sat. circumierit. *soltitium ae- II, 3, 280. Sol — laboran- stivum. quod sidera abcon- tem.* De populo hic sermo- dit: vocant occasum helian- nem esse per se patet: nam cum. Cf. Plin. N. H. II, 15. astronomis etiam aliis tempo- XVIII, 25. *quod terras — ribus haec astra observata es- illis.* cf. VI, 16, 2: magni- tudi-

annotamus, quamdiu ordo servatur. Si quid turbatum est, aut praeter consuetudinem emicuit, spectamus, interrogamus, ostendimus. Adeo naturale est, magis nova, quam magna mirari. Idem in *Cometis* fit. Si rarus et insolitae figurae ignis apparuit, nemo non scire quid sit, cupit: et oblitus aliorum, de adventitio quaerit; ignarus, utrum debat mirari, an timere. Non enim defunt qui ter-5
reant, qui significaciones eius graves praedicent. Scilicet tantum itaque, et cognoscere volunt, prodigium sit, an sidus. At mehercules non aliud quis aut magnificentius quaesierit, aut didicerit utilius, quam de stellarum siderumque natura: utrum flamma contracta, quod et visus noster affirmat, et ipsum ab aliis fluens lumen, et calor inde descendens: an non sint flammei orbes, sed solida quae-6
dam terrenaque corpora, quae per igneos tractus labentia inde splendorem trahant, coloremque, non de suo clara. In qua opinione magni fuere viri, qui sidera crediderunt ex duro concreta, et ignem alienum pascentia. Nam per se, inquiunt, flamma diffugeret, nisi aliquid haberet quod teneret, et a quo

tudinem solis numquam de- cf. Meiners Geschichte der finit. 5. *Non enim — prae-* Wiss. I. p. 618 sq. 627 sq. *dicent.* Antiqua haec fuit Nec multum dissentit ab his persuasio superstitionis, quae Aristot. Meteorol. I, 7. Positio nostris quidem temporis don. ap. Diog. Laert. VII, bus cessavit: quamquam mul- 152. 6. *an non sint — clati* post Baelium alia et qui- *ra.* Hanc sententiam in- dem meliora docuerant. choaverant Pythagorei: cf. *utrum flamma.* Hanc sen- Aristot. Meteorol. I, 6. expo- tentiam invenisse et foviisse livit Diogenes Apollonides. Heraclitus et Xenophanes Plut. De placit. phil. III, 2. dicuntur apud Plutarch. De Olympiod. ad Arist. Meteor. placit. Philof. II, 20, 24 etc. p. 11. a.
Diog. Laert. IX, 9 sq. Sed

quo teneretur; conglobatamque nec stabili inditam corpori profecto iam mundus turbine suo dissipasset.

II. Ad haec investiganda proderit quaerere, num Cometae eius conditionis sint, cuius superiora. Videntur enim cum illis quaedam habere communia, ortus et occasus, ipsam quoque, quamvis spargantur et longius exeant, faciem. aeque enim ignei splendidique sunt. Itaque si omnia terrena considera sunt, his quoque eadem fors erit. Si vero nihil aliud sunt quam purus ignis, manentque membribus senis, nec illos conversio mundi solvit et velocitas: illa quoque possunt et tenui constare materia, nec hoc discuti assiduo coeli circumactu. Illo quoque pertinebit hoc excusisse, ut sciamus, utrum mundus terra stante circumeat, an mundo stante terra vertatur. Fuerunt enim qui dicerent, nos esse, quos rerum natura nescientes ferat, nec coeli motu fieri ortus et occasus, ^a ipsos oriri et occidere.

a. *ipsoſ oriri.* Sic restituendum ratus Gronov. e membranis britannicis. et illud *sed* saepe alium esse ab iis constat, qui Senecam more suo hanc particulam intellectam velle ignorarunt. Alii: *sed ipſoſ oriri.* Lipsius emendaverat: *sed ipſoſ nos or.* At Gronoviana ratio sine controversia est tuenda.

C. 2. Quae ad hanc de etc. Stob. Ecl. phys. I, 15. Cometis quaestionem pertinet Plut. de Plac. phil. II, 14. neant. 1. *superiora astra Illo — vertatur:* utrum stellaeque. *quamvis spargantur — exeant.* Spectant dam statuas, *mundo* i. e. haec ad radiorum sparsio- coelo cum astris stellisque nem et ad crines nucleus circumente, an vice versa. comitantes. 2. *Si vero ni-* Fuerunt — *oriri.* Pythagoril — *velocitas.* Hoc mul- goram, s. Pythagoreos hu- ti opinati sunt, e. c. Ionici ali- ius sententiae nunc post Co- quot, Anaximander, Ana- pernicum communis aucto- ximenes, tum Xenophanes res fuisse constat. Cf. Koe- leri

dere. Digna res est contemplatione, ut sciamus, in 3 quo rerum statu simus: pigerrimam fortiti, an velocissimam sedem: circa nos Deus omnia, an nos agat. Necessarium est autem, veteres ortus Cometarum habere collectos. Deprehendi enim propter raritatem eorum cursus adhuc non potest, nec explorari, an vices servent, et illos ad suum diem certus ordo producat. Nova haec coelestium observationis est, et nuper in Graeciam invecta.

A a 2

III.

leri Allgem. Geograph. der ra probe observata sint, re Alten. Th. I. p. 412 sq. — grediantur: sic Halleius, ut 3. *Necessarium — produ-* hoc exemplo utar, cometae, *cat.* Recentioribus erat ser qui anno 1607 et 1682 appa vatum hanc veterum nonnul ruerat, redditum in annum lorum ortuum cometarum 1759 praesagivit: eventus collectionem facere, quam egregie respondit. Ipsa ob apud Pingreum (Cométogra servandi ratio haud dubie in phie, à Paris 1785. II. Voll. dies perfectior est reddita, 4.) reperire licet. Ex quo docentibus astronomis, qui enim Keppelius, Dörfelius, proximum cometam anni Neutonius aliique haud pau 1807 et 1808 observarunt, ci tum de meatu tum de na in primis Besselio, astronomo tura atque conditione come regiomontano. *Nova haec tarum observationes leges — invecta.* Fortasse haec que fecerunt notas, accidit, ad Posidonium aliosque Sto iut etiam illos veteres come cos recentiores spectant, quos tas animadversione dignos in cometas inquisivisse con iudicarent. Ceterum come stat e Diog. Laert. VII, 1.81. tarum raritas aliaque mani Nam ante Aristotelem iam festo impediunt observatio fuere, qui de cometarum nes, et si nunc nemo post meatu observando cogita Lambertum negaverit, mul rent, e. c. Hippocrates Chius, to plures per coelum eclipti eiusque discipulus Aeschylus, sua itinera emetiri come lus, Pythagorei, ipso Ari tas, quam a nobis observen stotele Meteorol. 1, 6. teste: tur. Etiam in eo profecto fortasse haec quoque ad Char runt recentiores, quod adeo rimandrum spectant c. IV. accurate indicari possit tem De Democrito autem et An apus, quo ii, quorum itine xagora cogitasse, cum Fro mondo

III. Democritus quoque, subtilissimus antiquorum omnium, suspicari ait se, plures stellas esse quae currant: sed nec numerum illarum posuit, nec nomina, nondum comprehensis quinque siderum cursibus. Eudoxus primus ab Aegypto hos motus in Graeciam transtulit. Hic tamen de Cometis nihil dicit. Ex quo apparet, ne apud Aegyptios quidem, quibus maior coeli cura fuit, hanc ² partem elaboratam. Conon postea diligens et ipse in-

mondo haud statuerim. Il- sequutus est, teste Aristot. lud: *nuper* tunc spatium an- Meteorol. I, 6. init. Come- plectorum com- tas, aiebant, esse coniunctio- plecteretur: quod fieri non nem planetarum, si quando potest, quamquam probe propter appropinquationem sciam etiam de tempore re- videantur tangere sese in- motiori sumi posse: nec cem (*εἰναι τὰς ποιήτρας σύμ- μεντοι* Democriti statim se- *Φασιν τῶν πλανητῶν αἰσέρων,* quens hoc permittit. Sed *ὅταν διὰ τὸ πλησίον ἐλθεῖν* Fromondus in idem incidit. *δόξωσι θιγγάνειν ἀλλήλων*). Rudimenta illos, putat recte, Accuratus exposuit Ari- tantum et primas lineas du- stoteles quam Seneca. Eu- xisse. Vultque Seneca, ad- doxus Cnido in Caria oriundit, exactiorem quamdam, dus, auditor et amicus Pla- opinor, observationem no- tonis, cui in Aegyptum pro- vam et nuperam esse. At fiscienti comes fuit.. Floruit nulli dubitationi expositum circa ol. CIII. ante Christ. esse videtur, quin ad Apol- nat. 360. Cf. Fabric. Bibl. lonium Myndium respexerit, Graec. lib. III. c. 5. Vol. IV. quem ait a Chaldaeis, apud p. 10 sq. *hos motus quin- quos studuerit, illam doctri- que stellarum s. planetarum,* nam de Cometis retulisse motuum hypotheses. Cf. adeoque *invexisse*, ut alie- Koeler Allgemeine Geogr. num quid importasse in Grae- der Alten. I. p. 432 sq. — ciam, capite seq.

C. 3. Democriti, Epige- celebris Mathematicus, vixit nis et Apollonii Myndii de Alexandriae ol. CXXX. ante cometis sententiae. 1. De- Chr. 252. Is fuit, qui co- mocritus abderita eandem mam Berenices reginae inter cum Anaxagora sententiam sidera referret. Cf. Fabric. Bibl.

inquisitor, defectiones quidem solis servatas ab Aegyptiis collegit, nullam autem mentionem fecit Cometarum: non praetermissurus, si quid explorati apud illos comperisset. Duo certe, qui apud Chaldaeos studuisse se dicunt, Epigenes et Apollonius Myndius, peritissimus inspiciendorum ^a natalium, inter se disident. Hic enim ait, Cometas in 3 numero stellarum errantium poni a Chaldaeis, tenerique cursus eorum. Epigenes contra ait, Chaldaeos nihil de Cometis habere comprehensi, sed videri illos accendi turbine quodam aëris concitati et intorti.

IV. Primum ergo, si tibi videtur, opiniones huius ponamus, ac refellamus. Huic videtur plurimum

A 3 virium

^{a.} *natalium.* Sic egregie emendavit Schottus, probante Gronovio, quum ante legeretur, *naturatum.* Gronovius laudat Marc. Senecae Suasor. 4.: Qui vero in media se, ut praedicant, fatorum misere pignora, natales inquirunt. Accedit, quod de Chaldaeorum, qui natalium inspiciendorum ^e stellis earumque ortu, progressu et ordine elicendorum studio occupabantur, discipulis h. l. sermo fit. Fabricio quoque una cum Harlesio hanc Schotti emendationem plauisse video, Fabric. Bibl. Gr. Vol. IV. p. 152.

Bibl. Graec. lib. III. c. 5. Vol. mus. 3. Disodium Chaldaeum IV. p. 25. *Epigenes et rum illud fortasse ita com-*
Apollonius Myndius. Si poni potest, ut ponamus, ut, verum est, quod supra ad Chaldaeis inter se ipsos discap. II. fin. monuimus, uter sentientibus, eorum scholae que haud multo ante Sene- aliae alia dogmata de cometis cae tempora vixit, quin adeo docuerint. Epigenis memor eius aequalis fuit, cf. c. 5. Plin. N. H. VII, 56: Epis XVII. aliunde enim nihil de genes, ait, apud Babylonios iis constat. Fuisse autem DCCXX annorum observa- astronomos, in primis vero tiones siderum coctilibus astrologos, quippe qui apud Chaldaeos, i. astrologos il- terculis inscriptas docet, gra- vis auctor in primis.

los, γενεθλιανοὺς, studuisse, eorum discipulos fuisse se di- C. 4. Epigenis opinio po- cebant, exploratum habe- nitur. I. *Huius,* Epigenis.

Haec

virium habere, ad omnes sublimium motus, stella Saturni. Haec quum proxima signa Marti premit, aut in Lunae viciniam transit, aut in Solis incidit radios, natura ventosa et frigida contrahit pluribus locis aëra, conglobatque. Deinde si radios Solis assumbit, tonat, fulguratque. Si Martem quoque consentientem habet, fulminat. Praeterea, inquit, aliam materiam habent fulmina, aliam fulgurationes. Aquarum enim et omnis humidi evaporatio, splendores tantum coeli citra ictum minaces movet: illa autem calidior sicciorque terrarum exhalatio, fulmina extundit. Trabes vero et faces, quae nullo alio inter se quam magnitudine distant, hoc modo sunt. Quum humida terrenaque in se globus aliquis aëris clausit, quem turbinem dicimus, quacunque fertur, praebet speciem ignis extenti, quae tam diu durat, quamdiu mansit aëris illa complexio, humidi intra se terrenique multum vehens.

V. Ut a proximis mendaciis incipiam, falsum est, faces et trabes exprimi turbine. Turbo enim circa terras concipitur ac fertur. Ideoque arbusta radicibus

Haec — conglobatque. Anbere idem sonant. Astrologi igitur sistema de planetarum cursu circa terram scis praesertim a Manilii sequutus erat Epigenes. Luctu non prorsus alienus. nam excipiunt Sol, Mercurius, Mars, Iupiter, Saturnus. Hic premit, vim habet i sq. egit Seneca.

in Iovem, Mercurium Venemque, aut adeo Lunam *dacia*, falso dicta, errores. Solemque, i. e. in eius viciniam venit. Habes hic phrasem quasdam, quibus stellae aere vehementius tritum coniunctio exprimitur: bes nascuntur, ventum quoniam premere, in viciniam que oriri necesse est, nec venire et consentientem habentes trabes commorari possunt, sed

C. 5. Refutatur. 1. *meneremque*.

Ceterum lib. I. c. 1. diversa tradidisse videtur.

Si enim aere vellementius trito

bes nascuntur, ventum quo-

niam premere, in viciniam que oriri necesse est, nec

venire et consentientem ha-

bes nascuntur, ventum quo-

niam premere, in viciniam que oriri necesse est, nec

venire et consentientem ha-

bes nascuntur, ventum quo-

citus vellit, et quocunque incubuit, solum nudat: silvas interim et tecta corripiens, inferior fere nubibus, utique nunquam altior. At contra trabes editior coeli pars ostentat. Ita nunquam nubibus obliterunt. Praeterea turbo omni nube velocior rapitur, et in orbem vertitur. Super ista velociter 2 definit, et ipse se sua vi rumpit. Trabes autem non transcurrunt, nec praetervolant, ut faces, sed commorantur, et in eadem parte coeli collucent. Charimander quoque, in eo libro quem de Cometis composuit, ait, Anaxagorae visum grande insolitumque coelo lumen magnitudine ampliae trabis, et id per multos dies fulsisse. Talem effigiem ignis longi fuisse, Callisthenes tradit, antequam Burin et Heli-
cen mare absconderet. Aristoteles ait, non trabem 3 illam, sed Cometam fuisse: ceterum ob nimium ar-

A a 4

dorem

sed transcurrere debent. Sed Fortasse ex hoc loco appa-
cf. I, 15, 4. ubi docet, tra- ret, *Anaxagorae* librum Se-
bes interdum commorari, necae aetate non amplius
raro tamen visas. Recentio- exstissee. De *Callisthene*,
res solidibus s. globis arden- *Buri* et *Helice* cf. supra ad
tibus, quos editior coeli pars VI, 23, 2. — 3. Aristoteles
ostentat, annumerant et di- Meteorol. I, 6. p. 738 sq. ὁ,
versimode explicant. Cf. Geh- τε γὰρ μέγας πομήτης ὁ γε-
ller s. v. Feuerkugel. 2. *Cha-* νόμενος περὶ τὸν ἐν Ἀχαΐᾳ
rimander. Nihil de eo con- σεισμὸν οὐαὶ τὴν τοῦ πύμα-
stat. Pappus lib. VII. p. 247 τος ἔφοδον. Globos arden-
etiam eius meminit, nulla tes, et eos in editiore coeli
tamen aetatis mentione ad- parte visos, interdum tantæ
iecta. Ex hoc loco discimus magnitudinis esse constat, ut
eum de cometis scripsisse, cometis similes appareant:
et quidem post Aristotelem; quare confundi cum come-
quin etiam post Sullam, ut- tis facile possunt: id quod
pote quem Aristotelis libros a recentioribus quibusdam
secum in Italiam retulisse et philosophis factum est, e. c.
publici iuris fecisse constat ab Hartsoekero et Pringlio.
e Strabone et Plutarcho. Cf. Gehler l.l. *Ceterum —*
faciem.

dorem non apparuisse sparsum ignem, sed procedente tempore, quum iam minus flagraret, redditam suam Cometae faciem. In quo igne multa quidem fuerunt digna quae notarentur: nihil tamen magis, quam quod, ut ille fulsit in coelo, statim supra Buren et Helicen mare fuit. Numquid ergo Aristoteles non illam tantum, sed omnes trabes Cometas esse credebat? Hanc habet is differentiam, quod iis continuus ignis est, ceteris sparsus. Trabes enim flammarum aequalem habent, nec ullo loco intermissionem aut languidam, in ultimis vero partibus coactam, qualem fuisse illam, quam modo retuli, Callisthenes tradit.

VI. Duo, inquit Epigenes, Cometarum genera sunt. Alii ardorem undique effundunt, nec locum mutant: alii in unam partem ignem vagum, in modum comae, porrigunt, et stellas praetermeant: quales duo aetate nostra visi sunt. Illi priores criniti undique ^a et immoti, humiles fere sunt, et eisdem causis

a. et immoti. Sic optimi codd. Grut., non, *etiam imm. Mox refluxat rursus pal. tert. dedit*, qui confirmat Erasmi, qui in textu cum aliis *cursus* habet, coniecturam.

faciem. Aristotelis quidem per iter aliorum planetarum haec est sententia (Meteor. dirigunt, splendore a sole I, 6.) sed de hac clade lo- accepto in unam partem quens ista non attulit. 4. misso, non sparsim. Quo- *Numquid — credebat?* Si niam de Epigenis aetate non accuratius perpenderis Ari- satis certo constat, nec de stot. Meteor. I. c. 7. cum c. 4. illis duobus cometis obser- comparans vix dubites hanc vationes supersunt, quales quaestionem affirmare. Apianus recentioribus facere

C. 6. Epigenis cometa- poterat temporibus, in illos rum distinctio. 1. *alii in* nemo inquirere potest. *illi unam — praetermeant*: hi *priores — versantis*. Epi- veri et ingenui cometae stel- genes globos ardentes cum las alias tegunt, cursum suum cometis confudit: illos enim ita

causis quibus trabes facesque conflantur, et ex intemperie aëris turbidi, multa secum arida humidaque terris exhalata versantis. Potest enim spiritus ² per angusta elisus accendere supra se positum aëra, plenum alimentis idoneis igni: deinde propellere ex nitido, ne ex aliqua causa refluat rursus, ac remittatur: deinde iterum proximo die ac sequentibus consurgere, et eundem locum inflammare. Videlimus enim ventos per complures dies ad constitutum redire. Pluviae quoque, et alia tempestatum genera, ad praescriptum revertuntur. Ut breviter ³ autem voluntatem eius exprimam, eadem fere ratione hos fieri Cometas existimat, qua fiunt ignes turbine ejecti. Hoc unum interest, quod illi turbines ex superiori parte in terras deprimuntur, hinc de terra in superiora elevantur.

VII. Adversus haec multa dicuntur. Primum si ventus in causa esset, nunquam Cometes sine vento appareret. nunc autem et quietissimo aëre appareat. Deinde si vento fieret, cum vento caderet: et si vento inciperet, cresceret vento; eoque esset ardentior, quo ille incitator. His accedit illud quoque. Ventus multas aëris partes impellit, Cometes in uno loco appetit: ventus in sublime non per-

Aa 5 venit,

ita comparatos esse, uti h. l. C. 7. Refutatio. 1. *Deinde* describuntur, notum est. — *de si* — *incitator*. Hoc ar-
2. *Potest enim spiritus*, non gumentum non omnino ve-
quilibet, sed qui inflamman- rum esse satis confiat. Nam
di habet potestatem. *ex ni-* incendium illud etiam vento
tido loco, ubi aer nitorem factum eo incitatius conti-
et splendorem incensus pe- nuari potest, quo magis ali-
perit. Evanescit autem hic mentum igni idoneum est:
aer incensus, materia sive nec cessare nisi materia ab-
alimento idoneo igni ceſſan- sumta. Fortasse Epigenes,
te atque absunto. quem graece scripsisse nullus
dubi-

venit, Cometae autem visuntur supra quam ventis
 2 ire licet. Transit deinde ad illos, quos ait certior-
 rem habere stellarum speciem, qui et procedunt, et
 signa praetereunt. Hos ait ex iisdem causis fieri,
 quibus illos, quos dixit humiliores. hoc tantum in-
 teresse, quod terrarum exhalationes multa secum
 arida ferentes, celsiorem petant partem, et in edi-
 tiora coeli aquilone pellantur. Deinde si illos aquilo
 propelleret, ad meridiem semper agerentur, quo ven-
 3 tus hic nititur. Atqui varie concurrunt, alii in or-
 tum, alii in occasum, omnes in flexum: quod iter
 non daret ventus. Deinde si aquilones illos impe-
 tus a terris in altum levaret, aliis ventis non ori-
 rentur Cometae. atqui oriuntur.

VIII. Illam nunc rationem eius, utraque enim
 uitur, refellamus. Quidquid humidi aridique terra
 efflavit, quum in unum coit, ipsa discordia corpo-
 rum, spiritum versat in turbinem. Tunc illa vis
 venti circumeuntis quidquid intra se comprehendit,
 cursu suo accedit, et levat in altum: ac tam diu
 manet splendor ignis expressi, quamdiu alimenta
 2 sufficiunt: quibus desinentibus, et ipse subsidit. Qui
 hoc dicit, non notat, qualis sit turbinum cursus, et
 qualis

dubito, voce *πνεῦμα* usus haec inde nata est, quod,
 est, quam noster vento ver- antiquis physiologis, e. c.
 terit, quamquam illa signifi- Empedocle (cf. Empedocles
 cantior est. — 2. *Aquilone*. Sturzii p. 338.) iam obser-
 Haec fuit Aristotelis l. l. sen- vantibus, ventus e pugna
 tentia, quam Epigenes ab corporum seu atomorum ori-
 illo mutuatus esse videtur. ginem ducere putabatur:
Deinde si. Refellentis Se- animadvertisse enim viden-
 necae sunt. Quodsi autem, tur, lignum viride ab igne
 enimvero si. correptum cremare et cum

C. 8. Continuatio. 1. *Quid*- sonitu spiritum emittere. Nec
quid — *turbinem*. Regula Aristotelles ab hac regula dis-
 cessit,

qualis Cometarum. Illorum rapidus ac violentus, et ipsis ventis citior est: Cometarum lenis: ^a et qui, per diem et noctem quantum transierint, abscondat. Deinde turbinum motus vagus est et disiectus, et, ut Sallustii utar verbo, verticosus: Cometarum autem compositus, et destinatum iter carpens. Num quis nostrum crederet, aut lunam, aut quinque sidera rapi vento, aut turbine rotari? Non, 3 ut puto. Quare? quia non est illis perturbatus et impotens cursus. Ad Cometas idem transferamus. Non confuse nec tumultuose eunt, ut aliquis credit illos causis turbulentis et inconstantibus pelli. Deinde etiam si vertices isti comprehendere terrena humidaque, et ex humili in altum exprimere possent: non tamen supra lunam efferent. Omnis illis usque in nubilum vis est. Cometas autem immixtos stellis videmus per superiora labentes. Ergo verisimile non est, in tantum spatium persevere rare

^{a.} et qui, per diem noctemque quantum transierint, abscondat. Cod. col. non habet, quod: memmianus, et qui. Brit. Gronov. et per quem d. n. quum transieris, abscondit. Emendavit Gron. et quo, vel, et qui — transierint, abscondant, vel, absconditur. Evidet his Viri praestantissimi vestigiis insistens dedi: et qui — transierint, abscondat. Cursus cometarum est lenis, ut is — abscondat. Mox Nicotian. codicem sequor, ut Sallustii utar verbo, quum antea vulgaretur, verbis.

cessit, Meteorol. II, 9. quem magis aestimabantur, Seneca Epigenes sequutus est. 2. cae quidem aevo, quam C. Sallustii, cuius praecipuus ceronis. Sic loquutio, cum libri, Historia romana, per cura, a nostro aliquoties ut iit, auctoritas etiam in Linnaea Sallustiana laudata est. Utroque romanae proprietate que in genere clarus fuit tuenda apud multos (cf. Sallustius, tum archaismo-Epist. CXIV.), qui antiquiorum amore, tum novandora amabant, Φιλαρχαῖον, rum verborum studio. Cf. haud exigua fuit. Quin et Aul. Gell. I, 15. iam eius formulae loquendi

rare turbinem: qui quo maior est, maturius corruptur.

IX. Utrumlibet itaque eligat: ^a aut vis levis tam alte pervenire non poterit, aut magna et concitata citius ipsa se franget. Praeterea humiliores illi Cometae ob hoc, ut putant, non exeunt altius, quia plus terreni habent. Gravitas illos sua in proximo tenet. Atqui necesse est, his Cometas diurnioribus et celsioribus, plenior materia sit. Neque enim diutius apparerent, nisi maioribus nutrimentis sus-
2 tinerentur. Dicebam modo, non posse diu verticem permanere, nec supra lunam, aut usque in stellarum locum crescere. Nempe efficit turbinem plurimum ventorum inter ipsos luctatio. Haec diu non potest esse. Nam quum vagus et incertus spiritus ^b convolutatus est, novissime uni vis omnium cedit.
3 Nulla autem tempestas magna perdurat. Procellae quanto plus habent virium, tanto minus temporis. Venti quum ad summum venerunt, remittuntur omni violentia. Necesse est ista concitatione in exitium sui tendant. Nemo itaque turbinem toto die vidit, ne hora quidem. Mira velocitas eius, et mira bre-

vitas

a. *aut vis levis tam alte p.* Ita ed. rom. Mureti: at aliae, ut Erasmus in tert. editione, *aut vis levis inde p.* Palat. tert. *aut levis vis tm̄ p.* Unde vulgata nostra venerit, e manuſcr. an ex ingenio Mureti, nondum liquet. Optima tamen est, et nisi a Seneca fuerit, digna tamen est, quae ab illo profecta sit. **b. convolutatus.** Sic Muretus, nescio, unde. Nam prius cusi libri et nonnulli codd.: *spiritus certi volatus est.* At Fortunati codd. et pal. tert., *certi volutatus est.* Unde non male Fortunatus fecit: *cum ceteris volutatus est.* Requiritur autem hic verbum luctationi proprium.

C. 9. Continuatio. **1.** *eli- usque — locum crescere.* gag Epigenes. **Praeterea —** Exprimit haec postea §. 4. *habent.* cf. c. VI, **1.** *ple- ubi sideribus iter est.* Terra nior materia **i. e.** multa enim hic in centro cogitatur, arida. c. VII, **2.** — **2.** *aut circaque eam sidera volvi.*

vitas est. Praeterea violentius celeriusque in terra 4 circaque eam volvitur: quo celsior, eo solutior, laxiorque est, et ob hoc diffunditur. Adiice nunc, quod etiam si in summum pertenderet, ubi sideribus iter est, utique ab eo motu, qui universum trahit, solveretur. Quid enim est illa conversione mundi citatius? hac omnium ventorum in unum coniecta vis disparetur, et terrae solida fortisque compages, nedum particula aëris torti.

X. Praeterea in alto manere non potest ignis turbine illatus, nisi ipse quoque permaneret turbo. Quid porro tam incredibile est, quam in turbine longior mora? Utique motus motu contrario vincitur: habet enim suam locus ille vertiginem, quae rapit coelum,

Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet.
Et ut det eis aliquam advocationem, quod fieri nullo modo potest: quid de his Cometus dicetur, qui senis mensibus apparuerunt? Deinde duo debent esse 2
motus

C. 10. Continuatio. 1. Ver- nerentur spatium septem die-
sus est Ovidii Metam. II, 71. rum annotatum est, longissi-
Et ut det — advocationem mum octoginta, Mureti con-
i. e. moram ac auxilium. iecturam sequaris, *longissi-*
Aliquoties Seneca hoc verbo *mum*, legentis, *centum octo-*
e consuetudine forensi posi- *ginta*, facili quippe omissione
to usus est: et huic Senecae ne τοῦ· C. Hi CLXXX dies
aevo solenne verbum fieri efficerent senos menses, an-
coepit hoc sensu. *quid de* num dimidiatum. Etiam re-
his — senis mensibus app.? centiores astronomi veram
Si Aristoteli haec nota et esse observationem docue-
observata fuissent, senten- runt. Sic Cometa a Godofr.
tiam haud dubie suam mu- Kirchio et Dörfelio Coburgi
tasset. Simile quid Plinius observatus per quinque men-
quoque N. H. II, 25. nota- ses videbatur, et ille notissi-
verat, si quidem in eius ver- mus, qui anno 1807 et 1808
bis: Brevissimum quo cer- apparuit, conspiciebatur in-
de

motus eodem loco: alter ille divinus et assiduus, suum sine intermissione peragens opus: alter novus et recens, et turbine illatus. Necesse est ergo alter alteri impedimento sit. Atqui lunaris illa orbita, ceterorumque supra lunam meantium motus irrevocabilis est: nec haesitat usquam, nec resistit, nec dat ullam nobis suspicionem obiectae sibi morae.

3 Fidem non habet, turbinem, violentissimum et perturbatissimum tempestatis genus, in medios siderum ordines pervenire, et inter disposita ac tranquilla versari. Credamus ignem circumacto turbine accendi, et hunc expulsum in sublime, praebere nobis opinionem speciemque sideris longi. At, puto, tale esse debet, quale est id quod ignem efficit.

4 Turbinis autem rotunda facies est. In eodem enim vestigio versatur, et columnae modo circumagentis se volvit. Ergo ignem quoque qui inclusus est, similem esse illi oportet. Atqui longus est, et disiectus, minimeque similis in orbem coacto.

XI. Epigenem relinquamus, et aliorum opinions persequamur. Quas antequam exponere incipiam, illud in primis praesumendum est, Cometas

non

de a d. XXII Septembr. 1807 *divinus* — *illatus*: prior usque ad d. XXVII Mart. motus, quatenus errans est 1808, et saeculo XXXIV stella; posterior, quatenus aerae nostrae, nisi fallimur, turbine natus. *Atqui lunare* redibit in conspectum posterris — *moraे*. Nunc conrorum. Cf. F. W. Besselii stat, ellipticum esse cursum, Untersuchungen über die cometasque turbationes scheinbare und wahre Bahn planetis illatas pati.

des im Jahre 1807 erschie- C. II. Cursus et forma Co-

nennen großen Kometen pp. metarum. 1. *Cometas non*

82. 4. 1810. Regiomont. ap. — *Septentrionem*. Haec

Frid. Nicolovium. Ceterum quoque Aristoteles Meteorol.

Seneca haec repetivit c. XII. I, 6. statuerat. Recentio-

et XXI, 2. — 2. *Alter ille* rum observationes firmant.

Cur-

non in una parte coeli adspici, nec in signifero tantum orbe, sed tam in ortu quam in occasu, frequentissime tamen circa Septemtrionem. Forma eis non est una. Quamvis enim Graeci discrimina fecerint eorum quibus in morem barbae flamma dependet, et eorum qui undique circa se velut commam spargunt, et eorum quibus fusus quidem est ignis, sed in verticem tendens: tamen omnes isti eiusdem notae sunt, Cometaeque recte dicuntur. Quorum quum post longum tempus appareant formae, inter se eos comparare difficile est. Illo ipso tempore, quo apparent, inter spectantes de habitu illorum non convenit: sed prout cuique acrior acies aut hebetior, ita dicit aut lucidiorem esse aut rubicundiorem, et crines ^a aut in interiora deductos, aut in latera divisos. Sed five sint aliquae differ-

ren-

a. aut in interiora deductos, aut in latera divisos. Sic Erasmus. At Fortun. et reliqui codd., *aut in latera demissos.* Brit. Gron., *aut in interiora demissos, aut in latera deductos.* Quia *deducti in interiora* latine non dicuntur breves et veluti circa caput accincti, Gronovius proponit scribendum, *reductos*, h. e. interius sinuatos; cf. VI, 1. init. Sed fortasse significat, addit Gron., britanicus, *aut in inferiora demissos, aut in latera diductos.* Equidem vulgatam deferere hac varietate nolim. Crines deducti in interiora videntur aciei hebetiori, i. e. collecti.

Cursus eorum et rectus et re- N. H. II, 25. *Quorum — trogradus, diversissimo mo- est.* Nostros astronomos do circa solem constitutus, et haec formae diversitas non inter solem ac Mercurium, turbat: sed alia sunt, quae inter Mercurium et Vene- difficultem faciant computum, rem etc. ductus est, septem- e. c. turbationes a planetis trionis tamen non praecipua in cometarum cursu motae, ratione habita. 2. *Quamvis elementorum conditio etc. — dicuntur.* Idem iam ob- 3. *Illo tempore — divisos.* servaverat Aristot. Meteorol. Hae dubitationes post tele- I, 7. Nomina haec cometascopiorum inventionem nul- rum graeca annotavit Plin. laedum sunt. Simile quid attu-

rentiae illorum, sive non sint, eadem fiant ratione
4 necesse est Cometae. Illud unum constare debet,
praeter solitum adspicere novam sideris faciem, circa
se dissipatum ignem trahentis. Quibusdam antiquorum
haec placet ratio: Quum ex stellis errantibus
altera se alteri applicuit, confuso in unum duarum
lumine, faciem longioris sideris reddi. Nec hoc
tunc tantum evenit, quum stella stellam attigit, sed
etiam quum appropinquavit. Intervallum enim, quod
inter duas est, illustratur ab utraque, inflammatur
que, et longum ignem efficit.

XII. His illud respondebimus, certum esse numerum stellarum mobilium. Solere autem eodem tempore et has apparere, et Cometen. Ex quo manifestum fit, non illarum coitu fieri Cometæ, sed proprium et sui iuris esse. Etiamnunc frequenter stella sub altioris stellae vestigium venit: et Saturnus aliquando supra Iovem est, et Mars Venerem aut Mercurium recta linea despicit: nec tamen propter hunc cursum, quum alter alterum subit, Cometæ sit: alioquin annis omnibus fieret: omnibus enim aliquae stellæ in eodem signo simul sunt.

attulerat iam Aristoteles Me- C. 12. Stellarum mobi-
teorol. I, 6. p. 739. B. — lium coitu cometas non fieri
4. Quibusdam antiquorum docetur. In hac opinione — ratio. Sunt Anaxago- refellenda sequitur/ noster ras et Democritus, qui Ari- Aristotelem Meteorol. I, 6 sq.
stot. Meteor. I, 6. init. aie- — 1. Etiamnunc, praeter-
bant: εἶναι τὰς ιομήτας ea. frequenter — venit.
σύμφασιν τῶν πλανητῶν ἀσέ- Pulchre Aristoteles de suopte
ρων, ὅταν διὰ τὸ πλησίον ἐλ- experimento lib. I. c. 6. Me-
θεῖν δόξωσιν θιγγάνειν ἀλ- teor. Αὐτοὶ ἔωράναμεν τὸν
λήλων. Appellat hos postea τὰς Διὸς ἀσέρα τοὺς ἐν Διδύμοις
p. 739. B. τοὺς τὴν σύγαψιν συνελθόντα τινὶ δις ἥδη παλ
λέγοντας. αἴφανίσαντα, ἀλλ' οὐ Κομή-
την

funt. Si Cometam faceret stella stellae superveniens, momento esse desineret. Summa enim velocitas transeuntium est. Ideo omnis siderum defectio brevis est: quia cito illas idem cursus, qui admoverat, abstrahit. Videmus solem et lunam intra exiguum tempus, quum obscurari cooperint, liberari: quanto celerior debet fieri in stellis digressio, tanto minoribus? Atqui Cometae senis mensibus manent: quod non accideret, si duarum stellarum conventu gignerentur. Illae enim diu cohaerere non possunt, et necesse est, ^a ut illas lex celeritatis suae semper agat. Praeterea ista nobis vicina videntur, ceterum intervallis ingentibus disident. Quomodo ergo potest altera stella usque ad alteram stellam ignem mittere, ita ut utraque iuncta videatur, quum sint ingenti regione diductae? Stellarum, inquit, duarum lumen miscetur, et praebet

^{a.} *ut illas lex celeritatis suae semper agat.* Sic Gronovio suadente reposui e cod. brit., quum antea esset, *et necesse est, illas lex celeritatis separat.* Interpretatur Gronov.: promoveat, nusquam confundere aut morari patiatur.

την γενόμενον. 3. quanto limbum lunae aut Mercurii celerior — digressio, i. e. ita radunt aut distringunt, ut celerius digredi oportet et hi ab uno sidere videantur a coetu se expedire stellas in oculum mitti. Nec re tanto minores luminaribus, fert, ingenti regione utramquae corpore in speciem brevi — que stellam diductam esse, viori et circumcisiori orbicu — quia intervallum illud non lo sunt, ideoque una alte — est transversale, quale v. g. ram citius nudat definitque inter solem et lunam in pletegere. *Atqui — gignerentur* nilunio, sed secundum litter. Cf. ad c. X, 1. — neam rectam, quae a stella 4. *Quomodo ergo — diducit* fixa per corpus planetae in ctae. Iuncta tamen ei aperte oculum descendit; ideoque parere potest, observat Fronos e terra sentire intervalmondus, quia radii eius lum non possumus. *inquit*

bet unius speciem. Nempe sic, quemadmodum rubicunda fit nubes solis incursu, quemadmodum vespertina aut matutina slavefcunt, ^b quemadmodum arcus alterne nec nisi sole pingitur. Haec omnia primum magna vi efficiuntur. Sol enim est, qui ista succedit. Stellarum non est eadem potentia. Deinde nihil horum, nisi infra lunam in terrarum vicinia nascitur. Superiora pura et sincera sunt, et coloris sui semper. Praeterea si quid tale accideret, non haberet moram, sed extingueretur cito: sicut coronae, quae solem lunamve cingunt, 6 intra brevissimum spatium exolefcunt. Nec arcus quidem diu perseverat. Si quid esset tale, quo medium inter duas stellas spatium confunderetur, aequo cito dilaberetur. Utique non in tantum maneret, quantum morari Cometae solent. Stellis intra Signiferum cursus est, hunc gyrum premunt: at Cometae ubique cernuntur. ^c Non magis certum est illis tempus quo appareant, quam locus ullus, ultra quem non exeant.

XIII.

^{b.} *quemadmodum arcus alterne nec nisi sole pingitur.* Sic Gronov. emendavit duce cod. brit., qui praestitit, q. *arcus nec nisi sole vincitur*; cf. I, 3. Lectio vetus erat: q. *arcum alterne sol visit*. Duo codd. Oplop.: q. *arcus alterne nisi sole vincitur*. Oplopoeus assumta hac lectione dedit, *visitur*, etc. Cf. not. ^{c.} *Non magis certum est illis tempus* etc. Luculentius britann. *Horum non magis certum est ulli tempus.* Gronov.

adversarius. *vespertina* aut *exeant*. Egregie hoc obsermatutina sc. nubes. — 5. vatum est. Nam facile fieri *Superiora — sunt*. Nulla potest, quin adeo verisimile opacitate infuscata, quae rara est, quum cometarum circulum illapsum in varios co-cuitus centum, quin mille lores permisceat. — 6. *Stellis plurimum annorum spatialis — premunt*. Planetis: continetur, ut tantum absit, nam fixae alios gyros premeantur: ut tantummodo nostro systemate possunt. *Non magis — mati solari intelligentur*, ut potius

XIII. Adversus hoc ab Artemidoro illa dicuntur, non has tantum stellas quinque discurrere, sed solas observatas esse. Ceterum innumerabiles ferri per occultum, aut propter obscuritatem luminis nobis ignotas, aut propter circulorum positionem talem, ut tunc demum, ^a quum ad extrema eorum venere, visantur. Ergo intercurrunt quaedam stellae, ut ait, nobis novae, quae lumen suum cumstantibus misceant, et maiorem quam stellis mos est, porriganter ignem. Hoc ex his quae mentitur, levissimum est: tota eius narratio mundi menda-

B b 2 cium

- a. *quum ad extrema eorum.* Sic omnes fere codd.: unus omittit eorum, probante Gron. Erasmus in tertia edit. *quum ad dextra e.* Lipsii et Gronov. edd. *quum ad extrema*

tius aliis quoque systematibus illo tempore verum erat: solum annumerandi sint. Fortasse illi le et luna exclusis, quinque luminis sphaera egregia illuminatae numerabantur, cf. tres cometae fuerunt alienigenae, Koeleri Allg. Geogr. der Algenae, qui usque ad nostrum ten, I. p. 403 sq.: et postea solem iter multorum millium rius non vanum esse constat: annorum emensi erant. quot enim astra detecta nunc

C. 13. Artemidori opinio novimus nova per telescoponitur et refutatur. 1. *Artemidorus.* cf. ad I, 4, 3 not. *pia,* et nostra adeo memoremur, et nostra adeo memoremur, ria quinque planetas, Ura- Ex atomis, quae h. l. memoriam, Cererem, Iunonem, rantur, non colligi potest, Palladem et Vestam, quos Artemidorum Epicuri fuisse Piazzi, Herschelii, Olbersii asseclam, recte dubitante etc. diligentiae ingeniosae ac- Gassendo T. V. p. 190. Opp. ceptos referimus! *quum ad Eas* etiam ab aliis, e. c. a *extrema — visantur.* Positio Democrito mutuari potuit. est haec in perigaeo, quae Clarum tamen esse videtur, terris est maxime vicina. Artemid. post Democrit. et 2. Luminis stellarum mixtio, Aristot. vixisse, et si eius opinio ab horum doctrina mul- quae etiam Artemidoro planio cuit, est illa σύμφασις Anatum abhorreat. *non has — xagorae et Democriti c. XI, 4. esse — visantur.* Hoc prius *mentitur,* fingit. *narratio,*

ex-

cium impudens est. Nam si illi credimus, summa coeli ora solidissima est, ^b in modum tecti durata, et alti crassique corporis, quod atomi congestae coacervataeque fecerunt. Huic proxima superficies est ignea, ita compacta, ut solvi vitiarique non possit. Habet tamen spiramenta quaedam et quasi fenestras, per quas ex parte exteriore mundi influant ignes, non tam magni, ut interiora conturbent. Rursus ex mundo in exteriora labuntur. Itaque haec quae praeter consuetudinem apparent, influxerunt ex illa ultra mundum iacente materia. Solvere ista quid aliud est, quam manum exercere, et in ventum iactare brachia?

XIV. Velim tamen mihi dicat iste, qui mundo tam firma lacunaria imposuit, quid sit quare credamus

tremam e. b. *in modum tecti durata.* Cod. brit. *in modum testei.* Forte, *in modum testae durata.* Diogenes Laertius: τὸν δ' Ἀναξαργόγαν εἶπεν, ὡς ὅλος ὁ οὐρανὸς ἐκ λιθῶν συγκέστο. Gron. Locus Diog. Laert. est II, 12. Sed *tecti*, quod nos dedimus, veram lectionem esse, docent capititis sequentis prima verba, ubi lacunaria magis *tecti* duritiae favere videntur, quam *testae* duratae. Mox illa, *ex illa ultra mundum iacente*, e coniect. Opfopoei et Gruteri sunt, quum codd. dent, *ex illa utraque mundum iacentem.* Erasmus: *ex illa utraque mundi iacente materia.*

explicatio. summa coeli — tarch. De plac. phil. II, 13. *fecerunt.* Similia praecepit Empedoclem, Leucippum et Empedocles (Collect. a Sturz. Democritum. Vide Koeler fact. p. 321.). Poëtarum Allg. Geogr. der Alten, I. p. antiquissimorum sententiam 400 sq. — 3. *manum exercab* Artemidoro esse expref- cere — *brachia.* Sumtum sibi in aprico est, cuilibet hoc a pugilibus, qui irrito notissimam, qui Homerum ictu aera interdum pro adrecte legerit. Cf. Vols. my- versario feriunt. Cf. Intpp. tholog. Brief. XXVII. Opi- ad Pauli Epist. ad Corinth. nione: n hanc expolivisse phi- I, 9, 26. οὐτω πνυτεύω, ὡς losophos, atomis suis tueri οὐν αἴρει δέρων. Artemidorum patet. Aucto- C. 14. Contin. 1. *Lacunaria,* res opinionis appellat Plu- quae supra *tectum* appella- verat.

mus illi tantam esse crassitudinem coeli. Quid fuit, quod illo tam solida corpora adduceret, et ibi detineret? Deinde quod tantae crassitudinis est, necesse est et magni ponderis sit. Quomodo ergo in summo manent gravia? Quomodo illa moles non descendit, et se onere suo frangit? Fieri enim non potest, ut tanta vis ponderis, quantam ille substituit, pendeat, et levibus innixa sit. Nec illud quidem potest dici, extrinsecus aliqua esse retinacula, quibus cadere prohibeatur. Nec rursus de medio aliquid esse oppositi, quod imminens corpus excipiat ac fulciat. Illud etiamnunc nemo dicere audebit, mundum ferri per immensum, et cadere quidem, sed non apparere, an cadat: quia praecipitatio eius aeterna est, nihil habens novissimum, in quod incurrat. Hoc quidam de terra dixerunt, 3 quum rationem nullam invenirent, propter quam

B b 3 pon-

verat. Vid. Epist. XC, 8not. *enim — fulciat.* Etsi do- Ernesti Clav. Cic. h. v. *illo* cfrina nostra de gravitate his in illum locum. Artemido- dubitationibus aliquatenus rus autem hoc suum dogma melius intelligendis servit, posuisse videtur, nulla, qua tamen mirabilia haec esse fulciret, ratione adiuncta: patet, nec, qua ratione evenam poëtae et auctores, un- niant, a quoquam explicari de acceperat, opinionis pro- posse. *Illud — incurrat.* batione liberabant. *Quo- Dogma est stoicum, saepe a modo — gravia? — fran-* nobis expositum. 3. *Hoc git?* Si vim centrifugam et *quidam* Pythagorei, quin centripetalem, ideoque do- ipse Anaxagoras. Simile cfrinam de gravitate, quaen quid protulit Xenophanes, Isaaco Neutono debemus, inferiorem terrae partem sine novisset, haec non contra fine esse, et radicem in infi- Artemidorum adduxisset. Nec nitam profunditatem proie- Lucretii sui I, 983 sq. meino- cisse: irrisus propterea ab rem fuisse miror. Anaxago- Aristotele de Coelo II, 12.: ras quoque ab hac sententia qui ait, istum hoc dixisse, non distabat. — 2. *Fieri* ne causam aliam quaerendo nego-

pondus in aëre staret. Fertur, inquiunt, semper: sed non apparet, an cadat, quia infinitum est in quod cadit. Quid est deinde quo probes, non quinque tantum stellas moveri, sed multas esse, et in multis mundi regionibus? Aut si hoc sine ullo probabili argumento; licet respondere, quid est, quare non aliquis aut omnes stellas moveri, aut nullam dicat? Praeterea nihil te adiuvat ista stellarum passim euntium turba. Nam quo plures fuerint, saepius in alias incident: rari autem Cometae, et ob hoc mirabiles sunt. Quid, quod testimonium dicet contra te omnis aetas, quae talium stellarum exortus et annotavit, et posteris tradidit?

XV. Post mortem Demetrii Syriae regis, cuius Demetrius et Antiochus liberi fuere, paulo ante Achaim bellum Cometes effulsit, non minor sole. Primo igneus ac rubicundus orbis fuit, clarumque lumen emittens, quanto vinceret noctem. Deinde paulatim magnitudo eius districta est, et evanuit claritas. Novillime autem totus intercidit. Quot ergo

negotium sibi facefferet. Cf. Appian. Syr. c. 67. T. I. 4. *rari — sunt.* Ideo illa p. 637. Schwgh. Filii eius luminis stellarum coniunctio Syriam divisam tenebant ut cometas creare non potest: reges diversi. *Bellum achaium* quo plures enim stellae, eo *cum*, Corinthi excidio proplures hae coniunctiones, fligatum est ol. 158, 2, ante ideoque et cometae. *Quid — Christ.* 146. Cometae *huius* tradidit? nulla tamen coius nulla alibi, quod sciam, metarum, quos hinc exoriri mentio fit. *Magnitudo — oportebat, mentione in-districta est.* Sic etiam ille iecta. nuperus anni 1618 et uni-

C. 15. Continuatio. 1. versi paene paulatim et *Post mortem Demetrii* I. particulatim distinguntur, Soteris, qui ol. 157, 2, ante carpuntur et tabescunt dein- Chr. nat. 151 mortuus est, de, evanescuntque in aërem.

Fro-

ergo coire stellas oportet, ut tantum corpus efficiant? Mille in unum licet congreges, nunquam ² hunc ^a habitum solis aequabunt. Attalo regnante, initio Cometes apparuit modicus. Deinde sustulit se diffuditque, et usque in aequinoctialem circumlum venit, ita ut illam plagam coeli, cui lactea nomen est, in immensum extentus aequaret. Quot ergo convenisse debent erraticae, ut tam longum coeli tractum occuparent igne continuo?

XVI. Contra argumentum dictum est: contra testes dicendum est. Nec magna molitione detrahenda est auctoritas Ephoro: historicus est. Qui-

B b 4
dam

a. *habitum.* Mss. omnes *habitum.* Cf. V, 15, 4. terrarumque pendentium habitus. Valer. Max. 3, 7. habitum maris etc. Gruterus iam commendaverat. *Ambitum* Muretus dederat. Mox *Attalo regnante:* quidam codd. addunt, alius, *in Graecia*, alius, *vel in Graecia*, quas voces nil nisi interpretamenta, et ea perquam insulsa atque indocta esse, in propatulo est.

Fromond. — 2. *Attalo I.*, gründe der Naturlehre, §. qui ol. 135, 2 regis titulo 644 sq. *Deinde* — *aequumto per 43 annos regnavit. ret.* Aristotel. Meteorol. I, Hunc autem a Seneca dictum 7 et 8. conferri meretur, ubi inde patet, quod Attalus ille cometarum origo in primis in plerumque sic nude vocatus via lactea ponitur.

intelligendus est. Reduces a C. 16. Testes refutantur. sole Cometae, quasi male af- 1. *Nec magna — est.* Defecti, facie diminuta atque *Ephoro* non omnes critici dilacerata apparere solent, antiqui cum Seneca consen- quin etiam ita in nubes dis- tiunt: ab his laudatur, ab il- solvi, ut non amplius con- lis culpatur: qua in lite di- spiciantur. Sic Herschelius rimenda nos sedere iudices (Philosoph. Transact. Vol. non valemus, omnibus eius LXXIX. P. II.) nullum nu- scriptis iniuria temporis de- cleum in cometa, qui anno perditis. Eius quidem fides 1788 apparuit, telescopio- neque ubique eadem est, rum vel maximorum usu re- nec esse potuit: multa fabu- perire potuit. Cf. Lichten- losa tradidit, quippe quae berg ad Erxleben. Anfangs- fando acceperat; sed qui- bus

dam incredibilium relatu commendationem parant, et lectorem aliud acturum, si per quotidiana duceretur, miraculo excitant. Quidam creduli, quidam negligentes sunt: quibusdam mendacium obrepit, quibusdam placet. Illi non evitant, hi appetunt.

2 Et hoc in commune de tota natione: quae a approbari opus suum, et fieri populare non potest posse, nifi illud mendacio aspersit. Ephorus vero non religiosissimae fidei, saepe decipitur, saepe decipit.

a. *approbari* e ms. brit. reg. restituit Gronov., proprietate etiam sermonis postulante. Qui locant opus, probant, quod iis a conductoribus approbatur. Melius igitur, quam quod antea vulgabatur, *approbare*. Mox *descellisse* a Mureto est, praefatque lectioni codd. et edd. *descendisse*, ut sequentia doceat.

bus ipse ut aequalis interfuit, que ad ol. 109, 4, ante Chr. in iis eius fides non labefactat. 341. Cf. Fabric. Bibl. ctatur. Laudatur saepe a Gr. Vol. II. p. 555. 800. et Polybio, e. c. V, 33., qui Baelii Lexic. hist. v. Ephore, eum adeo omnibus historicis ubi et nostri loci mentio fit. praeferre non dubitabat, nec *Quidam — excitant*. Ae-Diodorus Siculus (cf. Heynii vum alexandrinum talibus Commentat. III. p. 107 sq. historicis non caruit. Ipsum de fontibus Diodori Sic.), Theopompum mythis non Strabo aliquis eum laude in abstinuisse constat. Nec postdignum aestimabant. Altera ea hoc vitio historia libera tamen ex parte Callisthenes mansit, Luciano De conscri- et Theopompus eum culpa- benda historia aliisque testi- runt, nec ipsi sine causa ido- bus. — 2. *Et hoc — na-*
ne. Caeterum fuit Cumani-*tione* historicorum. *quae* nus ex Aeolide, qui Athene — *aspersit*: iam ab initio nas se contulit ibique Isocra- historiae conscribendae hoc tis se dedit in disciplinam, observare licet. Primi enim cuius hortatu historiae scri- mythos composuerunt, a benda operam navavit. mythis historias suas incep- Composuit historicum opus runt, fabulosa historiis in- universale, uti vocamus, farserunt, adulandi, immi- quod exorsus est ab Heracli- nuendi, variandi studio in- darum reditu, a. 1091 ante dulserunt omni tempore: Christ. nat. et deduxit us- quamquam in his haud pa- ci

eipit. Sicut hic Cometen, qui omnium mortalium oculis custoditus est, quia ingentis rei traxit even-
tus, quum Helicen et Burin ortu suo merserit, ait illum discessisse in duas stellas: quod praeter illum nemo tradidit. Quis enim posset observare illud 3 momentum, quo Cometes solutus, et in duas par-
tes redactus est? Quomodo autem, si est qui vi-
derit Cometen in duas dirimi, nemo vidi fieri ex duabus? Quare autem non adiecit, in quas stellas divisus sit, quum aliqua ex quinque stellis esse de-
buerit?

XVII. Apollonius Myndius in diversa opinio-
ne est. Ait enim, Cometen non unum ex multis
erraticis effici, sed multos Cometas erraticos esse.
Non est, inquit, ^a species falsa, nec duarum stel-

Bb 5 larum

^{a.} *Species falsa.* Sic omnes codd. et edd., praeter codicem brit., qui habet, *species fissa*, Gronovio, ut semper, ab eius

ci fuerunt, quibus fides a C. 17. Apollonii Myndii multis detracta, postea ta- sententia. I. Ex hoc loco men a doctioribus restitue- discimus, *Apollonium Myn-*
batur, e. c. Herodotus. dium Senecae aequalem fuil-
3. Nimio calore senem bo- se. In Fabricii Bibl. Graec.
num h. l. se abripi pati ap- lib. III. cap. 20. p. 152. Vol.
paret. Quidni autem nu- IV. Harles., ubi eius mentio
cleus Cometae in duas par- facta est, Apollonii aetas non
tes dirimi possit, quum ta- additur, quae ibi ex hoc
men sciamus, a sole redu- ipso etiam ibi adducto loco
cem Cometam malae saepe apponi debet. Nam totum
esse conditionis, et fere eva- hoc caput eius sententia af-
nescere? Neque opus est, ferenda continetur. Sed
ut quod in duas partes diri- multos — esse. Distinxit
mitur, antea ex duabus con- itaque Apollonius cometas,
flatum fit, neque historicum alias innuens erraticos s. pla-
culpare licet, quod traditio- netas esse, alias in nebulae
nem attulerit. Sed de loco dissolvi, cur suque adeo fir-
indicare non possumus invi- mo destitui. Non est ex-
dia temporis nobis erupto: tentus: refutaverat itaque
Anaxa-

larum confinio ignis extentus: sed et proprium sidus Cometes est, sicut solis aut lunae. Talis forma est, non in rotundum restricta, sed procerior, et in longum producta. Ceterum non est illi palam cursus: altiora mundi secat: et tunc demum apparet, quum in imum cursus sui venit. Nec est quod putemus, eundem visum esse sub Claudio, quem sub Augusto vidimus: nec hunc qui sub Nerone Caesare apparuit, ^b et Cometis detraxit infamiam, illi simi-

eius partibus stante. Scilicet, ait, habens intervallum: quod esset, si duarum stellarum confinio decepti oculi nostri unum ignem putarent, qui duarum est, atque adeo inter se maxima intercapidine divisus. Sed vulgata bona est, et cap. 30, 2. huius lectionis confutationem habet, ipso indicante Gron. ^{b. et}, quod defuit in omnibus codd. et edd. inferi recte iussit Gronov., ne hiet indecora oratio.

Mox

Anaxagoram, Democritum Senecam tunc grandiuscu-
et Ariftotelem, tuitusque lum et circiter annum aeta-
erat Pythagoreorum de Co- tis quintum et decimum suis
metis periodice orientibus se coniicit. *sub Nerone*
(διά τινος ἀριστερένου χρόνου Caesare). Ita tamquam prae-
περιοδιῶς ανατέλλονται. Cf. sententia et adhuc in oculis Olympiod. ad Aristot. Meteo- Cometam illum appellat. De
rol. p. 11. a.) dogma. Cf. eo Tacitus ad a. u. 813. In
Aristot. Meteorol. I, 6. — 2. ter quae et sidus Cometes ef-
quum in imum — venit. fulsit, de quo vulgi opinio
In perigaeum epicyclii sui est, tamquam mutationem
aut eccentrici descendit. Fro- regis portendat. Igitur quasi
mondus. *sub Claudio.* De iam depulso Nerone quisnam
eo Plin. N. H. II, 25. In no- diligenter, inquirebant. Is
stro aevo circa beneficium, ergo quinquennio solum an-
quo Clavius Caesar impe- te Senecae necem effulsit,
rium reliquit Domitio Nero- qui anno u. c. 818. a Nerone
ni, ac deinde principatu mori iussus: unde libros istos
eius, sidus affiduum prope Naturalium proxime vitae
ac saevum. *sub Augusto.* finem scripsisse manifeste col-
Istud est, quod lib. I. c. 1. cir- ligas. Fromondus. *et co-*
ca Divi Augusti excessum vi- metis detraxit — emersit.
diffe se dicit. Unde Lipsius Hic nihil ultra minas et ter-
rorem

similem fuisse, qui post necem divi Iulii, Veneris Iudis Geneticis, circa undecimam horam diei emerit. Multi variique sunt, dispare magnitudine, dis- 3 similes colore. aliis rubor est sine ulla luce: aliis candor, et purum liquidumque lumen: aliis flamma, et haec non sincera, nec tenuis, sed multum circa se volvens fumidi ardoris. Cruenti quidam, minaces, c. qui omen post se futuri sanguinis ferunt.

Mox *necem* a Fortunato est, qui putabat, in eam dictionem esse mutandum verbum *negans*, post, *similem fuisse*, olim in impressis alieno loco positum. Dio Caff. 45, 7. huius cometae meminit occasione ludorum post Iul. Caesaris mortem habitbrum. *Veneris Iudis Geneticis* omnes codd. et edd. Muretus mutavit ordinem, *Iudis Veneris Genetr.* — c. qui omen post se futuri sanguinis ferunt. Vulgata haec bona est, quippe a codd. confirmata. Alii, qui omen *prae se* ferunt latinitate dubia. Britann. cod. qui crimen post se,

rorem attulit, ex vulgi opi- si Halleio fidem habeas, qui nione, Neroni: verum alius, anno 1680 apparuit, et 1759 qui quarto anno post emer- rursum in conspectum venit. fit, innocentiam huius, san- Ceterum ex his facile est ad guine Senecae et tot illu- intelligendum, Apollonium strum capitum, quae coniu- Myndium statuisse, et cum raverant in Neronem, egre- eo totam antiquitatem, Co- gie pensavit, iudice Fromon- metarum cursum non com- do. Cf. Tacitus XV. Ann. c. putari posse, saltem non com- 47. Post necem Iulii Caesaris putatum esse: quod tamen stella crinita per septem dies inde a Dörfelio, astronomo continuos fulsit. Sueton. Iul. germanico, et Is. Neutono, 88. Idem tradit Plin. II, philosopho illo britannico, 25 etc. Apparuit vesperi et saepissime factum esse con- occaso iam sole, circa un- stat, nuperrime a Besselio su- decimam horam diei. Solem pra laudato. 3. *Aliis rubor.* igitur occidentem non longe Hos mathematici, i.e. astrolo- seqnebatur, caudamque ver- gi, vocant martiales, uti candi- sus Orientem effusam pone dos et digestae lucis, vene- trahebat, gemellus illi anni reos, pallidos autem et 1577, de quo tam multa plumbo similes, saturnios. Tycho est commentatus. Fro- Fromond. *fumidi ardoris.* mond. Hic est ille Cometa, Talis Plinio lampadias, qui, ut

hi minuunt augentque lumen suum, quemadmodum alia sidera: quae clariora, quum descendere, sunt, maioraque ex loco propiore visuntur; minora, quum redeunt, et obscuriora, quia abducunt se longius.

XVIII. Adversus hoc protinus respondeatur, non idem accidere in Cometis, quod in ceteris. Cometae enim quo primum die apparuerint, maximi sunt. Atqui deberent crescere, quo propius accederent. Nunc autem manet illis prima facies, donec incipient extingui. Deinde quod aduersus priores, etiam adversus hunc dicitur: Si erraret Cometes, effetque sidus, intra signiferi terminos moveretur, ^a intra quos omne sidus cursus suos colligit. Nunquam apparent stella per stellam. Acies nostra non potest per medium sidus exire, ut per illud superiora prospiciat. Per Cometen autem non ali-

se, confusis inter scribendum vocibus *omen* et *crimen*. Gronovius tamen nescit, utrum vulgata an hanc britannici lectionem magis probare debeat. Tunc sensus effet: quos criminantur tamquam praenuntios caedium et sanguinis postea futuri.

a. *intra quos reduxi e cod. nicot. ap. Opopoeum.* Vulgatum fuit *quod*, nihil tamen habens, quo referatur, quum *Signifer sc. orbis neutrius loco esse nequeat. Quos sc. terminos.* Mox *stella per stellam* vulgata bene habet. Britann. *stella super stellam*: quod rectius putat Gronovius: „nam alterum, ait, statim pro ratione huius dicturus est. Ubi idem, ut per illud editiora prospiciat: non, *superiora.* Praeclare profecto, et facile videoas hoc illius interpretationum esse. Hoc ipso libro c. 5, 1. At contra *trabes editior coeli pars ostentat.*“ Evidem tamen huic Gronovii sententiae adstipulari non possum: neque hoc neque illud preeferam. Tò per esse sinceram lectionem, ultima huius capituli verba docent, *Per Cometen etc. et superiora idem fere est quod ulteriora.*

ut ait II, 25., ardentes imita- lis. *quo propius visui no-*
tur faces. *stro. extingui*, evanescere

C. 18. Refutatio huius re, ut non amplius conspi-
opinionis. 1. *in ceteris stel-*
ciantur. 2. *Per Cometen*
autem.

aliter quam per nubem ulteriora cernuntur: ex quo apparet, illum non esse fidus, sed levem ignem ac tumultuarium.

XIX. Zenon noster in illa sententia est: congruere iudicat stellas, et radios inter se committere: hac societate luminis existere imaginem stellae longioris. Ergo quidam nullos esse Cometas existimant, sed species illorum per repercussionem vicinorum siderum, aut per coniunctionem cohaerentium redi. Quidam aiunt esse quidem, sed habere cursus suos, et post certa lustra in conspectum mortaliū exire. Quidam esse quidem, sed non quibus siderum nomen imponas: quia dilabuntur, nec diu durant, et exigui temporis mora dissipantur.

XX. In hac sententia sunt plerique nostrorum; nec id putant veritati repugnare. Videamus enim, in

autem. Quandoque fortassis, Cittieus, conditor saec., non semper. Nam pluteae stoicae celeberrimus, de rimi tam densi aut opaci cor- quo Brucker Hist. cr. phil. I. poris, ut nulla oculorum p. 895 sq. aliquie scriptt. hist. acie penetrari valeant. Imo phil. videndi sunt. Senten- ipse Seneca c. XXVI, 1. Per tiam itaque Anaxagorae et stellas — et in crines disper- Democriti suam fecit Zenon: gitur. Id est per barbae aut σύμφασιν, σύγχυψιν appellat caudae crines, non per Co- hanc stellarum congruentiam metae caput ulteriora possunt Aristot. Meteor. I, 6. — cerni. Quod etiam in co- 2. *Quidam*, ut Pythagorei, meta anni 1618 experimento Hippocrates et Aeschylus ap. didicimus: (per caudam fixas Aristot. I. 1. et Apollonius confici constat). Don Ulloa Myndius. *quidam — dissi-* anno 1778 d. 24. Iun. forap- *pantur*, ut Aristoteles, Epi- men in Luna observabat. Cf. genes, al. Lichtenberg ad Exleben An- C. 20. Sententia Stoico- fangsgr. der Naturlehre §. rum. 1. Stoici itaque Ari- 633. stotelem hac in re sequuti

C. 19. Variae sententiae sunt. Versus est Virgilii Ge. de Cometis. 1. *Zenon no-* I, 367., laudatus iam I, 14, 2.

In

in sublimi varia ignium concipi genera, et modo coelum ardere, modo

Longos a tergo flamarum albescere tractus,
 modo faces cum igne vasto rapi. ^a Iam ipsa fulmina, etsi velocitate mira, simul et perstringunt aciem, et remittunt, ignes sunt aëris triti, et im-
² petu inter se maiore collisi. Ideo ne resistunt qui-
 dem, sed expressi fluunt, et protinus pereunt. Alii
 vero ignes diu manent: nec ante discedunt, quam
 consumtum est omne, quo pascebantur, alimentum.
 Hoc loco sunt illa a Posidonio scripta miracula, co-
 lumnae, clypeique flagrantes, aliaeque insigni novi-
 tate flammae: quae non adverterent animos, si ex
³ consuetudine et lege decurrerent. ^b Ad haec stu-
 pent omnes, quae repentinum ignem ex alto effe-
 runt, sive emicuit aliquid et fugit, sive compresso
 aëre et in ardorem coacto, loco miraculi stetit.

Quid

^{a.} *Iam ipsa fulmina* etc. Gron. bene reposuit e britann. et gall. codd. Oplopoei, quum antea esset: *Ipsa etiam fulmina — relinquunt ignes, quos aëris.* In versu Virgil. nulla hic varietas lectionis enotata est. ^{b.} *Ad haec stupent omnes, quae — e palatinis duobus optimis, qui habent omnesque, Grutero praeeunte feci.* Codex quartus, qui non est optimae notae, praefstat, *omnesque cum, unde Gronov. iusto audacius fecit: Ad haec stupent omnes, cum*

In Virgilio nunc legitur: 1. duce Posidonium haec flamarum longos a tergo tractasse appetet. *Clypeique* albescere tractus. 2. *Posi- flagrantes.* Plin. II, 34. *donio.* Eius libri Περὶ μέτ- Clypeus ardens ab occasu ad εώρων celebres fuere in an- ortum scintillans transcurrit, tiquitate, quorum Diog. solis occasu L. Valerio, C. Laert. VII, 144. librum de Mario Coss. — 3. *sive emi-* cimum septimum laudat. *cuit — fugit*, v. c. fulmen, Posidonii reliquias perquam traiectiones stellarum. *sive* opportune collectas illustra- *compresso — stetit.* v. c. vit Io. Bake, Lugd. Bat. 1810. trabes. Cf. I, 14. II, 54. Aristotele autem Meteor. III, Versus Virgil. Aen. IX, 20.

Quid ergo? Non aliquando lacuna cedentis retro-aetheris patuit, et vastum in concavo lumen? Exclamare posles: Quid est hoc?

— — *medium video discedere coelum,*

Palantesque polo stellas. — —

quae aliquando non exspectata nocte fulserunt, et per medium eruperunt diem. Sed alia huius rei⁴ ratio est, quare alieno tempore apparent ^c in aëre, quas esse, etiam latentes, constat. Multos Cometas non videmus, quod obscurantur radiis solis: quo deficiente, quendam Cometem apparuisse, quem sol vicinus obtexerat, Posidonius tradit. Saepe autem quum occidit sol, sparsi ignes non procul ab eo videntur. Videlicet ipsa stella sole perfunditur, et ideo adspici non potest: ^d comae autem radios solis effugiunt.

XXI.

cum quid repentinum ignem ex alto effert. *c. in aëre,*
quas esse, etiam latentes, constat. Sic cum Gronov. e
cod. brit., qui habebat *latenter*, dedi. Vulgata ap. Erasm.
etc. non habet *in aëre*, et pro *latentes* habet, *quum la-*
terent. Recte iudicat Gronov. hanc brit. lectionem potio-
rem esse variis in diversis libris scripturis horum verborum
ap. Grut. Palat. tert. quare alio temp. apparent tempora-
aëre, etiam cum latent constant. pal. quart. q. a. tēp.
app. in aëre, quas esse et cum late coruscat. *Col. quae*
alio temp. app. aëre, quas etiam cum latent praestant. —
d. comae. Sic egregie emendavit Gron. vulgatam: *Come-*
tae, quod hic locum habere nequit. Hos, ait recte Gron.,
vult Seneca, esse ipsos illos ignes, qui non procul a sole
videntur.

21. *Non exspectata nocte caudam esse existimat.* Fro-
fulserunt. Plin. II, 26. Emi-
mond. *ipsa stella cometæ*
cant et faces non nisi quum caput nimis vicinum soli,
desidunt, vilæ: qualis Ger- ideoque cum ipso occidens
manico Caesare gladiatorum et oculos effugiens. *radios*
spectaculum edente, praeter — effugiunt: comae enim
ora populi, meridiano trans- a sole semper aversi conspi-
currit. *sparsi ignes*, quos ciuntur.
Seneca Cometae comam, aut

XXI. Placet ergo nostris, Cometas, sicut fa-
ces, sicut tubas, trabesque, et alia ostenta coeli,
denso aëre creari. Ideo circa Septemtrionem fre-
quentissime apparent, quia illic plurimum est aëris
pigri. Quare ergo non stat Cometes, sed proce-
dit? dicam. Ignium modo alimentum suum sequi-
tur; quamvis enim illi ad superiora nifus est, ta-
men deficiente materia retroiens ipse descendit. In
aëre quoque non dexteram laevamque premit par-
tem. Nulla enim illi via est: sed qua illum vena
pabuli sui duxit, illo repit, nec ut stella procedit,
sed ut ignis pascitur. Quare ergo per longum tem-
pus appetet, et non cito extinguitur? Sex enim
mensibus hic, quem nos Neronis principatu^a lae-
tissimo vidimus, spectandum se praebuit, in diver-
sum illi Claudiano circumactus. Ille enim a Septem-
trione

a. *laetissimo*. Recte quorundam impetum corrigendi, *laetissimi*, retudit Gronov., qui, quod nunc notissimum est et cuiuscunque linguae proprium, docet, et res dici *laetas*. Servius ad Virgil. Georg. I, 102. *laetum*, ait, prout res fuerit, accipiamus: ut *laetus homo*, id est, *hilaris*, *laetum pecus*, id est, *pingue*, *laetum legumen*, id est, *fertile*, et sic in reliquis. Sic γελᾷν, *ridere*, *lachen*, *smile*, *rier* etc. de rebus quoque in usu sunt: cf. Ruhnken. et Mitscherlich ad Hy. Homeric. in Cerer. 13.

C. 21. Explicatur illa Stoicorum sententia. 1. *Placet* deribus adnumerat. 2. *Sex — nostris*, stoicis recentioribus: nam Zenonem aliam X, 1. not. Cometes hic effide cometis sententiam tulisse fulsit a. u. 814, anno Chr. supra c. XIX, 1. vidimus. 61. Tacit. Ann. XIV, 22. Hi recentiores Aristotelem Sueton. Ner. 36. *Claudia-*
sequebantur: accedente opere no. Cf. Sueton. Claud. 46. *nione Stoae* post alios pro vide supra c. XVII, 2. not. *pria*, *alimenta sua quemque Neronis principatus laetis-*
cometam quaerere ignium simus multis displicuit, qui modo. Ipse refellit tamen adulationem hic apertileos cap. XXV. sq. ubi Co-simam in Neronem viderunt.

Quare

trione in verticem surgens, Orientem petiit semper obscurior; hic ab eadem parte coepit, sed in Occidentem tendens, ad meridiem flexit, et ibi se subduxit oculis. Videlicet ille humidiora habuit, et aptiora ignibus, quae prosecutus est: huic rursus uberior fuit et plenior regio. Huc itaque descendunt, invitante materia, non itinere. Quod apparet duobus, quos spectavimus, fuisse diversum: quum hic in dextrum motus sit, ille in sinistrum. Omnibus autem stellis in eandem partem cursus est, id est, contrarius mundo. Hic enim ab ortu volvitur in occatum; illae ab occasu in ortum eunt. Et ob hoc duplex his motus est: ille quo eunt, et hic quo auferuntur.

XXII. Ego nostris non assentior. Non enim existimo Cometen subitaneum ignem, sed inter aeterna opera naturae. Primum quaecunque ^a aër creat, brevia sunt. Nascuntur enim in re fugaci et mutabili. Quomodo potest enim in aëre aliquid idem diu permanere, quum ipse aër nunquam idem maneat? fluit semper, et brevis illi quies est. Intra exiguum momentum in aliud, quam in quo fuerat,

statum

a. *aëris creat, brevia sunt.* Brit. *creat habet brevia.* Ut capite sequenti: *Illis dico divinis, quos mundus habet aeternos.* Sallust. Catil. in. Virtus clara aeternaque habetur. Haec Gronov. Nihil tamen causae video, cur mutem.

Quare Fromondus excusare adulando. Recte tum statum it Senecam, de se ap. quinquennio primo et eo Tacit. Annal. XV, 61. affir- laetiissimo Neronis, tum soli- mantem: non sibi promptum tudine, qua postremis annis in adulationes ingenitum. Se- Seneca vixerit, ad eius de- neca ipse de se: Non blan- fensionem uti licet. diar auribus tuis: nec enim C. 22. Refutatio. Egre- hic mihi mos est. Maluerim gie Senecae cellit haec refu- veris offendere quam place- tatio Stoicorum, in qua re

2 statum vertitur. Nunc pluvius, nunc serenus, nunc inter utrumque varius: nubesque illi familiarissimae, in quas coit, et ex quibus solvitur, modo congregantur, modo digeruntur, nunquam immotae iacent. Fieri non potest, ut ignis certus in corpore vago sedeat, et ita pertinaciter haereat, quam quem natura, ne unquam excuteretur, aptavit. Deinde 3 si alimento suo haereret, semper descenderet. Eo enim crassior aër est, quo terris propior: nunquam Cometes in imum usque demittitur, neque approximat solo. Etiamnunc ignis aut it quo illum natura sua dicit, id est, sursum: aut eo quo trahit materia, cui adhaesit, et quam depascitur.

XXIII. Nullis ignibus ordinariis et coelestibus iter flexum est. Sideris proprium est, ducere orbem. Atqui hoc an Cometae alii fecerint, nescio: duo

praelusit sententiae nunc tan- est. Has tenebras diffudit dem, saeculo uno alterove tandem Isaacus Neutonus, praeterlapso, vulgo acceptae quem Principiis suis meliora ac stabilitae. 3. *numquam* nos edocuisse constat.

Cometes — solo. Aristote- C. 23. Continuatio. Senlis auctoritas tantam vim in tentia Senecae. 1. *Sideris viros* alioquin praestantissi- — *orbem*. Hoc verum esse mos, Fromondum, Kepple- patet, five meatum circa rum aliosque exercuit, ut hi stellam fixam, five rotatio- hanc Senecæ sententiam ve- nem consideres. Veteres rissimam, Cometas aeternis quoque hoc statuebant, quip- naturae operibus esse annu- pe qui praeter Pythagoreos merandos et curium suum circa terram fidera iter suum aequa ac planetas tenere fir- facere putabant. *Atqui —* mum et constitutum, repu- *nescio.* Itaque de itinere diarent, et vel recenter na- cursuque cometarum nihil ta meteora vel simile quid certi attulerant, qui ante Se- haberent: unde illa perse- necam, quem eorum com- cutio, qua Baelius munere et mentarios excussisse patet, stipendio privabatur, orta hac de re exposuerint. Cf.

duo nostra aetate fecerunt. Deinde omne quod causa temporalis accedit, cito intercidit. Sic facies ardent, dum transeunt: sic fulmina in unum valent ictum: sic quae transversae dicuntur ^a stellae et cadentes, praetervolant et fecant aera. Nullis ² ignibus nisi in suo mora est: illis dico divinis, quos habet mundus aeternos, quia partes eius sunt, et opera. Hi autem aliquid agunt, et vadunt, et tenorem suum servant, paresque sunt. Nam alternis diebus maiores minoresve fierent, si ignis esset collectius, et ex aliqua causa repentinus. Minor enim esset ac maior, prout plenius aleretur aut malignius. Dicebam modo, nihil diuturnum esse, quod exarsit aeris vitio: nunc amplius adiicio. Mo- ³ rari ac stare nullo modo potest. Nam et fax et fulmen et stella transcurrentes, et quisquis alias est ignis ex aere expressus, in fuga est: nec appareat, nisi dum cadit. Cometes habet suam sedem: et ideo non cito expellitur, sed emititur spatium suum: nec extinguitur, sed excedit. Si erratica, inquit, stella esset, in signifero esset. Quis unum stellis limitem ponit? Quis in angustum divina compeilit?

Cc 2 Nem-

a. *stellae.* Hanc lectionem, quae Col. aberat, forsan recte abesse posse iudicat Gruterus. Sed ex illo codice librarii oscitantia excidisse, noli dubitare.

c. XVII. *duo — fecerunt.* trectantur imminuunturve. Claudianus et Neronianus. — 3. *Si erratica, inquit* cf. XXI, 2. *2. Nullis igni* adversarius. — Egregia rebus — *opera.* Stoici cum sponso est, recentiorum Academicis sidera ignea exi- astronomorum inde a Neuto- stimant, quod abnuunt Pe- no auctoritate optime firmata. ripatetici. *In suo* munere Cursus enim Cometarum el- et loco, et tenore. *pares-* lipsin eccentricam formare, que sunt, ignium nostrorum nec signiferum curare, nunc more nec augentur nec de- satis constat.

4 Nempe haec ipsa sidera, quae sola moveri credis, alios et altos circulos habent. Quare ergo non aliqua sint, quae in proprium iter et ab illis remotum secesserint? Quid est, quare in aliqua parte coelum pervium non sit? Quod si iudicas, non posse ullam stellam nisi signiferum attingere: Cometes potest sic latum habere circulum, ut in hunc tamen parte aliqua sui incidat: quod fieri non est necessarium, sed potest.

XXIV. Vide ne hoc magis deceat magnitudinem mundi, ut in multa itinera divisus sit, nec hanc unam deterat semitam, ceteris partibus torpeat. Credis autem in hoc maximo et pulcherrimo corpore, inter innumerabiles stellas, quae noctem decore vario distinguunt, quae aëra minime vacuum et inertem esse patiuntur, quinque solas esse, quibus exercere se liceat, ceteras stare, fixum et immobilem populum? Si quis hoc loco me interrogaverit:
2 Quare ergo non quemadmodum quinque stellarum, ita harum observatus est cursus? huic ego respondebo:

C. 24. Continuatio. 1. *Cre- dudum illas coniectura affe- dis — populum?* Haec sen- cuti erant: quorum planetatentia nostra quidem memo- rum, sive cum Herschelia optime confirmata est, asteroidia vocare malis, ele- quinque novis planetis, Ura- menta Gaussius, profess. Goet- nio, Cerere, Iunone, Palla- ting, celeb. praecclare inve- de atque Vesta repertis in nit. *quinque*, sole quippe coelo, et quidem posteriori- terraque exclusis. — 2. *Qua- bus quatuor inter Martem re- cursus.* Praecipuo im- et Iovem, ubi propter spa- pedimento fuere tum remo- tium nimis vacuum a stellis tior tectorisque cometarum Astronomi, et in his praecurso, tum inopia defectus- stantissimus noster Bodenius, que instrumentorum, qui- qui Berolino decori est, iam bus recentius ad eos me-

debo: Multa sunt quae esse concedimus: qualia sint, ignoramus. Habere nos animum, cuius imperio et impellimur, et revocamur, omnes fatebuntur: quid tamen sit animus ille rector dominusque nostri, non magis tibi quisquam expediet, quam ubi sit. Alius illum dicet esse spiritum, alius concentum quendam, alius vim divinam et Dei partem, alius tenuissimum aërem, ^a alius incorporelam potentiam. Non deerit qui sanguinem dicat, qui calorem. Adeo animo non potest liquere de ceteris rebus, ut adhuc ipse se quaerat.

XXV. Quid ergo miramur, Cometas, tam rarum mundi spectaculum, nondum teneri legibus certis: nec initia illorum finesque notescere, quorum ex ingentibus intervallis recursus est? Nondum sunt anni mille quingenti, ex quo Graecia

— — *stellig numeros et nomina fecit.*

Cc 3

Mul-

a. *alius incorporelam potentiam.* Opopoeus tria ista verba valde suspecta habet, tamquam ex Thomae potius vel Scotti schola, quam Senecae. Nec negandum est, illis philosophiae scholasticae magistris haec digna esse, Seneca non item. Codd. tamen omnes fervant.

melius noscendos usum est. *potentiam*, Aristoteles et alii. *quam ubi sit.* Democritus Cic. Tus. I, 10.

et Plato in toto cerebro col- C. 25. Continuatio. Collocarunt, Parmenides in sto- metarum cursus certis, quam macho, Diogenes in finu quam nondum inventis, lecordis, Empedocles in san- gibus tenetur. 1. Praeclara guine, Stoici in solido cor- sunt haec dicta. *Nondum de etc.* Cic. Tus. I, 9. — *fecit.* Versus est Virgil. *alius — spiritum*, ut stoici, Ge. I, 137. ubi de aevo arqui dicebant esse πνεῦμα genteo sermo est, ideoque θερμόν. *alius — quendam*, de aetate mythica, ubi Ti- Plato et Dicaearchus. *alius tan* Hyperion (Diodor. Sic. — *partem*, Stoici. *alius — V, 67.*) et Prometheus (Serv. *aerem*, Anaxagoras. *alius — ad* Virgil. Eclog. VI, 42.), *Atlas*

2 Multaeque hodie sunt gentes, quae tantum facie noverint coelum, quae nondum sciant, cur luna deficit, quare obumbretur. Hoc apud nos quoque nuper ratio ad certum perduxit. Veniet tempus, quo ista quae nunc latent, in lucem dies extrahat, et longioris aevi diligentia. Ad inquisitionem tantorum aetas una non sufficit, ut tota coelo vacet. Quid, quod tam paucos annos inter studia ac vitia non aequa portione dividimus? Itaque per successiones istas longas explicabuntur. Veniet tempus, quo posteri nostri tam aperta nos nescisse mirentur. Harum quinque stellarum, quae se ingerunt nobis,

quae

Atlas aliquique stellas observasse haud dubie ad Sulpicium et docuisse dicuntur (cf. Koe-Gallum, qui a. u. 587 der Allg. Geogr. der Alten I. eclipsi in concione ante p. 396 sqq.). Iam quum sapientium proelium cum Perseo a tis constans Chronologorum Pydnam explicata volumen sit conjectura, Atlantem cum composuit. — 3. *Veniet* etc. Mose et Cecrope, primo Athener Quam vere haec quasi vati- nensium rege, circa annum cinatus sit Seneca, Keppleri, ab Orbe condito MMCCCL, Neutoni, Herschelii, Cassini, id est MDC ferme ante Se- Schroeteri, al. astronomorum necam annis vixisse, Sene- recentiorum inventa testan- cam bene computasse appa- tur. Fromondus, qui saecu- ret. — 2. *Multaeque* — lo decimo septimo medio his obumbretur. Maiores no- Naturalium libris explicant, e. c. Senecae aevi, et dis bonam et eruditam ope- gentes quas vocamus barba- ram navavit, ait ad h. l.: ras ferasque Africæ Ameri- Numquam fane venit, nec caeque. *Hoc apud* — per- illud umquam venturum au- duxit. Cf. Plin. N. H. II, 12. tumo, quo posteris nostris, Vox nuper lato h. l. sensu Cometas sideribus illis aeter- accipiatur: nam 221 anni nis adnumerandos, certum exiguis numerus sunt ad et apertum sit: simii enim magnum annorum spatium, tantum siderum, non legitimo terra creatæ sit. Spectat ma sidera sunt, ut lib. 3. Me-

quae alio atque alio occurrentes loco, curiosos nos esse cogunt, qui matutini vespertinique ortus sint, quae stationes, quando in rectum ferantur, quare agantur retro, modo coepimus scire. Utrum emergeret Iupiter, an occideret, an retrogradus esset, nam hoc illi nomen imposuere cedenti, ante paucos annos didicimus. Inventi sunt qui nobis dicent: Erratis, qui ullam stellam aut suppressimere cursum iudicatis, aut vertere. Non licet stare coelestibus, nec averti: prodeunt omnia: ut semel missa sunt, vadunt. Idem erit illis cursus, qui sui finis. Opus hoc aeternum irrevocabiles habet motus: qui si quando constiterint, alia ex adverso incident, quae nunc tenor et aequalitas servat.

XXVI. Quid est ergo, cur aliqua redire videantur? Solis occurfus speciem illis tarditatis imponit, et natura viarum circulorumque sic positorum, ^a ut

Cc 4 cer-

^{a.} *ut certo tempore intuentes fallant.* Ita quidem Erasmus, sed e conjectura Fortunati, qui etiam intersebat, *ut certo tem-*

Meteorol. diffuse tractavi- nius dicit), quos Ptolemaeus mus. qui matutini — or- postea eccentricorum et epit- tus sint, e. c. Venus, solem cyclorum ingeniosa imagi- praecedens Lucifer, eum se- natione expedivit. — 4. *ut* quens Hesperus appellata. *semel missa sunt:* meta- quae stationes. Planeta ita- phora haud dubie petita est te dicitur, quum motum pro- e circo, ubi praetor aut alias prium ab occasu in ortum magistratus missa deorsum fistere videtur. modo coe- mappa, ludis circensibus, pimus scire. Ante igitur signum currendi aurigis da- Ptolemaeum, qui aliquanto bat. Ita Deus quoque fide- post, sub Antoninis princi- ra in suum quodque circu- pibus floruit, Planetarum illi lum misit.

Iulus cogniti Romanis (quod C. 26. Continuatio. 1. So- eliam lib. II, 15. 16. 17. Pli- lis occurfus. Similem cau- sam

certo tempore intuentes fallant. Sic naves, quamvis plenis velis eant, videntur tamen stare. Erit qui demonstret aliquando, in quibus Cometae partibus errent, cur tam seducti a ceteris eant, quanti qualesque sint. Contenti simus inventis: aliquid veritati et posteri conferant. Per stellas, inquit, ultiora non cernimus, per Cometas aciem transmitimus. Primum si sit istud, non in ea parte sit, qua fidus ipsum est spissi ac solidi ignis, sed quarus splendor excurrit, et in crines dispergitur. Per intervalla ignium, non per ipsos vides. Stellae, inquit, omnes rotundae sunt, Cometae porrecti: ex quo apparet, stellas non esse. Quis enim tibi concedet, Cometas longos esse? Quorum natura quidem, ut ceterorum siderum, globus est, cete-

tempore vel intentius intuentes fallant. Nam scripti eius, u. c. t. vel inventis intuens afflant. Cod. Col. u. c. t. intuens afrant. Tert. pal. u. c. t. vel inventis influens afflant. Olim cusi, u. c. t. intuentes afflent, consentiente cod. quart., nisi quod is afflant. Sententiam Fortunatus consequitus animo esse videtur, verba non item. Gronovius silentio suo Fortunato assensus est. Meliores codd. expectemus.

sam stationis et regressus planoris omnes harum rerum netarum imaginatus Plin. II, studiosi obtemperabant, for-
16; Percussae (stellae erran- titer et ingeniose expulsi- tes) in qua diximus parte et legeque sua gravitatis etiam triangulo solis radio inhibita, praebentur rectum agere cursum clare docere instituit, quae et ignea vi levantur in sub- noster hic adhuc ignorabat. lime. Hoc non protinus in- *Per stellas — transmitti-*
telligi potest visu nostro, id- *mus. cf. ad c. XVIII, 2.* Adeoque existimantur stare, un- versarium Apollonium Mynde et nomen accepit statio dium rursus oppugnat. 2. etc. *Erit qui — sint.* Im- *Primum — dispergitur,* non mortalis Neutonus iste Pro- in nucleo, sed in barba, cau- metheus fuit, qui opinionum da aut coma hoc fit. *commentis,* quibus tunc tem-

terum fulgor extenditur. Quemadmodum sol radios suos longe lateque dimittit, ceterum ipsi alia est forma, alia ei quod ex ipso fluit lumini: sic Comistarum corpus ipsum corrotundatur, splendor autem longior quam ceterorum siderum apparet.

XXVII. Quare? inquis. Dic tu mihi prius, quare luna dissimillimum soli lumen accipiat, quum accipiat a sole? quare modo rubeat, modo palleat? quare lividus illi et ater color sit, quum a conspectu solis excluditur? Dic mihi, quare omnes stellae inter se dissimilem habeant aliquatenus faciem, diversissimam soli? Quomodo nihil prohibet, ista sidera esse, quamvis similia non sint: ita nihil prohibet, Cometas aeternos esse et fortis eiusdem, cuius cetera, etiamsi faciem illis non habent similem. Quid porro? mundus ipse, si consideres illum, non ne ex diversis compositus est? Quid est quare in Leone semper sol ardeat, et terras aestibus torreat: in Aquario adstringat hiemem, flumina gelu claudat? Et hoc tamen et illud sidus eiusdem conditionis est, quum effectu et natura dissimile sit. In-

Cc 5 tra

C. 27. Continuatio. 1. lumine solis destituitur, et *Quare luna — sole?* Luna tunc eadem lunae facies est, accipit a terra illud lumen quam opposita lunae pars suum, quod, recte obser- semper habet, nullo quippe vante Fromondo, longitu- lumine gaudens. 2. *Leone*, dine spati, qua it in lunam quia propinquior vertici raret deinde redit ad terram, dios in se paene recurrentes lastratum, debilitatum et lan- in terram nostram iacit ideo- guidius appetit, ipsa natu- que pleniori lumine plus ra terrae atque lunae, ter- etiam ardoris fundit. Fro- restris speculi, poscente. mond. *Aquario*: obliquior quum a conspectu — ex- tunc et invalidior causas fri- cluditur, i. e. in deliquio gorificas et adstringentes non dis-

tra brevissimum tempus Aries extollitur, Libra tardissime ^a iungitur: et tamen hoc sidus et illud eiusdem naturae est: quum illud exiguo tempore adscendat, hoc diu proferatur. Non vides, quam contraria inter se elementa sint? gravia et levia sunt, frigida et calida, humida et sicca. Tota huius mundi concordia ex discordibus constat. Negas Cometen stellam esse, quia forma eius non respondeat ad exemplar, nec sit ceteris similis. Vides enim, quam simillima sit illa, quae tricesimo anno revertitur ad locum suum, huic quae intra annum revisit sedem suam! Non ad unam natura formam opus suum praestat, sed ipsa varietate se iactat. 4 Alia maiora, alia velociora aliis fecit; alia validiora, alia temperatiora: quaedam autem eduxit a turba, ut singula et conspicua procederent; quaedam in gre-

^a. *iungitur*. Sic et pal. tert. atque brit. Gronov. cui scissima et verissima videbatur lectio. *Iungitur* est, tota et iunctis lancibus integra exoritur. nam et iugum pars librae. Antea erat: *mergitur*, quod et retinebant tres Grut. codd.: hinc coniec. Fortunat. *emergit*.

dissolvit. *Libra*. In obliqua lis. Fromondus. — 3. *Vides* et romana sphaera Libra re- *enim* — *illa* stella Saturni — cte ideoque tarde, Aries ob- *suam*. Ironice haec dici de lique et idcirco brevi tem- similitudine, quum magnipore supra finitorem totus tudine et luce sit dissimili- emergit: quod ex flexura ma, recte observat Fromon- Zodiaci et inaequalitate an- dus. Quid dixissent veteres, golorum cum finitore prove- si septem Saturni lunas et nit. Nam Romae cum arcu eius annulum duplarem oblibrae, qui solum 30 gradus servassent, et tali doctore comprehendit, ascendunt in- usi fuissent, quo nos in Herterea 38 gradus et 27 minu- Schelio al. gaudemus! 4. ta aequinoctialis, cum ariete *quaedam eduxit a turba*, ut vero soli gradus 17 et 21 mi- cometas. *quaedam in gre- nuta eiusdem aequinoctia- gem misit*, sidera fixa, quae gre-

gregem misit. Ignorat naturae potentiam, qui illi non putat aliquando licere nisi quod saepius facit. Cometas non frequenter ostendit, attribuit illis alium locum, alia tempora, dissimiles ceteris motus. Voluit et his magnitudinem operis sui colere, quorum formosior facies est, quam ut fortuitam putas, sive amplitudinem eorum consideres, sive fulgorem, qui maior est ardentiorque quam ceteris. Facies vero habet insigne quiddam et singulare, non in angustum coniecta et arctata, sed dimissa liberius, et multarum stellarum amplexa regionem.

XXVIII. Aristoteles ait, Cometas significare tempestatem, et ventorum intemperantiam atque imbrum. Quid ergo? non iudicas sidus esse, quod futura denuntiat? Non enim sic hoc tempestatis signum est, quomodo futurae pluviae.

Scintillare oleum, et putres concrescere fungos; aut quomodo indicium est saevituri maris, si marinae

In sicco ludunt fulicae; notasque paludes

Deserit, atque altam supra volat ardea nubem: sed sic, quomodo aequinoctium in calorem frigus-
que flectentis anni, quomodo illa quae Chaldaeи ca-
nunt,

gregatim eunt contexta et quibus suffectus est acer, et illigata suis imaginibus. Fro- quarum coagulo concrescere mond. *dissimiles ceteris* putat Cometen. De *imbri-* motus: cursus enim est el- bus vero ibi nihil. Versus lipticus, et saepe turbatio- sunt Virgilii Ge. I. 392. 363. nes a planetis illatas pati- 364. — 2. *Sed sic — fletur.* multarum — regionem etentis anni: aequinoctia propter caudam s. comas. enim sunt, observante Fro-

C. 28. Quatenus futura mondo, veluti duo anni fre- denuntiet. 1. *Aristoteles* ta, quibus a frigore hyemis Meteorol. I, 6. 7. causam in calorem aestatis et retro anni siccii et ventosi co- ab isto in illud annus transit. piam exhalationum · habet, *Chaldaei*, genethliaci, astrologi.

nunt, quid stella nascentibus triste laetumve constituant. Hoc ut scias ita esse, non statim Cometes ortus ventos et pluvias minatur, ut Aristoteles ait, sed annum totum suspectum facit. Ex quo apparet, illum non ex proximo, quae in proximum daret, signa traxisse, sed habere reposita et compressa legibus mundi. ^a Fecit is Cometes, qui Paterculo et Vopisco consulibus apparuit, quae ab Aristotele Theophrastoque sunt praedicta. Fuerunt enim maxime et continuae tempestates ubique. At in Achaia, Macedoniaque, urbes terrarum motibus prorutae sunt. Tarditas, inquit, illorum argumentum est, graviores esse, multumque in se habere terreni: ipsi praeterea cursus; fere enim compelluntur in cardines.

XXIX. Utrumque falsum est. De priore dicam prius. ^a Quid? quae tardius feruntur, gravia sunt?

Quid

^a. *Fecit is Cometas, qui Paterculo et Vopisco consulibus apparuit, quae ab Aristotele Theophrastoque sunt praedicta* etc. Locus hic suspectus. Hi consules non apparent apud Cassiodorum, nec Theophrasti in antegressis fit mentio.

^a. *Quid? quae tardius feruntur, gravia sunt?* Gruteri est emendatio, confirmata a Gronovio, qui tamen observare oblitus est, Grutero eam deberi. Omnes omnino scripti:

Quia

logi. De iis eorumque astro. enim mentio aequa ac conlogica disciplina conferas sulum horum defectus in *Fa-Reimeri*, nunc profess. Kistis conf. turbat locum. Nec Ioniens. cel., commentatio- satis bene congruunt haec nem egregiam ad Horat. antegressis. 3. *At in Acha-Carm. II, 17, 17. in Mitscher- ia — sunt:* spectant haec lich. Ed. Tom. II. p. 696 sq. ad Buris et Helices cladem, *Fecit is — ubique — pro-* supra memoratam c. V. *fere rutae sunt.* Locum esse enim — cardines: versus suspectum et alienae mundi polos. Haec Aristonui deberi suspicatus sum telis fuit sententia l. I. in Var. lect. Theophrasti

Quid ergo? Stella Saturni, quae ex omnibus iter suum lentissime efficit, gravis est. Atqui levitatis argumentum habet, quod super ceteras est. Sed maiore, inquis, ambitu circuit, nec tardius it quam ceterae, sed longius. Succurrat tibi, idem me de Cometis posse dicere, etiam si legnior illis cursus sit. Sed mendacium est, ire eos tardius. Nam intra sextum mensem dimidiā coeli partem transcurrit hic proximus; prior intra pauciores menses recepit se. Sed quia graves sunt, inferius deferuntur. Primum non defertur, quod circumfertur. Deinde hic proximus a Septemtrione motus sui initium fecit, et per Occidentem in Meridiana pervenit, erigensque suum cursum oblituit. Alter ille⁵ Claudianus a Septemtrione primum visus, non desit in rectum affidue celsior ferri, donec excessit. Haec sunt quae aut alios movere ad Cometas pertinentia, aut me. Quae an vera sint, ^b discutiant, qui-

Quia quae — gravia sunt? Hoc est, *numquid* quia tardius. Cod. Col. *quia tardius feruntur, graviora sunt,* prob. Grutero. Simplicius est: *Quid? quae t. f. gravia sunt.* Hoc recipere malui, ut codd. apicibus et consuetudini Senecae in talibus proprius, quam illa, quibus *gravia* in *graves* et *quia quae in quiane* mutaretur.

b. discutiant. Sic Fortunatus in suis mss., quod Erasmus aliaeque edd. receperunt. *Discutiant* haud dubie praeferrendum

C. 29. Tarditas cometa- *tra sextum mensem* (cf. ad rum negatur. 1. *Atqui le-* c. X, 1.) — *hic proximus vitatis — est.* In lententia sub Nerone, *prior* sub Claudio Stoicorum, qui stellas igneas dico. *erigensque — oblituit,* et in nullo solido orbe de- ab occidente versus meridiulas, sed pendulas in summo diem: evanuit haud dubie mo et liquido aethere existi- cursu suo in itinere parabolant. Fromondus. cf. c. lico post solem directo. — XXVII, 3. — 2. *Nam in-* 3. *in rectum affidue celsior ferri.*

quibus est scientia veri. Nobis rimari illa et conjectura ire in occulto tantum licet, nec cum fiducia inveniendi, nec sine spe.

XXX. Egregie Aristoteles ait, *nunquam nos verecundiores esse debere, quam quum de diis agitur.* Si intramus templa compositi, si ad sacrificium accessuri vultum submittimus, togam adducimus, si in omne argumentum modestiae fingimur: quanto hoc magis facere debemus, quum de sideribus, de stellis,

rendum erat lectioni vulg. *Dii sciunt*, consentientibus duobus codd. pal. et gall. ap. Oplopoeum. Sermo est de sapientibus, quibus se tamen noster non adiungit: hos autem esse scientia veri praeditos e doctrina Stoae, constat. Nec de Diis sic loqui poterat Seneca, quum Deos et ipsa sidera esse Stoae placuisse notum sit. Tā. *dii sciunt* a librariis Christianismi quam Stoae peritioribus profecta putes, quo et literarum similitudo eos perducere potuit. Accedit, quod saepe ad sapientiores provocat noster, nec de ampliore scientia harum rerum desperat: quod tamen haud dubie fecerit, si τά. *Dii sciunt* ab eo profecta fuerint. Monui haec, ne quis haec *Dii sciunt* cum Gruetero preferenda ducat.

ferri. Nempe quia a Septem- tum maxime et pietatem et trione in verticem surgebat, religionem versari in animo, ut cap. XXI. dixit, quam- quum rebus divinis operam quam addat, sub finem oriendaremus, ap. Cic. De Legg. tem petivisse et sic a linea II, 41. ubi cf. Goerenz. *Si recta excidisse.* Sic enim *intramus — compositi* ad solent fere Cometae notante gravitatem et venerationem. Fromondo. *vultum submittimus*, qua-

C. 30. Sed conjectuae lis, laudante Fromondo, Tur- tantum sunt sententiae de nus ap. Virg. Aen. XII, 220. Cometis. Verecundia com- *togam adducimus* ad omn- endatur. 1. *Aristoteles* nem superbiam supprimen- ubi hoc praeceperit, invenire dam atque evitandam, quae in eius operibus servatis vestibus tractatis per publicum potui. Egregia tamen cum indicatur. Modestiae est sunt et philosopho dignissi- amictum ad legem compo- ma. Iam Pythagoras dixit: tum, ut verbis Senecae de Ira

lis, de deorum natura disputamus, ne quid temere, ne quid impudenter, aut ignorantes affirmemus, aut scientes mentiamur? Nec miremur tam tarde erui, 2 quae tam alte iacent. Panaetio, et his qui videri volunt, Cometen non esse ordinarium sidus, sed falsam fideris faciem, diligenter^a tractatum est, an aeque omnis pars anni edendis Cometi satis apta sit: an omnis coeli regio idonea, in qua creentur: an quacunque ire, ibi etiam concipi possint: et cetera, quae universa tolluntur, quum dico illos fortuitos non esse ignes, sed intextos mundo, quos non frequenter educit, sed in occulto movet. Quam 3 multa praeter hos per secretum eunt, nunquam humanis oculis orientia? Neque enim omnia Deus homini fecit. Quota pars operis tanti nobis committitur? Ipse qui ea tractat, qui condidit, qui totum hoc fundavit, deditque circa se, maiorque est pars operis sui, ac melior, effugit oculos, cogitatione visendus est.

XXXI.

^{a.} *tractatum est.* E brit. recepit Gronov., expulsa vetere lectione, *tractandum est.* Nam providum Panaetium, quae interrogari posset, ea exsequutum significat.

Ira II, 35, 3. utar, rite adhuc tur, qui raro in conspectum bere. 2. *Panaetio* (Scipio- nostrum producuntur. Dini min. Polybii, Catonis ligentia enim investigandi mai. aequalis. Fabric. Bibl. multos detexit, qui alioqui Gr. Vol. III. p. 567 sq.) — oculos effugissent: sic Mesvolunt, recentioribus Stoicierus septem annis septembris, quos supra c. XXI. cometas invenit, et Lamber memoraverat. Recentiores tus (cosmologische Briefe) astronomi huc Senecae pru- quatuor millia cometarum denter de cometis dicta con- nostro systemati solari esse firmant: etiam illa: *quae* illigata computat. Sequentia non frequenter — movet, tam praeclara sunt, ut pauca recte se habent, modo, quod sciam, quibus comparem. sequentia postulant, explicen-

XXXI. Multa praeterea cognata numini summo, et vicinam fortita potentiam, obscura sunt. Aut fortasse, quod magis mireris, oculos nostros et implant et effugiunt: sive illis tanta subtilitas est, quantam consequi acies humana non possit: sive in sanctiore secessu maiestas tanta delituit, et regnum suum, id est, se, regit, nec ulli aditum dat, nisi animo. Quid sit hoc, sine quo nil est, scire non possumus: et miramur, si quos igniculos parum novimus, quum **a** maxima pars mundi Deus lateat? **a** Quam multa animalia hoc primum cognovimus seculo? et quidem multa venientis aevi populus ignota nobis sciet. Multa seculis tunc futuris, quum memoria nostri exoleverit, reservantur. Pusilla res mundus est, nisi in illo quod quaerat omnis mundus habeat. Non semel quaedam sacra traduntur! **b** Eleusin ser-

a. *Quam multa animalia hoc — seculo? et quidem multa venientis aevi populus ignota nobis sciet.* Sic Muretus, ut videtur, e codice. Quare et Gronovius silentio suo assensus est. At codd. Fortun. *seculo?* Ne haec quidem multa, multa ven. etc. Palatini et gallici: *seculo?* quam multa negotia ne quidem hoc.

b. *Eleusin* e codd. bene restituit Gronov. Muretus dederat, *Eleu-*

C. 31. Contin. **i.** *Multa* per Africam et alias circum — *effugiunt*: fidera, quae orbis partes romano impe Stoicideos minorum gentium rivo sub Caesariibus. Tunc esse centebant. Lipsii Physiol. enim undique animalia pe II, 14: oculis ea cernimus regina protracta Romam, fene nec tamen omnino intelle- ra praefertim, in Amphitheatu comprehendimus: quam tri arenam ad pugnam be exigua sunt, quae de iis sci- stiariorum. Sequentia quam mus! *sine quo — est* deus, vere dicta sint, nil comme a quo omnia sunt et confer- morare attinet. *omnis mun- vantur.* **2.** *Quam multa dus habeat*, homines om- animalia: spargente se, re- nium aetatum et faeculote observante Fromondo, rum. *De Eleusi eiusque my-*

servat, quod ostendat revisentibus. Rerum natura sacra sua non simul tradit. Initiatos nos credimus: in vestibulo eius haeremus. Illa arcana non pro-3 miscue nec omnibus patent: reducta et in interiore sacrario clausa sunt. Ex quibus aliud haec aetas, aliud quae post nos subibit, dispiciet. Quando ergo ista in notitiam nostram perducentur? Tarde magna proveniunt, utique si labor cessat? In quod unum toto agimur animo, nondum perfecimus, ut pessimi essemus. Adhuc in processu vitia 4 sunt. Invenit luxuria aliquid novi, in quod insaniat. Invenit impudicitia novam contumeliam sibi. Invenit deliciarum dissolutio et tabes aliquid tene-rius molliusque, quo pereat. Nondum satis robur omne proiecimus. Adhuc quidquid est boni moris, extinguiimus laevitate et politura corporum. Mu-liebres munditas anteceffimus; colores meretricios, matronis quidem non induendos, viri sumimus. Tenero et molli ingressu suspendimus gradum: non 5
am-

Eleusis. c. *In quod unum toto agimur animo.* Pin-cianus sequace Grutero: omnes enim codd. in quod u. t. agimus: unde Erasmus: *Id quod — agimus:* et sic Mu-retus

mysteriis omnia fere nota *laevitate et politura cor-* sunt, post Santocrucii egre-*porum*, vellendo barbam ac-
giam de mysteriis cominen-*crura et paunice ad laevorem* tationem satis notam. *in poliendo:* vid. ad I, 17. *et vestibulo — haeremus* ante Boettigeri Sabinam, ubi haec fores aedium stamus (Aul. et sequentia egregie, ut Viri Gell. XVI, 5.), i. e. non-*praestantissimi* mos est. ex-dum sumus naturae initiati, posita sunt. *colores mere-* profani adhuc sumus, sum-*triclos.* cf. Epist. CXIV, 20. mis- labris secreta naturae not. Lacernae et paenulae, gustavimus. Sic Apost. Paul. candidis et romanis togis ad Corinth. I, 13; 9. ἐν μέ- abiectis, cooperant delicatu-*ροντς γάρ γυνώσκομεν — . 4. lis quibusdam in usu esse:*

ambulamus, sed incedimus. Exornamus annulis digitos: in omni articulo gemma disponitur. Quotidie comminiscimur, per quae virilitati fiat iniuria, aut traducatur, quia non potest exui. Alius genitalia excidit, alius in obscoenam partem ludi fugit, et locatus ad mortem, infamiae armatur. Egenus etiam, in quo morbum suum exerceat, legit.

XXXII. Miraris, si nondum sapientia omne opus suum implevit? Nondum tota se nequitia protulit. Adhuc nascitur, et huic omnes operam damus: huic oculi nostri, huic manus serviunt. Ad sapientiam quis accedit? quis dignam iudicat, nisi quam in transitu noverit? Quis philosophiam, aut ullum liberale respicit studium, nisi quum ludi intercalantur, quum aliquis pluvius intervenit dies, quem perdere

retus aliquique. d. aut. Sic omnes codd. mss. Fortunatus tamen coniec. ut: Erasmo, Mureto al, sequacibus.

colores meretr. sunt purpu- gladium, aut venatorium cul-
rei. — 5. *Exornamus* — trum, ut noster Ep. 87. loqui-
disponitur. cf. Plin. N. H. tur. cf. Lips. Saturnal. II, 3.
XXXIII, 1. et Boettigeri Sa- C. 52. Finis. Querelae de
bina. *Alius genitalia exc.* philosophiae contemtu, ab
castrati et eunuchi tunc erant omnibus istius et sequentis
in deliciis, quos tamen post temporis scriptoribus confir-
ea Domitianus (Sueton. c. 7.) matae: inspicias modo Tac-
excidi lege vetuit. *alius in tum et Iuvenalem.* 1. *inter-*
obscoenam i. turpem, infa- *calantur*, intermittuntur, ita
mem, servis pessimis dignam tamen, ut mox rursus inci-
ludi gladiatori. *Egenus* — piant. Intercalatio enim est
legit. Nobiles egeni, obser- proprie immissio diei unius
vat Fromond., re et spe aut plurium in annum etc.
omni fracta, eligunt aliquid, Ludi ergo intercalantur, fe-
in quo morbum (i. e. ino- riis aut quiete interpositis.
piam, opinor, et miseriam) *dies pluvius* quo ludis in-
exerceant, locando se ad terelle non licet. — 2. De
Aca-

dere ^a licet? Itaque tot familiae philosophorum sine ²
successore deficiunt. Academici et veteres et mino-
res nullum antisitem reliquerunt. Quis est qui tra-
dat praecepta Pyrrhonis? ^b Pythagorica illa invi-
diofa turbae schola praeceptorem non invenit. Sex-
tiorum nova et Romani roboris secta, inter initia
sua, quum magno impetu coepisset, extincta est.
At quanta cura laboratur, ne cuiuslibet pantomimi ³
nomen intercidat? Stat per successores Pyladis et
Bathylli domus: harum artium multi discipuli sunt,
multique doctores. Privatim urbe tota sonat pulpi-
tum. In hoc viri, in hoc feminae tripudiant. Ma-
res inter se uxoresque contendunt, ^c uter det latus
illis. Deinde sub persona quum diu trita frons est,

D d 2 trans-

a. licet. omnes palatini et edd. tamquam ita pendeant ho-
mines a ludis, ut eis abesse nefas sit ac scelus: et libet
meminian. ac nicot. praestant: facili confusione. Illud pro-
bat Gruterus, hoc Stephanus Epistol. 21. ad Dalechamp.
Illud tamen amarius esse videtur quam hoc.

b. Pythagorica. Sic omnes edd. et codd. At britan. habet
pythagorea, quod praetulit, magis, ut videtur, amore co-
dicis brit. quam veritatis ductus, egregius Gronovius. Py-
thagoricus occurrit quoque de Benefic. VII, 21. Mox *invi-
diofa turbae*. Sic fere codd. i. e. popello odiosam, a
vulgo contemtam. Muretus *invidiosae turbae*. Deinceps:
cuiuslibet codd. omnes et Fortun. at Erasmus: *ne cuius.*
c. uter det latus illis. Erasmus et Fortunat. At prius
editi, *ut detur latus illis:* consentiunt palatini, nisi quod
duo codd. optimae notae apud Gruter., et codex brit. ex-
hibit, *illius:* unde Gronovius eruditissime fecit, *uter det*
latus

Academicis vet. quorum tata, duce Apollonio Ty-
princeps Plato, et *minori-* nensi. Brucker Hist. cr. phil.
bus, quorum principes Arce- II. p. 100 sq. *Sextiorum.*
filas et Carneades, omnia Noſter saepe memorat, Epift.
nota. *Pyrrhonis*, Sceptico- 59. 64. 98. 108. — 3. *Py-
rum principis.* Aul. Gell. *Iadis et Bathylli*: pantomi-
XI, 5. *Pythagorica* — *in-* mi celeberrimi Augusti aevo.
vidiosa propter abstinentiae Macrob. Sat. II, 6. Ammian.
praecepta. Tunc obsolevit: Marcell. XIV, 6, 13. not.
sed mox rursus eminuit mu- Res nota.

transitur ad ganeam. Philosophiae nulla cura est, 4 Itaque adeo nihil invenitur ex hiis quae parum investigata antiqui reliquerunt, ut multa quae inventa erant, oblitterentur. At mehercules si hoc totis membris premeremus, si in hoc iuentus sobria incumberet, hoc maiores docerent, hoc minores addiscerent, vix ad fundum veniretur: in quo veritas posita est, quam nunc in summa terra et levi manu quaerimus.

latus Hylae i. e. pantomimo nobili. Tacit. Ann. I, 77. ne domos Pantomimorum Senator introiret: ne egredientes in publicum equites Romani cingerent. Hylam pantomimum in Augusto appellat Suetonius. Gron. Sed Hylam adhuc in vivis fuisse docendum erat: deinde *illis* quidni bonam, quin fortior em sententiam fundat? Non solum nobilissimo latus dabant, sed cuique pantomimo, vel ignobiliori. Vulgata itaque praferenda est. Mox *ad ganeam* Erasmus praefstat. At prius cusi et mss. Fortunati Gruterique *ad galeam*, quod ipse probat: ut prius viri et feminae impudentiores exerciti dicantur sub *persona*: deinde quasi ad veram arenam se praepararent, sub *galea*, vere pugnantes. Illud tamen praefero: scena relicta ad vitam in ganeo disolutissimam degendam transeunt. Mimi enim et Pantomimi vilipendebantur. Quare hoc turpius est, quam pugna.

EXCERPTA QUAEDAM

E LIBRIS

S E N E C A E.

HONESTA, inquit Epicurus, res est, paupertas laeta. Illa vero iam paupertas non est, si laeta est. Cui cum paupertate bene convenit, dives est. Non qui parum habet, sed qui plura cupit, pauper est. Quid enim refert, quantum illi in arca, quantum in horreis lateat, quantum pascat aut foeneret, si alieno imminet, si non acquisita, sed acquirenda concupiscit? Quis sit divitiarum modus, quaeris? Primo, habere quod necesse est: secundo, quod satis est. Nulli potest secura vita contingere, qui de producenda nimis cogitat. Nullum bonum iuvat habentem, nisi ad cuius amissionem praeparatus est animus. Magnae divitiae sunt, lege naturae composita paupertas. Lex autem naturae, scis quos terminos nobis statuit? Non esurire, non fitire, non algere. Ut famem fitimque depellas, non est necesse maria tentare, nec castra sequi. Parabile est quod natura desiderat, et cito apponitur. Ad supervacua sudatur: illa sunt quae togam terunt, quae nos senescere cogunt, quae in aliena litora impingunt. Ad manum est, quod satis est. Si cui sua non vindentur amplissima, licet totius mundi dominus sit, miser est. Miser est, qui se beatissimum non iudicat, licet toti mundo imperet. Non est beatus, qui se id non putat esse. Nihil habeamus, quod cum magno emolumento insidiantis eripi possit. Quam

minimum in corpore tuo sit spoliorum. Nemo ad humanum sanguinem venit propter ipsum, vel admodum pauci. Nudum latro transmittit: etiam in obsessa via pauperi pax est. Is maxime divitiis fruatur, qui minime indiget. Si ad naturam vives, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam dives. Exiguum natura desiderat, immensum opinio. Si congeratur in te quidquid multi locupletes posse fuderunt, si ultra privatum pecuniae modum fortuna te provehat, auro tegat, purpura vestiat, eo deliciarum opumque perducat, ut terram marmoribus abscondas, non tantum liceat habere, sed calcare divitias; accedant statuae et picturae, et quidquid ars ulla luxuriae auro et argento elaboravit; maiora cupere ab his disces. Desideria naturalia, finita sunt: ex falsa opinione nascentia, ubi desinant, non habent, nullus enim terminus falso est. Veritati aliquid extremum est: error immensus est. Retrahe te ergo a vanis: et cum voles scire, an naturalem, an vanam habeas cupiditatem, considera num alicubi consilitat. Si longe progreffo semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse. Paupertas expedita, secura est. cum classicum cecinit, scit non se peti: cum aliquo conclamatum est, quomodo exeat, non quid efferat, quaerit. At cum navigandum est, non strepitum portus, non unius comitatu inquieta sunt litora. Non circumstat illum turba hominum, ad quos pascendos transmarinarum regionum optanda est fertilitas. Facile est pascere paucos ventres, et bene institutos, et nihil aliud desiderantes quam impleri. Parvo fames constat, magno fastidium. Paupertas contenta est desideriis instantibus satisfacere. Sanus dives est, qui licet habeat divitias, eas tamen ut fugientes habet. Quid ergo est, quare recuses eam contubernalem,

cuius

eius mores sanus dives imitatur? Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura. Frugalitas, paupertas voluntaria est. Perpessi sunt multotiens exercitus inopiam omnium rerum, vixerunt herbarum radicibus, et dictu foedam tulerunt famem. et haec omnia perpessi sunt pro regno, quo magis mireris, alieno. Dubitabit aliquis ferre paupertatem, ut animum a furoribus liberet? Multis, divitias parasse, non finis miseria rum fuit, sed mutatio. Nec hoc miror. Non in rebus vitium, sed in animo ipso est. Illud quod paupertatem gravem nobis fecerat, et divitias graves faciet. Quemadmodum nihil refert, utrum aegrum in lecto ligneo, an in aureo colloces; quo cunque illum transtuleris, morbum suum secum transferet: sic nihil refert, utrum aeger animus in divitiis an in paupertate sit; malum suum illum sequitur. Ad securitatem non est opus fortuna. Quod enim necessitati sat est, dabit, licet irata. Ne imparatos nos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius divites erimus, si sciemus quam non sit grave pauperes esse. Incipe cum paupertate habere contubernium.

Aude hospes contemnere opes, et te quoque dignum

Finge Deo. —

Nemo aliis dignus Deo est, nisi qui opes contemnit. Quare possessiones tibi non interdico, sed efficiere volo, ut illas intrepide possideas. quod uno consequeris modo, si te etiam sine illis bene victorum speraveris, et si illas tanquam exituras adspexeris. Discedat quisquis non te, sed aliud in te sequebatur. ob hoc unum est amanda paupertas, quod

a quibus ameris, ostendit. Multum est, non corrumpi divitarum contubernio. Magnus ille est, qui in divitiis pauper est. Nemo nascitur dives. Quisquis exit in lucem, iussus est pane et lacte esse contentus. ab his initii regna nos non capiunt. Panem et aquam natura desiderat. nemo ad haec pauper est. intra quae si quis desiderium suum clusit, cum ipso Iove de felicitate contendat. Res inquieta, felicitas est; ipsa se exagitat, movet cerebrum, non in uno genere. alios in cultum irritat, alios in potentiam, alios inflat, alios mollit. Si vis scire, quam nihil mali sit in paupertate, compara inter se vultum pauperis et divitis. Saepius pauper et fidelius ridet: nulla solicitudine concutitur, in alto est. cura velut nubes levis transit. Horum qui felices vocantur, hilaritas facta est: huic gravis et suprema superbia, licet non palam, tristitia est; eo quidem gravior, quod interdum non licet palam esse miseris, sed inter aerumnas cor ipsum exedentes, necesse est agere felicem. Abstrahunt a recto divitiae, honores, potentiae, et cetera: quae opinione hominum cara sunt, pretio suo vilia. Ne scimus aestimare res, de quibus non cum fama, sed cum rerum natura deliberandum est. Nihil habent ista magnificum, quod mentes nostras in se trahat, praeter hoc quod mirari illa consuevimus. non enim quia concupiscenda sunt, laudantur: sed quia concupiscuntur. Hanc praecedentem causam habent divitiae. mutant animos, superbiam et arrogantiam pariunt, invidiam trahunt; eo usque mentem alienant, ut fama pecuniae nos etiam nocitura delectet. Bona omni culpa carere decet: pura sunt, non corrumpunt animos, non solicitant: extollunt quidem animos et delectant, sed sine tumore. Quae bona sunt, fiduciam faciunt; divitiae audaciam.

Quae

Quae bona sunt, magnitudinem animi dant, divitiae insolentiam.

EXCERPTA ALIA.

LICET cunctorum poëtarum carmina gremium tuum semper illustrent; aliquando deliberans, hoc tibi opusculum pro accidentibus casibus dirigere curavi, quod non praecedentes, sed posteri narrabunt. Unde ergo primum incipimus? Si tibi videtur, a morte. Ab ultimo, inquis? Immo a maximo. Ad hoc praecipue gens humana contremet: nec immerito tibi videtur hoc facere. Ceteri timores habent aliquem post se locum: mors omnia abscondit. Alia nos torquent: mors omnia devorat. Omnium quae horremus, ad hanc exitus spectat, aliorum quae per circuitum. Etiam qui alioqui se nihil timere iudicant, hoc timent. - Quidquid aliud extimescimus, habet aut remedium, aut solatium. Sic ergo te forma, ut si quis tibi palam mortem minetur, omnes terriculas eius deludas.

Morieris. Ista hominis natura est, non poena. Morieris. Hac conditione intravi, ut exirem. Morieris. Gentium ius est, quod acceperis, reddere. Morieris. Peregrinatio est vita. Multum cum deambulaveris, domum redeundum est. Morieris. Putabam te aliquid novi dicere, ad hoc veni, hoc ago, huc me singuli dies adducunt. Nascenti mihi natura protinus hunc posuit terminum. Quid habeo quod indigner? in haec verba iuravi. Morieris. Stultum est timere, quod vitare non possis. istud non effugit, etiam qui distulit. Morieris. Nec primus, nec ultimus. multi me antecesserunt, omnes sequentur. Morieris. Hic est humani officii finis. Quis sanus exauctorari moleste tulit? Quo

trans-

transit orbis, ego transibo. ad hanc conditionem cuncta gignuntur. Quod coepit, et definit. Morieris. Nihil grave est, quod semel est. Aes alienum meum novi. hoc quidem cum eo creditore contraxi, cui decoquere non possum. Morieris. Dii melius. Nemo hac re melius mortalibus minari potest.

Sed decollaberis. Quid interest, utrum caesim moriar, an punctum? Sed saepe ferieris, et multi in te gladii concurrent. Quid refert, quam multa sint vulnera? non potest amplius quam unum esse mortiferum.

Peregre morieris. Undecunque ad inferos una via est. Peregre morieris. Ego quod debo, solvere paratus sum. videat foenerator, ubi me appellat. Peregre morieris. Nulla terra est aliena mortuo. Peregre morieris. Non est gravior foris quam domi somnus. Peregre morieris. Hoc est, in patriam sine viatico peryenire.

Sed iuvenis morieris. Optimum est, antequam optes, mori. Iuvenis morieris. Hoc unum est, quod aequa ad iuvenem quam ad senem pertinet. Non citamur ex censu, nec exigitur numerus annorum. et adolescentes et impuberes eadem fati necessitas dicit. Optimum est mori, cum iuvat vivere. Iuvenis morieris. Quicunque ad extremum fati sui venit, senex moritur. Non enim refert quae sit hominis aetas, sed quae sit meta. Iuvenis morieris. Fortasse alicui malo subducit me fortuna: si nulli alii, vel senectuti. Iuvenis morieris. Non refert, quot annos habeam, sed quot acceperim. si plus vivere non possum, haec est senectus mea.

Infepultus iacebis. Quid aliud respondeam. quam illud Maronis?

— — *Facilis iactura sepulcri.*

Si

Si nihil sentio, non pertinet ad me iactura corporis infepulti. Si sentio, omnis sepultura tormentum est. Infepultus iacebis.

— — *Coelo tegitur, qui non habet urnam.*

Quid interest, ignis me an fera consumat, an telus omnium sepultura? Istud non sentienti supervacuum est, sentienti onus. Infepultus iacebis. At tu combustus, at tu obrutus, at tu inclusus, at tu putridus, at tu evisceratus et constrictus, ac traditus lapidi, qui te paulatim edat et exsiccat. Nulla est sepultura. non sepelimur, sed proiicimur. Non sepelieris. Quid inter tutissima trepidas? Ultra poenarum omnium terminum iste locus est. Vitae multa debemus, morti nihil. Non defunctorum caula, sed vivorum, inventa est sepultura, ut corpora et visu et odore foeda amoverentur. alias terra obruit; alias flamma consumit, alias lapis ossa redditurus inclusit. Non defunctis, sed nostris oculis parcimus.

Aegroto. Venit tempus quo experimentum mei caperem. Non in mari tantum, aut in proelio, vir fortis apparet. exhibetur etiam in lectulo virtus. Aegroto. Non potest istud toto seculo fieri. aut ego febrem relinquam, aut ipsa me: semper una esse non possumus. Cum morbo mihi res est: aut vincetur, aut vincet.

Male de te loquuntur homines. Sed mali. Moverer, si de me Marcus Cato, si Laelius Sapiens, si alter Cato, si duo Scipiones ista loquerentur. Nunc malis displicere, laudari est. Non potest ullam auctoritatem habere sententia, ubi qui damnandus est, damnatur. Male de te loquuntur. Moverer, si iudicio hoc facerent: nunc morbo faciunt. non de me loquuntur, sed de se. Male de te loquuntur. Bene nesciunt loqui: faciunt, non quod mereor,

reor, sed quod solent. quibusdam enim canibus sic innatum est, ut non pro feritate, se pro consuetudine latrent.

Exsulabis. Erras: cum omnia fecerim, patriam meam transire non possum. Omnium una est. extra hanc nemo profici sci potest. Exsulabis. Non patria mihi interdicitur, sed locus. In quamcunque terram venio, in meam venio. Nulla terra exsilium est, altera patria est. Non eris in patria. Patria est, ubicunque bene est. Illud autem per quod bene est, in homine, non in loco est. in ipsius potestate est, quae sit illi fortuna. Si enim sapiens est, peregrinatur; si stultus, exsulat. Exsulabis. Hoc dicis: alterius loci civitate donaberis.

Dolor imminet. Si exiguis est, feramus: levis est patientia. Si gravis est, feramus: non levis est gloria. Dolor clamorem exprimat, dum secreta non exprimat. Non potest homo par dolori esse. Nec rationi dolor. Dura res est dolor. Immo tu mollis. Pauci dolorem ferre potuerunt. Simus ex paucis. Imbecilles natura sumus. Naturam infamare nolite. Illa nos fortes genuit. Fugiamus dolorem. Quid, quod ille sequitur fugientes?

Paupertas mihi gravis est. Immo tu paupertati. Non in paupertate vitium est, sed in paupere. Illa expedita est, hilaris, tuta. Pauper sum. Nescis te opinione, non re, laborare. pauper es, quia videris. Pauper sum. Nihil deest avibus. pecora in diem vivunt. feris ad alimenta solitudo sua sufficit.

Non sum potens. Gaude; impotens non eris. Iniuriam accipere potero. Gaude; facere non poteris. Magnam pecuniam habet. Hominem illum iudicas? arca est. Quis aerario, quis plenis loculis invidet? Et iste quem dominum pecuniae existimat, loculus est. Multum habet. Utrum avarus,

an prodigus est? Si avarus, non habet; si prodigus, non habebit. Iste quem beatum credis, saepe dolet, saepe suspirat. Multi illum comitantur. Mel muscae sequuntur, cadavera lupi, frumenta formicæ. praedam sequitur ista turba, non hominem.

Pecuniam perdidi. Fortasse te illa perdidisset. Pecuniam perdidi. Sed habuisti. Pecuniam perdidi. Sed habebis inde periculi minus. Pecuniam perdidi. O te felicem, si cum illa avaritiam perdidisti! Sed si manet illa apud te, es tamen utcunque feliçior, quod tanto malo materia subducta est. Perdidi pecuniam. Et illa quidem quam multos? Eris nunc in via expeditior, domi tutior. Non habebis, sed non timebis heredem. Exoneravit te fortuna, si intelligis, et tuiore loco posuit. Damnum putas? remedium est. Defles, gemis, miserum te clamitas, quod opibus excussus es? Tuo vitio ista tibi iactura tam tristis est. Non tam moleste ferres, si tanquam perditurus habuisses. Perdidi pecuniam. Nempe quam ut tu haberet, aliis ante perdiderat.

Oculos perdidi. Habet et nox suas voluptates. Oculos perdidi. Quam multis cupiditatibus via incisa est? quam multis rebus carebis, quas ne vides, vel eruendi erant? Non intelligis partem innocentiae esse caecitatem. Huic oculi adulterium monstrant, huic incestum, huic domum quam concupiscat, huic urbem, et mala omnia. Certe irritamenta sunt vitiorum ducesque scelerum.

Amisi liberos. Stultus es, qui defleas mortem mortaliuin. Quid istud aut novum, aut mirum est? Quam rara est sine isto casu domus? Quid si infelices voces arborem, quod stante ipsa cadunt pomæ? et hic tuus fructus est. Nemo extra ictum vulneris positus est. Ducuntur ex plebeia domo immatura funera, ducuntur et ex regia. Non est idem

idem ordo fati, qui et aetatis. Non quomodo quisque venit, emittitur. Quid tamen est quod indigneris? Quid contra exlpectationem tuam evenit? Periere perituri. Sed ego illos superstites optabam. Verum hoc nemo tibi promiserat. Perierunt liberi mei. Habebant illi cuius essent magis quam tui: apud te precario morabantur. Educandos tibi fortuna mandaverat. recepit illos, non abs-tulit.

Naufragium feci. Cogita non quid perdideris, sed quod evaferis. Nudus exii. Sed existi. Omnia perdidi. Sed perire potuisti una cum omnibus.

In latrones incidi. Sed alius in accusatores, alius in fures, alius in fraudatores. Plena est insidiis via. Noli conqueri quod incideris: gaude quod evaferis. Inimicos graves habeo. Quomodo adversus feras munimenta conqueriris, quomodo adversus serpentes: sic adversus inimicos auxilia circumspice, quibus illos aut arceas, aut compescas, aut, quod optimum est, places. Inimicos habeo. Illud est peius, quod amicos non habes.

Amicum perdidi. Iam enim te habuisse certum est? Amicum perdidi. Alium quaere: et ibi eum quaeras, ubi invenire possis. Quaere inter liberales artes, inter honesta et recta officia: quaere in laboribus. Ad mensam ista res non quaeritur. quaere aliquem frugi. Perdidi amicum. Fortem animum habe, si unum: erubesc, si unicum. quid tu in tanta tempestate ad unam anchoram stabas?

Uxorem bonam amisi. Utrum inveneras bonam, an feceras? Si inveneras, habere adhuc te posse ex hoc intelligas licet, quod habuisti. si feceras, bene spera. res periit. salvus est artifex. Amisi uxorem bonam. Quid in illa probabas? Pudicitiam? Quam multae diu custoditam perdidere?

De-

Decus? Quam multae inter probatas matronalis ordinis, esse coeperunt postea inter exempla mutatarum? Delectabat te fides eius? Quam multas ex optimis coniugibus pessimas videmus, ex diligentissimis solutissimas? Omnium quidem imperitorum animus, maxime tamen muliebris, in lubrico est. Si bonam uxorem habuisti, non potes affirmare in illo eam permansuram fuisse proposito. Nihil tam mobile quam seminarum voluntas; nihil tam vagum. Novimus veterum matrimoniorum repudia; et, foediores divortio, male cohaerentium rixas. Quam multae quos in adolescentia amaverunt, in communi reliquere senectute? quoties anile divorrium risimus? quam multarum notus amor odio notiore mutatus est? Sed haec et fuit bona, et fuisset, si vixisset. Mors effecit, ut affirmare id sine periculo possis. Bonam uxorem amisi. Invenies, si nihil quaeris nisi bonam. Tu modo ne imagines proavosque respexeris, nec patrimonium, cui iam ipsa nobilitas cessit. Ista diu cum forma non repugnabunt. Facilius reges animum nulla vanitate tumentem. Non multum abest a contemtu viri, quae se nimis suspicit. Duc bene institutam, nec maternis inquinatam vitiis: non cuius auriculis utrumque bina patrimonia dependeant: non quam margaritae suffocent, cui minus sit in dote quam in veste: quam in patente sella circumlatam per urbem populus ab omni parte aequa ut maritus inspexerit: cuius sarcinis domus sit angusta. Hanc facile ad tuos mores rediges, quam nondum corruperunt publici. Uxorem bonam amisi. Non erubescis flere, et intolerabilem vocare iacturam? Hoc unum deest: utrum illam lugeas, an non. Cum maritum te cogitaveris, cogita et virum. Amisi uxorem bonam. Soror bona non potest recuperari, nec ma-

ter. Uxor adventitium bonum est: non est inter illa, quae semel unicuique contingunt. Amisi uxorem bonam. Multos tibi numerare possum, quibus bonam uxorem lugentibus successit melior.

Mors, exsilium, luctus, dolor, non sunt supplicia, sed tributa vivendi. Neminem illaesum fata transmittunt. Felix est, non qui aliis videtur, sed qui sibi.

Haec excerpta libenter omissem. Senecae enim non esse, vel caeco perspicuum est. Sed veritus sum, ne quis ea, cuiusmodi sunt, sublata quereretur. Et in eis tamen multa ex vetero libro emendavimus.

F R A G M E N T A

E LIBRIS

S E N E C A E

Q U I I N T E R C I D E R U N T.

Quintil. cap. III, lib. VIII.

NOSTRI autem in iungendo, aut derivando paulum aliquid ausi, vix in hoc satis recipiuntur. Nam memini iuvenis admodum inter Pomponium et Senecam etiam praefationibus esse tractatum, an *gradus eliminat*, apud Attium in tragoeadia, dici oportuisset.

Cap. V. eiusdem libri.

Facit quasdam sententias sola geminatio, qualis est Senecae in eo scripto, quod Nero ad Senatum misit occisa matre, quum se periclitatum videri vellet: *Salvum me esse adhuc nec credo, nec gaudeo.*

Cap. II, lib. IX.

Novi vero, et praecipue declamatores, audaciis, nec mehercules sine motu quodam imaginantur, ut Seneca in controversia, cuius summa est, quod pater filium et novercam, inducente altero filio, in adulterio deprehensos occidit. *Duc, sequor: accipe hanc senilem manum, et quocunque vis imprime.* Et paulo post: *Adspice, inquit, quod*

diu non credidisti. Ego vero, non video, nox oboritur, et crassa caligo. Habet haec figura manifestius aliquid. Non enim narrari res, sed agi videtur.

Ibidem.

Nam in totum iurare, nisi ubi necesse est, gravi viro parum convenit. Et est a Seneca dictum eleganter, Non patronorum hoc esse, sed testimoniū.

Plinius Nat. Hist. lib. VI, c. XVII.

Seneca etiam apud nos tentata Indiae commentatione, LX annes eius prodidit, gentes duodeviginti centumque. Par labor sit montes enumerare.

Cap. LIII, lib. IX.

Aevi pisceum memorandum nuper exemplum accepimus. Pausilypum villa est Campaniae, haud procul Neapoli. in ea in Caelaris pisceis a POLLIONE Vedio coniectum piscem, sexagesimum post annum exspirasse scribit Annaeus Seneca, duobus aliis aequalibus eius ex eodem genere etiam tunc viventibus.

Suetonius Tiberio, cap. LXXIII.

Seneca eum (Tiberium) scribit, intellecta defectione, exemtum annulum, quasi alicui traditum, parumper tenuisse: dein rursus aptasse dito, etc.

A. Gellius, cap. II, lib. XII. Noct. Atticarum.

Seneca in lib. XXII. Epistolarum moralium quas ad Lucilium composuit, deridiculos versus Q. Ennium de Cethego, antiquo viro, fecisse hos dicit:

— — *Dictus ollis popularibus olim,*
Qui tum vivebant homines, atque aevum agi-
tabant.

Flos delibatus populi et suada medulla.

Ac deinde scribit de iisdem versibus verba haec: Admiror eloquentissimos viros, et deditos Ennio, pro optimis ridicula laudasse. Cicero certe inter bonos eius versus et hos refert. Atque id etiam de Cicerone dicit. Non miror, inquit, fuisse qui hos versus scribebat, quum fuerit qui laudaret: nisi forte Cicero summus orator agebat causam suam, et volebat hos versus videri bonos. Paulo post: Apud ipsum quoque, inquit Seneca, Ciceronem invenies etiam in prosa oratione quaedam, ex quibus intelligas, illum non perdidisse operam, quod Ennium legit. Ponit deinde quae apud Ciceronem reprehendat, quasi Enniana, quod ita scripsit in libris de Republica: Ut, Menelao Laconi fuit suaviloquens iucunditas. et, quod alio in loco dixerit, Breviloquentiam in dicendo colat. Deinde: Non fuit, inquit Seneca, Ciceronis hoc vitium, sed temporis. necesse erat haec dici, quum illa leverentur. Deinde adscribit, Ciceronem haec ipsa interposuisse ad effugientiam infamiam nimis lascivae orationis et nitidae. De Virgilio quoque eodem in loco verba haec ponit: Virgilius quoque noster non ex alia causa duros quosdam versus, et enormes, et aliquid supra mensuram trahentes interposuit, quam ut Ennianus populus agnosceret in novo carmine antiquitatis aliquid. Addit non

multo post ex Seneca: Quidam sunt tam magni sensus Q. Ennii, ut licet scripti sint inter hircosos, possint tamen inter unguentatos placere. Et quum reprehendisset versus quos supra de Cethego posuimus, Qui huiusmodi, inquit, versus amant, liceat sibi eosdem admirari et Soterici lectos. Audias tamen commemorari ac referri pauca quaedam, quae ipse idem Seneca bene dixerit: quale est illud quod in hominem avarum et avidum et pecuniae sitientem dixit: Quid enim refert quantum habeas? multo illud plus est quod non habes.

Tertullianus de anima, cap. XLII.

Multo coactus Seneca: post mortem, ait, omnia finiuntur, etiam ipsa.

Lactantius divin. inst. lib. I, cap. IV.

Annaeus quoque Seneca, qui ex Romanis vel acerrimus Stoicus fuit, quam saepe summum Deum merita laude prosequitur? Nam quum de immatura morte dissereret, Non intelligis, inquit, auctoritatem ac maiestatem iudicis tui? Rector is orbis terrarum, coelique et deorum omnium Deus: a quo ista numina, quae singula adoramus et colimus, suspensa sunt. Item in Exhortationibus: Hic, quum prima fundamenta molis pulcherrimae iaceret, et hoc ordiretur, quo neque maius quidquam novit natura, nec melius, ut omnia sub ducibus suis irent, quamvis ipse per totum se corpus intenderat, tamen ministros regni sui deos genuit. Et quam multa alia de Deo nostris similia locutus est? quae nunc differo, quod aliis locis opportuniiora sunt.

Cap. VII.

Et est illud verum, quod dixisse in Exhortationibus Senecam supra retuli, Genuisse regni sui ministros Deum.

Eodem cap. VII.

Quod Seneca, vir acutus, in Exhortationibus suis vidit. Nos, inquit, aliunde pendemus. Itaque ad aliquem respicimus, cui, quod est optimum in nobis, debeamus. Alius nos edidit, alias instruxit: Deus ipse se fecit.

Eiusdem lib. cap. XVI.

Non illepede Seneca, in libris Moralis philosophiae: Quid ergo est, inquit, quare apud poetas falacissimus Iupiter desierit liberos tollere? Utrum sexagenarius factus est, et illi lex Papia fibulam imposuit? an impetravit ius trium liberorum? an tandem illi venit in mentem, Ab alio exspectes, alteri quod feceris? et timet, ne quis sibi faciat, quod ipse Saturno?

Lib. II. cap. II.

Recte igitur Seneca in libris Moralibus: Simulacra, inquit, deorum venerantur: illis supplicant genu posito: illa adorant: illis per totum assident diem, aut adstant: illis stipem iaciunt, victimas caedunt: et quam haec tantopere suspiciant, fabros qui illa fecere, contemnunt.

Eiusdem lib. cap. IV.

Merito igitur etiam senum stultitiam Seneca deridet. Non, inquit, bis pueri sumus (ut vulgo

dicitur,) sed semper. Verum hoc interest, quod maiora nos ludimus.

Cap. IX.

Melius igitur Seneca, omnium Stoicorum acutissimus, qui vidit nil aliud esse Naturam, quam Deum. Ergo, inquit, Deum non laudabimus, cui naturalis est virtus? Nec enim illam didicit ex ullo. Immo laudabimus. quamvis enim naturalis illi sit, sibi illam dedit, quoniam Deus ipse Natura est.

Lib. III, cap. XV.

Eodem ductus errore Seneca, (quis enim veram viam tenebat, errante Cicerone?) Philosophia, inquit, nihil aliud est, quam recta vivendi ratio: vel, honeste vivendi scientia: vel, ars recte vitae agendae. Non errabimus, si dixerimus, philosophiam esse legem bene honesteque vivendi. Et qui dixerit illam regulam vitae, suum illi nomen reddiderit.

Ibidem.

Idem Seneca in Exhortationibus: Plerique, inquit, philosophorum tales sunt, ut sint diserti in convicium suum. quos si audias in avaritiam, in libidinem, in ambitionem perorantes, professionis indicium putes: adeo redundant in ipsos maledicta in publicam missa. quos non aliter intueri decet, quam medicos, quorum tituli remedia habent, pyxides venena.

Ibi-

Ibidem.

Faciet sapiens, inquit idem Seneca, etiam quae non probabit, ut etiam ad maiora transitum inventiat: nec relinquet bonos mores, sed tempori aptabit: et quibus alii utuntur in gloriam, aut voluptatem, utetur agendae rei causa. Et paulo post: Omnia quae luxuriosi faciunt, quaeque imperiti, faciet et sapiens, sed non eodem modo, eodemque proposito.

Cap. XVI. eiusdem libri.

Et Seneca: Nondum sunt, inquit, mille anni, ex quo initia sapientiae nota sunt. Multis ergo seculis humanum genus sine ratione vixit.

Cap. XXIII.

Fuisse Seneca inter Stoicos ait, qui deliberaret, utrumne Soli quoque suos populos daret: inepte scilicet, qui dubitaverit.

Cap. XXV.

Platonem quidem redemisse Aniceris quidam traditur festertiis VIII. Itaque infectatus est conviciis redemptorem Seneca, quod parvo Platonem aestimaverit.

Lib. V, cap. IX.

Qui volent scire omnia, Senecae libros in manus sumant, qui morum vitiorumque publicorum et descriptor verissimus, et accusator acerrimus fuit.

Eiusdem lib. cap. XIV.

Recte igitur Seneca, incongruentiam hominibus obiectans, ait: Summa virtus illis videtur magnus

magnus animus. et iidem eum, qui contemnit mortem, pro furioso habent. quod est utique summae perversitatis.

Lib. VI, cap. XVII.

Item Senecae, in libris Moralis Philosophiae dicentis: Hic est ille homo honestus, non apice, purpurea, non lictorum insignis ministerio, sed nulla re minor: qui quum mortem in vicino videt, non sic perturbatur, tanquam rem novam viderit: qui, sive toto corpore tormenta patienda sunt, sive flamma ore recipienda est, sive extendendae per patibulum manus, non quaerit quid patiatur, sed quam bene. Qui autem Deum colit, haec patitur, nec timet.

Cap. XXIV, lib. VI.

Nec lucrari se quisquam putet, si delicti conscientium non habebit. scit enim ille omnia, in cuius conspectu vivimus, nec si universos homines celare possumus: cui nihil absconditum, nihil potest esse secretum. Exhortationes suas Seneca mirabili sententia terminavit: Magnum, inquit, nescio quid, maiusque quam cogitari potest, numen est. cui vivendo operam damus, huic nos approbemus. Nihil prodest inclusam esse conscientiam. patemus Deo. Quid verius dici potest ab eo qui Deum nosset, quam dictum est ab homine verae religionis ignaro?

Ibidem.

Idem in eiusdem operis primo: Quid agis? inquit. quid machinaris? quid abscondis? Custos te tuus sequitur. Alium tibi peregrinatio subduxit, alium

alium mors, alium valetudo: haeret hic, quo carere nunquam potes. Quid locum abditum legis, et arbitros removes? Putas tibi contigisse, ut oculos omnium effugias? Demens, quid tibi prodeat non habere conscientiam, habenti conscientiam?

Eiusdem cap. XXV.

Quanto melius et verius Seneca? Vultisne vos, inquit, Deum cogitare? magnum et placidum, et maiestate leni verendum: amicum, et semper in proximo: non immolationibus et sanguine multo colendum: quae enim ex trucidatione immerntium voluptas est? sed mente pura, bono honestoque proposito. Non templa illi, congestis in altitudinem laxis, struenda sunt: in suo cuique conseruandus est pectore.

Lib. VII, cap. XV.

Non inscite Seneca Romanae urbis tempora distribuit in aetates. Primam enim dixit infantiam sub rege Romulo fuisse, a quo et genita, et quasi educata sit Roma: deinde pueritiam sub ceteris regibus, a quibus et aucta sit, et disciplinis pluribus institutisque formata: at vero Tarquinio regnante, quum iam quasi adulta esse coepisset, servitium non tulisse, et reiecto superbae dominationis iugo, maluisse legibus obtemperare, quam regibus: quumque esset adolescentia eius fine Punici belli terminata, tum denique confirmatis viribus coepisse iuvenescere. Sublata enim Carthagine, quae tam diu aemula imperii fuit, manus suas in totum orbem terra marique porrexit: donec regibus cunctis et nationibus imperio subiugatis, quum iam bellorum materia deficeret, viribus suis male uteretur, quibus se ipsa

con-

confecit. Haec fuit prima eius senectus, quum bellis lacerata civilibus, atque intestino malo preffa, rursus ad regimen singularis imperii recidit, quasi ad alteram infantiam revoluta. Amissa enim libertate, quam Bruto duce et auctore defenderat, ita confenuit, tanquam sustentare se ipsa non valeret, nisi adminiculo regentium niteretur.

B. Hieronymus adversus Iovinianum libro primo.

Claudia virgo Vestalis, quum in suspicionem venisset stupri, et simulacrum matris Idaeae in vado Tyberis haereret, ad comprobandum pudicitiam suam fertur cingulo duxisse navem, quam multa millia hominum trahere nequiverant. Melius tamen, inquit Lucani poetae patruus, cum illa esset actum, si hoc quod evenit, ornamentum potius exploratae fuisset pudicitiae, quam dubiae patrocinium.

Eodem libro.

Scripserunt Aristoteles, et Plutarchus, et noster Seneca, de matrimonio libros, ex quibus et superiora nonnulla sunt, et ista quae subiicimus. Amor formae oblivio est, et infaniae proximus, foedum minimeque conveniens animo sospiti vitium. turbat consilia, altos et generosos spiritus frangit, a magnis cogitationibus ad humillimas detrahit: querulos, iracundos, temerarios, dure imperiosos, serviliter blandos, omnibus inutiles, ipsi novissime amori, facit. Nam quum fruendi cupiditate insatiabili flagrat, plura tempora suspicionibus, lacrimis, conquestionibus perdit, odium sui facit, et ipse novissime sibi odio est.

Paulo infra.

Refert praeterea Seneca, cognovisse se quendam ornatum hominem, qui exiturus in publicum, fascia uxoris pectus colligabat, et ne puncto quidem horae praesentia eius carere poterat; potionemque nullam, nisi alterius tactam labris, vir et uxor hauriebant: alia deinceps non minus inepta facientes, in quae improvida vis ardantis affectus erumphebat.

In fine.

Nam quid, ait Seneca, de viris pauperibus dicam? quorum in nomen mariti, ad eludendas leges quae contra coelibes sunt, pars magna conduitur. Quomodo potest regere mores, et praecipere castitatem, et mariti auctoritatem tueri, cui nupsit?

*B. Augustinus, de civitate Dei, lib. VI.
cap. X.*

Libertas sane quae huic defuit, ne istam urbanam theologiam, theatrica simillimam, aperte sicut illam reprehendere auderet, Annaeo Senecae, quem nonnullis indicis invenimus Apostolorum nostrorum claruisse temporibus, non quidem ex toto, verum ex aliqua parte non defuit. Affuit enim scribenti, viventi defuit. Nam in eo libro quem contra superstitiones condidit, multo copiosius ac vehementius reprehendit ipse civilem istam et urbanam theologiam, quam Varro theatricam atque fabulosam. Quum enim de simulacris ageret: Sacros, inquit, immortales, inviolabilesque deos in materia vilissima atque immobili dedicant. Habitus illis hominum, ferarumque, et piscium, quidam vero mixtos ex diversis corporibus induunt. Numina

mina vocant, quae si spiritu accepto subito occurrerent, monstra haberentur. Deinde aliquanto post, quum theologiam naturalem praedicans, quorundam philosophorum sententias digessisset, opposuit sibi quaestionem, et ait: Hoc loco dicet aliquis: Credam ego coelum et terram deos esse, et supra lunam alios, infra alios? Ego feram aut Platonem, aut Peripateticum Stratonem, quorum alter fecit Deum sine corpore, alter sine animo? Et ad hoc respondens, Quid tandem? inquit: Veriora tibi videntur T. Tatii, aut Romuli, aut Tulli Hostilii somnia? Cluacinam T. Tatius dedicavit deam, Picum Tiberinumque Romulus, Hostilius Pavorem atque Pallorem, teterrimos hominum affectus: quorum alter mentis territae motus est, alter corporis, ne morbus quidem, sed color. Haec numina potius credes, et coelo recipies? De ipsis vero ritibus crudeliter turpibus quam libere scripsit? Ille, inquit, viriles sibi partes amputat, ille lacertos secat. Ubi iratos deos timent, qui sic propitos habere merentur? dii autem nullo ipso debent coli genere, si et hoc volunt. Tantus est perturbatae mentis et sedibus suis pulsae furor, ut sic dii placentur, quemadmodum ne homines quidem saeviunt. Teterimi, et in fabulas traditae crudelitatis tyranni, laceraverunt aliquorum membra, neminem sua lacerare iusserunt. In regiae libidinis voluptatem castrati sunt quidam, sed nemo sibi, ne vir esset, iubente domino, manus intulit. Se ipso in templis contrucidant, vulneribus suis ac sanguine supplicant. Si cui intueri vacet quae faciunt, quaeque patiuntur; inveniet tam indecora honestis, tam indigna liberis, tam disimilia sanis, ut nemo fuerit dubitaturus, furere eos, si cum paucioribus furent; nunc sanitatis patrocinium est insanientium turba.

turba. Iam illa quae in ipso Capitolio fieri solere commemorat, et intrepide omnino coarguit, quis credat nisi ab irridentibus aut furentibus fieri? Nam quum in sacris Aegyptiis Osirim lugeri perditum, mox autem de invento magnum esse gaudium derisisset; quum perditio eius inventioque fingatur, dolor tamen ille atque laetitia, ab eis qui nihil perdiderunt, nihilque invenerunt, veraciter exprimatur: Huic tamen, inquit, furori certum tempus est. Tolerabile est, semel in anno infanire. In Capitolium perveni, pudebit publicatae dementiae, quod sibi vanus furor attribuit, officii. Alius numina Deo subiicit, alias horas Iovi nuntiat, alius lictor est, alias unctor, qui vano motu brachiorum imitatur ungentem. Sunt quae Iunoni ac Minervae capillos disponant, longe a templo, non tantum a simulacro, stantes, digitos movent ornantium modo. Sunt quae speculum teneant: sunt quae ad vadimonia sua deos advocent: sunt qui libellos offerant, et illos causam suam doceant. Doctus Archimimus, senex iam decrepitus, quotidie in Capitolio mimum agebat, quasi dii libenter spectarent, quem homines desierant. Omne illic artificum genus, operantium diis immortalibus, desidet. Et paulo post: Hic tamen, inquit, etiamsi supervacuum usum, non turpem nec infamem Deo, promittunt. Sedent quaedam in Capitolio, quae se a Iove amari putant: nec Iunonis quidem, si credere poëtis velis, iracundissimae respectu terrentur. Hanc libertatem Varro non habuit, tantummodo poëticam theologiam reprehendere ausus est, civilem non ausus est, quam iste concidit. Sed si verum attendamus, deteriora sunt templa, ubi haec aguntur, quam theatra, ubi finguntur. Unde in his sacris civilis theologiae has partes potius elegit Seneca sapienti, ut eas in animi

religione non habeat, sed in actibus fingat. Ait enim: Quae omnia sapiens servabit tanquam legibus iussa, non tanquam diis grata. Et paulo post: Quid quod et matrimonia, inquit, deorum iungimus, et ne pie quidem, fratrum scilicet et sororum? Bellonam Marti collocamus: Vulcano Venerem: Neptuno Salaciam: quosdam tamen coelibes relinquimus, quasi conditio defecerit: praesertim quum quaedam viduae sint, ut Populonia, vel Fulgora, et diva Rumina, quibus non miror petitorem defuisse. Omnem istam ignobilem deorum turbam, quam longo aevo longa superstitione congettus, sic, inquit, adorabimus, ut meminerimus, cultum eius magis ad morem, quam ad rem pertinere. Nec leges ergo illae, nec mos, in civili theologia id instituerunt; quod diis gratum esset, vel ad rem pertineret: sed iste, quem philosophi quasi liberum fecerunt, tamen quia ILLISTRIS POPULI ROMANI SENATOR erat, colebat quod reprehendebat, agebat quod arguebat, quod culpabat adorabat.

Cap. XI, de eodem Seneca.

Hic inter alias civilis theologiae superstitiones reprehendit etiam sacramenta Iudeorum, et maxime sabbata: inutiliter id eos facere affirmans, quod per illos singulos septem interpositos dies septimam fere partem aetatis suae perdant vacando, et multa in tempore urgentia non agendo laedantur. Christianos tamen, iam tunc Iudeis inimicissimos, in neutram partem commemorare ausus est: ne vel laudaret contra suae patriae veterem consuetudinem, vel reprehenderet contra propriam forsitan voluntatem,

Ibidem.

De illis fane Iudeis quum loqueretur, ait: Quum interim usque eo sceleratissimae gentis consuetudo convaluit, ut per omnes iam terras recepta sit, victi victoribus leges dederunt. Mirabatur haec dicens, et quid divinitus ageretur, ignorans. Subiecit plane sententiam, qua significaret, quid de illorum sacramentorum ratione sentiret. Ait enim: Illi tamen causas ritus sui neverunt, et maior pars populi facit, quod cur faciat, ignorat.

Scriptor vitae P. Virgilii Maronis.

Seneca tradidit, Iulum Montanum poëtam solitum dicere, involaturum se quaedam Virgilio, si et vocem possit, et os, et hypocrisin. eosdem enim versus, eo pronuntiante, bene sonare; sine illo, inarescere quasi mutos.

Servius in VI. Aeneid.

Seneca scripsit de situ et sacris Aegyptiorum. hic dicit, circa Syenem, extremam Aegyptipartem, esse locum, quem Philas, hoc est, Amicas vocant: ideo quod illic est placata ab Aegyptis Isis, quibus irascebatur, quod membra mariti Osiris non inveniebat, quem frater Typhon occiderat. Quae inventa postea quum sepelire vellet, elegit vicinae paludis tutissimum locum, quem ad transitum constat esse difficilem. limosa enim est et papyris referta.

Idem Servius in IX. Aeneid.

Ganges fluvius Indiae est, qui secundum Sene-
cam in situ Indiae novem alveis fluit, secundum

452 E LIBRIS SENECAE FRAGMENTA.

Melonem septem: qui tamen et ipse commemorat,
nonnullos dicere, quod tribus alveis fluat.

Priscianus lib. VII.

Seneca Ovidium sequens, Gauſapa si sumſit,
gaufapa sumta proba.


Concilium Turonense II, Can. XV.

Aliqui Laici, dum diversa perpetrant adulteria,
hoc quod de ſe ſciunt, in aliis ſuſpicantur, ſicut
ait Seneca, pellimum in eo vitium eſſe, qui in id,
quod infant, ceteros putat furere.



58324





ROTANOX
oczyszczanie
lipiec 2008

58521